Universidad de Deusto
Biblioteca

Clirico
Sermones

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

eat vltionē dei nō meretur. Si cōtra scelera ꝛ vitia/currens per mundū tanq̄ vagus et ꝓfugus(vt ita dicā) sermones habui. Nunquid isti boni homines debēt mihi detrahere:et sermones meos calūniari? Certe nō:sed potius fraterne gr̄e cōgratulari. Nōne ꝛ apostoli saluis inter se amicitijs dissenserunt? Cū paulus ꝛ barnabas ꝓpter Johannē cognomento marcū discordati sunt.et separauit eos nauigatio:quos rp̄i euangeliū copulabat. Nōne [illegible]aulus in faciem cephe restitit:q̄ nō recto pede incederet in euangeliū? Et tamen pr[illegible]ozē suū ꝛ colūnam ecclesie vocat:et exponit predicationez ne in uacuū curreret aut cucurrisset. Nōne in religione etiā liberi a parentibus:et cōiuges a maritis salua pietate dissentiunt. Si isti habent vt nos habemus cur nos odiunt? si aliter credunt:quid conantur in dies detrahere? An q̄ ab ipsis discesserunt sibi detrahēdū sit. Testez inuoco iesuz ꝓscie mee. Qui ꝛ hos ꝓmones quos ꝓpegi:ꝛ nō sine labore ꝛ eoꝝ maledicta iudicatuꝝ est. Ad cōmonitionē ꝓboꝝ virorū voluisse reticere et finem facere simul actionī:et vincere in bono malum. Sed q̄ minanturinteritum nisi tacuero. Respondere compellor: ne videar tacendo/crimen agnoscere:et leuitatem meam male conscientie signum interpretetur. Hoc est verū de leuiatum eorum:non ex dialetica arte quam nesciunt:sed ex carnificum officina/ et meditatione ꝓlatuz. Si tacuero criminosus ero. si respondero maledicus. Isti me ergo et ꝓhibent/et cogunt ad respondendū. Audent .n. dicere ipsos non ad oftentationem/et iniuriam:sed ad edificationem quasi christianos/ac religiosos loqui. q̄ de me tanta confingunt/quāta nō dicerent de latrone homicida:de scorto meretrix. Scurra de mimo/quī partiuntur mihi montes criminū/et gladios sue lingue quos defigant in iugulum meum. Tanto enim tempore eracuerunt? hec est istorum illa sancta verecūdia.hec edificatio christiana. sic modesti sunt/sic prudētes: vt caterum in angulis non desistunt fratri suo detrahere/ꝛ per omnes plateas ciuitatum vulantia iacula falsitatis contra fratrem suum emittere. Quid enim necesse est in multorum scandalo/criminaq̄ ꝓferri:que secreto. Aut corripere valeant:aut emendare? Sed q̄ vnusquisq̄ viuit stomacho suo/et amicus nō statim dñs est alterius voluntatis. Assumant saltem paululum humani si nō christiani pudoris:et desinant a maledictis. Quid eni feci?quid cōmerui? In quo ipsos lesi? Quia me negaui esse de eoꝝ synagoga?quia ipsos laudibus dixi indignos? Quia ypocritaꝝ fraudulentias et per[illegible]ta aperto sermone descripsi?quid ad eos qui et catholicos/et veraces religiosos esse iactant:qui libentius me accusant q̄ seipsos defendunt. Nonne defensio mea accusatio eorum est? Aut aliter orthodoxi/aut religiosi esse non poterunt nisi me apostatam comꝓbauerint. Quid ipsis ꝓdest societas mea? Aut que est ista prudētia accusati ab alijs accusare aliuz. testor mediatorem iesum inuitum me/ꝛ repugnātez ad eorū maledicta respondere. Cessent ipsi maledicere/ꝛ ego cessabo me defendere. Errauimus iuuenes:emendemur senes. Si fratres sunt/me gauderent correctum. si amici sunt/de fraterna gratia gratulari debēt. Quid liuore torquentur?quid imperitorum animos contra me concitant? Canes latrant ꝓ dominis suis:et isti nolunt me latrare ꝓ christo. Uolunt ergo me tacere. vt paulo ante dixi. Deponant gladium:et ego scutum abiciam. In vno eis consentire non potero/vt parcam hypocritis:vt me religiosum/et catholicum non ꝓbem. Si igitur ista est causa discordie/mori possum:tacere nō possum. Audiant isti tales quid de oibus invidis/et maledicis/ꝛ cōtumeliosis:loquatur sapiens Salomon. Insipientes dum iniurijs cupiunt impij facti oderunt sensum. Ne fabriceris in amicū tuum mala:et ne inimicetur aduersum hominē sine causa. Impij exaltant cōtumeliā:circuncide a te os prauū et iniqua labia.lōge repelle abs te oculos cōtumeliosi:linguā iniqui:manus effundentes sanguinē insti:cor fabricans cogitationes malas:et pedes festinātes ad male faciendū. Qui nitit mendacio pascit ventos. Et sequitur Aues volantes. Derelinquent eum vias vinee sue;ꝛ agros culture sue faciet errare. Perambulat aridū ac desertū

et collegit manib9 suis sterilitatē. Os pcacis appropriat cōtritioni:t q̄ pfert maledicta stultissim9 est. Via bñdicta oīs simplex. vir animosus/inhonestus est. Pertransibit labioꝝ incidit in laqueū pctōr. Itinera stultoꝝ recta in cōspectu suo:stultus eadē die ostēdit irā suā. Abhominatio est dño/labia mēdacia. Qui custodit os suū seruat aīam. et qui temerari9 est labijs terrebit seipsum: Malus cū cōtumelia agit mala. et insipiēs expādit malicia suā. Queres apud malos sapiētiā:t nō inuenies. Suis itinerib9 saturabit temerari9. Sapiēs tacendo declinat malū. Stultus cōfidēs miscet ei. Lōganimis vir multus in prudentia. Pusillanimis valde imprudēs est. Qui calūniatur pauperē lacessit factorē ei9. Lingua sapientiū bona nouit:t os stultoꝝ pnunciat malū. Vir animosus parat rixas. et immūdus est apud deū ois qui exaltat cor suum. Manum manus iferēs iniuste/nō erit impunit9. Qui diligit vitā pcitoꝛi suo/ante cōtritionē p̄cedit. Cōtumelia t ante ruinā mala cogitatio. Qui affirmat oculos suos/cogitat puersa. et puocat labijs suis oia mala. Labia stulta ducūt eum in mala:et os mendax dives. Gloria est viro q̄ auertit se a maledictis. Qui autē stultus est talibus se obligat. Noli amore detrahere/ne tradiceris. Suauis est hoi panis mēdatij:postea implebit os ei9 calculo q̄ operat thesauros. Lingua mēdacis vana testat:et veniet in laqueos mortis. In aure stulti noli quicquā dicere:ne forte irrideat sapiētes sermones tuos. Claua/et gladius/et sagitta pernicios sunt:sic et vir qui contra amicum suum falsum dicit testimonium. Sicut aues volant et passeres. Ita maledictum vanum non superueniet illi. Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius:ne similis ei fias:sed responde stulto ad stultitiam eius ne sibi sapiens esse videat. Qui insidiatur amicis suis cū visus fuerit dicit:q; ludens feci. Craticula carbonibus/et ligna igni/t vir maledicus ad tumulū ripe. Si te rogauerit inimicus tu9 parcēs verbis magna ne cōsentias ei:septē nequitie sunt in aia eius. Grauis est lapis:t vix portabilis arena. Sed ira stulti grauior vtroq;. Crudelis est indignatio t acuta ira/t zelus impatiēs est. Impius calūniat pauperes. t qui cōfidit in cordis auaricia stultissimus est. Totā iram suā pfert insipiens. Sapiēs dispēsat in partes. Filius malus gladios dentes habet:t cultros malos vt cōsumat infirmos ex terra: et paupes ex hoibus. Contra hmōi etiā pessimum genus hoim fratri suo detrahentiū loquif citharedā spūscti Dauid. Vana locuti sunt vnusquisq; ad primū suum:labia dolosa in corde:et corde locuti sunt. Disperdat deus vniuersa labia dolosa:t linguā magniloquā Qui dixerūt linguā nostram magnificabim9 labia nra a nobis sunt. quis nf dñs est? Et alibi ait. Sepulchrū patens est guttur eoꝝ:linguis suis dolose agebāt. Venenum aspidū sub labijs eoꝝ. Quorū os maledictione t amaritudine plenū est: veloces pedes eorū ad effundendū sanguinē. Cōtritio t infelicitas in vijs eorū et viā pacis non cognouerūt:nō est timor dei ante oculos eoꝝ. Cū hec scriberē cōtra pessimos detractores:recordatus etiā suꝫ sermōis pphetici/qui ait. Filij hoim dentes eoꝝ arma t sagitte:et lingua eoꝝ maceria acuta. Verū ad hec vulnera q̄ infligunt ex lingua inter hoies pene nullus est. Et ideo cōuertor me ad iesum celestē medicū:qui mihi antidotum potentissimū dedit de euangelij sui pipyde platū:qd vim doloris spe futuri apd se iusti eraminis solaretur. Potio ergo ipa quā t̄ perauit iesus hec erant vba. Beati (inquit) estis cū vos persecuti fuerint:t dixerint aduersuꝫ vos oē malum mētientes: gaudete t exultate:quoniā merces vra multa est in celis. sic em persecuti sunt t prophetas qui erāt ante vos. Et ego quidē quantū in me est: hoc medicamēto contētus de reliquo silere decreuerā dicens apud meipm. Si patrē familias belzebuth vocauerunt:quāto magis nos iꝫ indignos domesticos eius. Et si illi dictū est:q; seductor et seducit turbas. Ego cur indigner si audiā me pseudo pphetā dici:et p ingenij tarditate vel potius cecitatē talpam nominari? Et cū dñs meus immo oim deus rēs dnus sit hō votax et vini potator. Thus ergo doctus exēplis/nolui mordere mordētes nec; vicem talionis implodere:malignic; insaniā excalare furibundoꝝ. et vni9 ep.

(Cet si inculte) antidotū venenatꝫ peccatorū9 infodere. Sed verear ne nihil pficiēs illud dauiticū. Cantare cōpellor:et hijs monibus consolari. Alienati sunt pctōres a vulua errauerunt/ab vtero:locuti sunt falsa. furor illis m̄ similitudinē serpentis/sicut aspidis surde et obturantis aures suas:que nō audiat vocē meā incantātis sapienter. Deus cōteret dentes eoꝝ in ore ipsoꝝ. Molas leonū cōfringet deus. ad nihilū deueni:etiā tanq̄ aqua decurrēs. Intendit arcū suū donec infirmenf. sicut cera que fluit auferenf. Supcidit ignis et non viderūt solē. et iterū. Letabif iustus cū viderit vindictā impioꝝ:manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo. Si vtiq; est fructus iusto:vtiq; est deꝰ iudicās eos in terra. Quā mirū in modū/hec sentētia nos consolaf? O amātissimi in xpo fratres socij tribulationū/et comites fere totius pegrinationis. quotiēs me audistis in cathedra. Per varios casus per tot discrimia rerū. tendim9 in latiū. et illud aplicū. Oportet nos per multas tribulatiōes introire in regnū celoꝝ. Beati estis cū vos maledixerint hoies:et persecuti fuerint:et dixerit omne malū aduersum vos. gaudete ergo et exultate/qr merces vra copiosa est in celis/future vite. Gloria pfitis vite incōmodis cōpaf precipue qr nō qui patif/sꝫ qui facit iniuriā miser est. Un et christianis vexilla crucis sunt/delitie trophea. Nostre vite/nō pōpis:sed miserijs reportanf. In nostra classe viri fortes opprobria sciūt portare:nō munera. Mā xpi vincula voluntaria sunt:t vertunf in amplexus. Si quis aūt corpore imbecillis est/ si adfit sapiētia nō aduersarij certamina vincit. maxime quoniā liberi arbitrij sumus:sed ipm dei nutrif auxilio:quod q; pauptati non nobilitati futurarum beatitudo pmittit. Retrahit q̄dem verecundia senatoꝝ:ne seq̄tur paupertatem xpm. Sed audiat a xpo. Qui me cōfessus fuerit:et mea verba in gñatione hac adultera/et peccatrice. Et filius hoīs confitebit eū in gloria pris sui cū angelis sanctis Turpe est inter parētes senatores p xpo voluntaria humilitate detectū. displicet amicis/si post ambitiosi habitus/cultū plebeia/et ignobilia vestimenta mutenf. Sed si hoibus placerē xpi fuus nō essem:inq̄t aplus. Et propheta in psalmo. Dñs deus dissipat ossa eoꝝ qui hoibus placēt. Cōfusi sunt/qm̄ deus sprevit eos. Quātū bona/et humana offensio p quā inuenif seruit9 xpi/tm̄ pnitiosa est amicitia que dei prestat offensam:sicut scriptū est. Qui voluerit amicus fieri huiꝰ mūdi inimicus dei cōstituetur. Dicat vnusq̄sq; quod velit. ego interī de me/p sensus mei paruitate iudicaui melius esse cōfundi corā peccatorib9 sup terrā:q̄ corā angelis sctis in celo:vel vbicūq; iuditiū suū voluerit demōstrare. Un Esayas sua gente nobilissimus:qui socer regis Ezechie fuisse referf/iussu dei/depositio cilitio/nudus:ne tm̄ ardui p̄cepti pudore perritus est. quo min9 dei iperiū seq̄retur:qr nihil honestius esse hoi/q̄ suo creatori parere iudicabat. Johānes quoq; baptista nobilis/et in carne et in spiritu nat9:cicilijs a pueritia in habitū elegit:t locustas in cibū. Qui nec peccati conscientia/nec paupertatis inopia/ad huius gloriam oneris:sed soli seculi beatitudine trahebatur. Unde et apostoli stulti/et inutiles/et tenues fidei arguuntur. Inde paulum apostolum p̄feram/quē quotiens lego videor mihi non verba audire/sed tonitrua:qui oculo mētis futura cōtemplās dicebat. Quis nos seperabit a charitate christi? tribulatio an angustia? an persecutio? An fames? an nuditas? an periculū? an gladius? Illos periculā non separant: nos vero voluptates. Illi cathenas baiulant innocentes:nos accūsamus criminosi. Illi in carceribus vincti:nos in triclinijs delicati. Illi in nemo positi deum puro corde/et sincera cogitatione laudantes: nos forte in ipsa ecclesia de forensibus calūnijs cogitamus:et cum omnib9 equaliter legis data/gra/gehenna/seu regula pmissa sunt. Alij de diuitijs. Alij vtilib9 meditanf. Cūq; dictū sit gñaliter oībus Dñm deuꝫ tuū adorabis et illi soli seruies. Alij innocētia:mia castitate:iejunijs. Ideo fideliter/et sine fine fuictib9:nos nobis adulteros eligim9/quibus seruire volumus. Siquidem iuxta euangelij sententiam. Omnis qui facit pcm̄ seruus est peccati. Reuera:si amator pecunie sum/si glorie/si superbie/si ambitiōis/

Universidad de Deusto
Biblioteca

ent pōpe/dū illioꝝ studiū mee volūtatis impēdo dño seruire nō possum: qz duobus dñis/neminē seruire posse scriptū est. Non estis vestri: dicit apl'us. Empti estis pcio magno glorificate z portate deū i corpe vro. Clemēter spūssctūs iure nro nos pcuenit sciens hoc in vsu publico apud oēs hoies custodiri. vt tanto seruus in ope dñi esset cautior/quāto maiori piculo esset cōparatus. Ut intelligamus q̄ strēnui esse debeāt in opere dñi/q redēpti sunt sanguine xp̄i: vel q̄ criminosi debeant iudicari/qui cum sciant pcio sue salutis/xp̄i sanguinē esse datū: alteri qui nihil p̄stitit magis pbeāt seruitutē. Rogo quo pudore obsequiū/aut laboris sui mercedē sperabit a celo/cuius fuerit solicitudo oīs in terra. Mercēnarius seculi nō pōt accipere xp̄i mercedē. Dis milesiu castris iure expectat annonā: qui fortiter in p̄lio pro ciuiū laborauerit. Et dignus est quidē mercēnarius mercede sua. Nemo tamē militās deo/implicat se negotiis secularibus/vt placeat ei cui se pbauit. Apl'i vox est. Amplectāda est igit tristicia q̄ gaudium parit: nec eis cōsideranda materia: qz sepe dulcedinē fructus perdit/amarū horruit in radice. Et qui literarū scientiā habere desiderat: si discendi nō susceperit tedia: peritie gaudia adipisci nō poterit. Nec cuiusq̄ eruditiōis q̄sq̄ habere sufficiet gloriā: nisi estus fuerit ante ppessus. Cūq̄ nos dei auxilio destitutos hostis inuaserit: duxeritq̄ captiuos. nō desperemus salutē sed itez armemur ad p̄liū: potestfieri vt vincamus vbi victi sumus: sed in eodē loco triūphemus vbi fuimus aliq̄ captiui. Mā si timuat dñs miseros habemus salutē. si despicit pctores habemus sepulchrū. Multo grauior expectata mors q̄ illata. Ad hoc em laboremus: z in seculo pericliteмur militia: vt in futuro seculo coronemur. Nec mirū hoc de hoibus credere. Cū dñs ipe tētatus sit: z de Abrāā scriptura testet q̄ deus tētauerit eū. quā ob causam apl'us loquit'. Gaudētes in tribulatione: z scientes q̄ tribulatio patientiā operat patientia pbationē: pbatio spem/spes autē nō cōfundit. Scriptū est etiā qz ppter te mortificamur tota die: z estimati sumus vt oues occisionis. Sed magna miserie cōsolatio est qñ i tormētis quis positus/scit p̄spera secutura. O amātissimi fratres: si cūcta aduersa patiēter tulerimus: in die iudicij illud mellifluū xp̄i verbū audituri erimus. Uenite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnum ab origine mūdi. Idez ipse dñs dicit. Uenite ad me oēs qui laboratis z onerati estis: et ego reficiā vos. Tollite iugū meū sup vos: z discite a me qz mitis sum z humilis corde. et inuenietis requiē aiabus vestris. Jugū em meū suaue est: et onus meū leue. Dicet em idem dñs hīs qui ad sinistrā eius erunt. Discedite a me maledicti in ignē eternū: quē preparauit pater meus diabolo/z angelis eius. Nescio vos operarij iniquitatis: erit ibi fletus et stridor dentium. Illi vtiq̄ omnes plangent illi lugebunt: qui ita se curis vite presentis inuoluerunt vt obliuiscantur futuram. Quos somno quodam ignorantie et male securitatis oppressos fluctibus domini comprehendet aduentus. Unde ipse in euangelio ait. Attendite vobis: ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate/et curis huius vite: ne forte superueniat in vos repentina dies illa: tanq̄ laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Et rursum. Uigilate et orate/nescitis em quādo tempus sit. Beati sunt qui ita expectāt. Ita illum speculantur diem: vt se ad eum quotidie preparant. Qui nō de preterita sibi iusticia blādientes fm apostolum: per dies singulos in virtute renouantur. Justicia enim non proderit ei/a qua iust? esse desierit. Sicut etiā iniquo nō nocebit iniquitas si, quo se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo securus esse debet q̄diu in huius vite agone versatur: nec desperare peccator qui secundum predictā prophete sententiā: vna die iustū se efficere potest. Sed totū quo tendit spacium vite nostre vt peragere possimus iusticiam: nec de preterita iusticia confidentes remissiores efficiamur Sed sicut dicit apostolus. Posteriora obliuiscēs/ad ea autem que anteriora sunt extendens/ad destinatū prosequar brauiū superne vocationis. sciens scriptū esse Coridias inspectores deū. Et idcirco satagit vt aiam habeat purā a pctō. Propter qđ scri-

ptū est. Omni custodia serua cor tuū. Et itez Diligit de? mūda corda. Acceptiautē sunt ei omnes immaculati. Idcirco agamus vt ordinemus reliquum tempus vite nostre sine offensa. vt possimus secure canere cū prophetа. Perābulabā in innocentia cordis mei in medio domus mee. Et iterū Introibo ad altare dei ad eum qui letificat iuuentutē meam. Quia bene inchoasse non sufficit: sz persecisse iusticia est. Et si omnes virtutes ad brauiū currunt. sola perseuerātia coronat. Sed heu prohdolor. Multoz est hodiernis tēporibus bene inchoasse. paucoz vero ad calcē puenisse. Ad te o dulcissime mi frater Claude q̄ toti? mee fere peregrinatiōis comes fuisti p̄monē virgo. vt omnia discrimina rerum/que ambo p.ssi fuimus in longa nostra peregrinatione ad terram sanctam hierusalē. peragrata Italia: nō sine magno fructu animarum ex verbo dei predicato/venimus Illyricū nauigantes mare adriaticū. Nō tedet quid labor? quid iniuriaz pertulimus. Relicta Hydra ciuitate nauigauim? Sirmiciū quo honore quaue letitia/recepti fuimus a populo prelibate ciuitatis. nouit deus. Deinde ascendimus nauim: venimus Roduz. A militibus diui Johannis Cum charitate non parua susceptі fuimus quibusdā diebus ibidem transactis iterū ascendimus nauim illyricam. Et applicuimus regionē infidelium que Siria abicolis vocatur. Ne protrahā in tam longum sermonem epistolā describens omnia loca que transiuimus: et labores quos suscepimus. dirigam sermonē meū ad illam ciuitatem hierusalē/quā dñs fleuit. Aunq̄ eā (credemihi) fleuisset/corruētem: nisi dilexisset. Et hoc tñ prima fronte/cognoscito non loci sed hominū fuisse peccatū. Verum qz interfectio populi captiuitas ciuitatis est. propterea vrbē deleta: vt populus punirek: ideo templū subrutū: vt typice historie tollerenk. Ceterū quantū ad locū pertinet per p̄fectū tēporū: multo nūc angustior est/q̄ ante fuit. Venerabank quondam iudei sancta sanctorū quia ibi erant cherubin: z propiciatorium et arca testamenti: manna: virga aaron: et altare aureum. Nonne tibi visum fuit sepulchrum domini quod quotiēscunq̄ ingrediebamur: totiens iacere cernebamus saluatorem: z paululum ibidem commorantes rursum videbamus angelum sedere ad pedes eius. et caput sudario conuolutum: cuius sepulchri gloria multo anteq̄ excideretur a Joseph scimus. Esaie vaticinio prophetatum dicentis. Et erit requies eius honor: q. sez. sepulture domini locus esset ab homine honorandus. Sed forsitan dicet aliquis inimicus peregrinationis. Quomodo in Apocalipsi Johannis legimus. Et occidit il'os. Non dubium quin prophetas bestia que ascendit ex abysso/et corpora eoruz iacebunt in plateis ciuitatis magne/que vocat spiritualiter Sodoma et Egiptus vbi dominus eorum crucifixus est. Sic enim ait. Ciuitas magna in qua crucifixus est dominus. nulla est alia nisi Hierusalem. Ubi autem crucifixus est dominus: spiritualiter Sodoma appellatur/et Egyptus. Ergo Hierusalem Sodoma est et Egyptus in qua crucifixus est dominus. Scire talem volo omnē sanctam scripturā non posse sibi esse contrariā. et maxime vnū aduersum se non discrepare librum. Et vt plus aduciamus eundem: eiusdemq̄ libri locū in apocalipsi de qua nunc testimonium protulit ante decem circiter versiculos scribitur. Surge et metire templuz dei altare. et adorantem in eo. Atrium autem quod est foris templum ejice foras: et ne metiaris illud/quoniam datum est gentibus: et ciuitatem sanctaz calcabunt mensibus quadragintа duobus. Si enim Apocalipsis multo post passionem domini scripta est a Johanne: et in ea Hierusalem sancta ciuitas appellatur: quomodo rursum spūaliť Sodoma vocat: et Egypt9. Nec stati potest dicere sanctā dici Hierusalē celestē: quefutura est et sodomā q̄ corruit appellari: qz de futura dr q̄ bestia q̄ ascendura est de abysso faciet aduersus duos prophetas beilū: et vincet illos: z occidet et corpora eoz iacebūt in platea ciuitatis magne. de q̄ ciuitate z in fine ciusdē libri scribit. et

ciuitas in quadro posita est/z lōgitudo ei9/z latitudo tanta est et altitudo/et mēsus

est ciuitatem de aurūdine aurea: per stadia duodecim milia. longitudo ⁊ latitudo ⁊ altitudo eius equalia sunt: et mensus est muros eius centū quadraginta quattuor cubitorum mensurā hois que est angeli: et erat structura: muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas auro mundo. ⁊c. Ubi quadrū est nec longitudo/nec latitudo appellari potest. Et q̄ est ista mensura: vt tāta sit lōgitudo ⁊ latitudo quāta ⁊ altitudo ei⁹: et muri de lapide iaspide: ⁊ tota ciuitas de auro mūdo ⁊ fundamēta: ⁊ platee eius de lapidibus preciosis: ⁊ duodecim porte fulgentes margaritis. Cū ergo nō possunt carnaliter accipi. absurdū quidē est per duodecim milia stadioꝝ tantā ciuitatis longitudinē ⁊ latitudinē quantā ⁊ altitudinē predicari. Spiritualiter intelligenda sunt singula ⁊ ciuitas magna quā videlicet prius edificauit Cain: et noīauit eam ex vocabulo filij sui. Hic mundus intelligendus est quē accusator fratrū suoꝝ diabolus ⁊ fratricida Cain periturus extruxit vicijs: sceleribus condidit: iniquitate cōplens q̄ spūaliter appellatur sodoma/⁊ egyptus. de qua sodoma scribit. Restituetur sodoma in antiquū. q̄ scz ita restituēdus sit mūdus vt ante fuit. Neq; enim possumus credere rursum edificandā sodomā et ceteras Gomorrā scz ⁊ Adaman ⁊ seboim. sed in ꝑpetuos cineres relinquendas. Egyptū autem nūq̄ pro hierusalē legimus sed semp pro hoc mundo. Et q̄ longū est de scripturis innumerabilia exempla cōgerere: vnū testimonium ꝓferamus: vbi manifestissime mūdus hic egyptus appellat. In epistola catholica Judas apostoli frater Jacobi/scribit dicēs. Cōmonere aūt vos volo sciēs semel omnia quoniā iesus populū de terra egypti saluans/secūdo eos qui nō crediderunt perdidit. Et ne putaret de iesu dici filio Naue. statiz sequitur. Angelos vero qui nō seruauerūt suū principatū: sed dereliquerūt suuz domiciliū in iudiciū magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit. Et vt credat vbicūq; simus egyptus ⁊ sodoma et Gomorra nominant: nō loca sed mundū hunc interpretari. statim subiūgit exemplū. Sicut sodoma ⁊ gomorra et finitime ciuitates similiter et fornicate ⁊ abeuntes post carnem alterā facte sunt exemplū eterni/penam sustinentes. Et quid necesse est plura cōquirere: cū post passionē et resurrectionē domini/Mattheus euāgelista cōmoret. et petre scisse sunt ⁊ sepulchra aperta: et plurima corpora dormientiū sanctoꝝ surrexerunt/⁊ redeuntes de sepulchris post resurrectionē suā ingressi sunt sanctam ciuitatē: et apparuerunt multis. Hec statim hierosolymā celestem: sicut pleriq; ridicule arbitrant. In hoc loco intelligitur cū signuz nullū esse potuerit apud hominēs dñi resurgentis: si corpora sanctorum in celesti hierusalē visa sunt. Cū ergo et euangeliste ⁊ oēs scripture hierosolymā sanctā nominent ciuitatē. Et psalmista ꝓcipiat/vt adoremus in loco vbi steterūt pedes eius. Ne patiatur audire appellare eā sodomā ⁊ Egyptū: per quā dñs iurare vetat: q̄ si ciuitas magni regis maledictā terram noīat eo q̄ cruorez dñi hauserit. ⁊ quomō bñdicta loca putat in quib⁹ Petrus ⁊ Paulus xp̄iani exercitus duces sanguinē fudere p̄xp̄o? Si seruoꝝ ⁊ hoim gliosa professio est: cur dñi ⁊ dei nō sit gloriosa cōfessio? et martyꝝ vbiq; sepulchra veneramur: ⁊ sanctā fauillā oculis apponētes si liceat etiā ore cōtingimus. ⁊ monumentū in dño conditū est. quidā estimāt negligendū? Si nobis nō credimus/credamus saltē diabolo ⁊ angelis eius: qui quotiēscūq; ante illud de obsessis corpibus expellunt/quasi in cōspectu tribunalis xp̄i cōtremiscūt/rugiūt: ⁊ se dolent crucifixisse quem timeāt si post passionē xp̄i (vt celerata vox cōcrepat) hic detestabilis locus est. Quid sibi voluerit paulus hierosolymā festinare: vt ibi faceret pētecosten? Qui retinētibus scriptis locutus est dicēs. Quid facitis flētes/⁊ cōturbantes cor meū? Ego enī nō solū ligari: sz mori in hierusalē paratus sum ꝓ noīe dñi iesu. Quid ceteri sancti ⁊ illustres viri quorū vota ⁊ oblationes post p̄dicationē xp̄i/et fratres qui erāt hierosolymis deserebant Longū est nūc ab ascensu dñi/vsq; ad presentē diē: p singulas etates currere: q̄ eoꝝ qui martyꝝ: qui eloquentiū in doctrina ecclesiastica viroꝝ venerint hierosolymā: putantes se minus religionis: minus habere sciētie nec summā vt dicit magnā accepis-

se virtutē/nisi in illis xp̄i adorassent locis/de quibus primū euangeliū cognouerat. Nec hoc dicimus q̄ renuam⁹ regnū dei intra nos esse/⁊ sanctos viros esse in ceteris regionibus. sed q̄ hoc asseramus/vel maxime eos q̄ in toto orbe sunt primi/huc pariter cōgregari: ad q̄ nos loca nō vt primi sed vt extremi/ venim⁹: vt primos in eis oīm gentiū cerneremus. Quid in die: ⁊ aliarū regionū populos qui iuxta saluatoris eloquiū/vbicūq; fuerit corpus illuc cōgregabunt aquile. Cucurrunt ad hec loca/et diuersarū nobis virtutū specimē ostendūt. vox quidē dissonat: sed vna religio tot psallentiū choꝛ: quot gentiū diuersitates. Inter hec q̄ vel prima in xp̄ianis virtus est/nihil arrogare sibi de cōtinentia supercilij humilitatis. Inter omnes potentior est qui cūcq; nouissimus fuerit. Hic primus putat. In veste nulla discretio: nulla admiratio: vt cūq; placuerit incedere nec delectationis est nūc claudis. Jeiunia quoq; neminez supplebāt: nec deserūt inedie: nec moderata saturitas cōdēnat. suo dño stat vnusq̄sq; aut cadit. nemo iudicat alterū/ne a dño iudicet. Et qd i pleriscq; quincūs familiaritate est vt gemino dēte se lacerēt illic penit⁹ nō habet. Procul luxuria: procul voluptas: tāta in ipsa vrbe oīm cōmunis loca vt ad ea peragēda dies sufficere nō possit. Nerū ad villulā xp̄i/⁊ marie diuersoriū veniam⁹? (sed vt vtar eloquio diui hieronymi. pl⁹ enī laudat vnusquisq; quod possidet) quo sermone/qua voce/speluncam possemus exprimere saluatoris. Et illud presepe in quo infantulus vagit: silentio/q̄ infirmo sermone honorandum est. Ubi sunt late porticus? vbi aurata laquearia? vbi dñs miserorū petius etiam dānatoꝝ labore vestite? vbi instar palatij opibus priuatoꝝ structe basilice vt vile corpusculuz hois preciosius inambulet. et quasi mūdo quicq̄ possit esse ornatiꝰ tecta magis sua velint aspicere: q̄ celū. Ecce in illo paruo tre foraminc ꝓditor celoꝝ natus est: hic inuolutus pannis: hic visus a pastoribus: hic demōstratus a stella: hic adoratus a magis. Sed reuertamur ad peregrinatiōis laudē contra detractorē peregrinationis ad terrā sanctā hierusalē. Diuus eni hieronymus in epl'a ad desideriuz. quē ad loca sctā hierusalē visenda inuitat dicens. Hortor et precor per dñi charitatē: vt nobis vestros tribuatis aspectus: et per occasionē locoꝝ sanctoꝝ/ tanto nos ditetz munere. Certe si consortia nostra displicuerint adorasse vbi steterūt pedes dñi/ pars fidei est: et quasi recentia natiuitatis et crucis/ac passionis vidisse vestigia. Dulcissimi fratres credo me satis disputasse in hac inculta epl'a cōtra meos canes: et aduersus irrisores perigrinationū. Quāobrem verto animū meū ad scientie laudem assumens/pro fundamento sententiā hieronymi. Ama scientiam scripturarū/⁊ carnis vicia nō amabis. Cūq; sacris doctrinis fuerim⁹ saciati: de boni cordis nri thesauro ꝓferim⁹/ea q̄ bona sunt. Crebrius legam⁹/et discam⁹ q̄ plurima/et tenentib⁹ nobis codicē/somnus obrepat: et cadentē faciē pagina sctā suscipiat. Et q̄q̄ apl's semp orare nos iubeat: et sanctis etiaz ipse somn⁹ oratio sit: tñ diuisas orandi horas habere debem⁹: vt si aliquo fuerim⁹ opere detēti: ipm nos ad officiū tēpus admoneat. Sepe in manib⁹ nris diuia sit lectio: vt oim cogitationū sagitte (q̄b⁹ adolescētia ꝑcuti solet) buiuscemodi clipeo repellant. Qm̄ difficile: imo impossibile est perturbationū vitijs carere quēpiā. Hā i requēs lectio/et quotidiana meditatio/solet esse magis labor mētis q̄ carnis. Quō. n. q̄s manu/et corpe fit: manus et corporis labore ꝓfect: ita q̄s ad lectionē ꝑtinet magis mētis est labor. Littere nāq; marsupiū nō sequunt: sudoris tñ comites iunt ⁊ iaboris. socie ieiunioꝝ: nō saturitatis sed abstinētie: nō luxurie/sz cōtinētie. Et vt vtar eloquio senece. Nil tam mortiferū igenijs q̄ luxuria. Coitus enī corporis/est abbreuiatio vite: corruptio vtutū: legis trāsgressio: femineos mores generat: corpus corrūpit/⁊ debilitat: ad senū cito deducit. Ideo multi gētium/se ꝑpetua gule et genitaliū abstinētia obstruxerūt: vt in lōgā vitā ꝑtēdere possent. O q̄ acerb⁹ luxurie fruct⁹. amariorꝰ felle: crudeliorꝰ gladio: Libido trāsacta semp penitudinē sui relinq̄t: anxiat ⁊ nunq̄ satiat: extincta reaccēditur: visu crescit/et deficit: nec rationi

paret/que impetu ducit. Nã luxuriosi ꝓpriã naturã/ꝛ nobilẽ cõditionẽ/trãsferũt in ꝓprietatẽ brutoꝝ. Que igit gl'ia erit homini/si exerceat viciũ irrationaliũ bestiarũ/ et actus brutorũ/cũ certe omnia vitia inducunt seruitutẽ: dicente saluatore nostro. Qui facit peccatũ seruus est peccati: tamen luxuria maximam libertatem aufert: tenet cõpeditum: et pauci suos compedes euadere possunt. Demones maxime gaudent de peccato luxurie ꝓpter difficultatem euadendi. Luxuria intellectus lumen excecat/adeo vt finem debitum nescit eligere: consilio caret: precipitans in agendis efficitur. rectum iudicium ignorat. Nulla peccata sic deprimunt rationem sicut luxuria et gula que sunt socie: Ait Gregorius: Luxuria filia est cecitatis mentis homines inerulosos/iracundos/temerarios/dure imperiosos/ꝛ similiter blãdos facit: et confruendi cupiditate insatiabili flagrant. Plura tempora lachrymis/et in questionibus/perdũt. Igitur ignis infernalis luxurie: cuius materia gula: cuius flamma superbia: cuius scintille prauа colloquia: cuius fumus infamia: cuius cinis inopia: cuius finis gehenna. Tu rationem perturbas: intellectum hebetas: tu memoriam eneruas: tu obliuionem adducis: tu errorem infundis: tu ignorantiã inducis: tu hominem quasi bestiam facis: tu bonam famam aufers: tu libertatem tollis/et seruitutem inducis. Per te o luxuria gratia tollitur. O quis posset enumerare quot ex te corporaliter infirmati sunt: et diuersis aliis morbis laborãtes vitã pdiderunt. Fugiam⁹ ergo o dilectissimi fratres/venenũ fetentis luxurie: ꝛ castitatẽ amplectamur: et post sctãs scripturas: doctoꝝ hoim tractat⁹ legam⁹. eoꝝ dũtaxat/quoꝝ fides nota est qñ eruditio timorẽ creat: i peritia cõfidẽtiã. Sed tũc scriptura ꝑderit legenti: si qs legerit/ope cõpleat. Illoꝝ igit tractat⁹. illoꝝ delectemur ingenijs/ꝛ libris: quoꝝ pietas fidei nõ vacillat, cęteros sic legam⁹/vt magis sic iudicem⁹/vt ꝙ sequamur. caueam⁹ oia apocrypha. Et si qñ ea nõ ad dogmatũ vitatẽ legere voluerim⁹: sciamus nõ eoꝝ (teste Hieronymo) esse quorũ titulis denotant, multa q̃ in hijs/et mirta v tiosa. Et grãdis prudẽtie est aurũ in luto q̃rere. tñ in eoꝝ lectione ne reꝙescam⁹. Heu prouidentes: q̃d dicã/q̃due scribã cõtra insaniã quorũdã sacerdotũ: quos/omissis euãgelis/et ꝓphetis: videm⁹ comedias legere: amatoria bucolicoꝝ versuum/cantare: tenere v r gilium. qd in pueris necessitatis est crimen in se facere voluntatis. Scientia autem pietatis est nosse legere scripturas: prophetas intellegere: in euãgelio credere: apostolos non ignorare. Nec putemus in verbis scripturarũ esse euangliũ sed in sensu: nõ in superficie/sed in medulla. Non in sermonũ foliis/sed in radicerationis S. q̃d autẽ ignoramus. si quid de scripturis dubitem⁹ interrogem⁹ eũ quẽ vita cõmendat. excusat etas: fama nõ reprobat: quia cuius vita despicitur restat vt eius scientia contẽnatur. Magis em̃ exẽpla monent q̃ verba. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Melius est aliq̃d nescire q̃ cũ periculo discere. Plerięꝫ em̃ dũ ỹba saeri eloqa plꝰ q̃ debent discutiunt in carnalẽ intellectum cadunt. In diuinis (vt ait diuus Hieronymus) libris: melius est obscura relinq̃re vt sunt/q̃ aliq̃d temere v l prauе imitari quod nesciamus. Sunt quoq; nonnulli qui rugata fronte/demisso supcilio/verbisq; trutinatis/auctoritatẽ doctoris sibi vendicãt. Euenit etiã interdũ/vt eam modicũ sciẽtię q̃s habuerit/elatus in supbiã/discere desistat. Et paulatim eo q̃ nihil additur subtrahit/vt vacuũ disciplinis penitus remaneat: ferrũq; quod acutũ erat hebetet. Statuim⁹ ergo qd oris scripturã sanctã ediscere debeam⁹: quãto tpe legere nõ ad laborẽ/sed ad delectationẽ/ꝛ istructionẽ aię. Sed cauẽdũ est ne repleam⁹ mẽtes nostras scientia terrena/siue sapientia. de qua loq̃tur Jacobus in sua canonica. Nõ est em̃ ista sapientia de sursum descendẽs a patre luminum: sed terrena/animalis/et diabolica. Ubi em̃ zelus ꝛ contentio/ibi inconstantia/et omne opus prauum. Que aũt de sursuꝫ est sapiẽtia: primũ q̃dẽ pudica est: deinde pacifica: modesta: suadibilis/bonis consentiens: plena misericordia: et fructibus bonis: iudicans sine simulatione. Hanc scientiã siue sapiẽtiã: o fratres charissimi amplectamur. nõ sciẽtiã

que inflat caput. quẽadmodum inflauit capita multorum in nostra religione existẽtium qui vtinam nunq̃ relegionis habitũ cognouissent/nec sacrum baptisma recepissent: q̃ sunt veri precursores antixpi. Verbo christũ predicãt. vita vero/et opere/negant. Studium eoꝝ est intẽdere fabulis/ꝛ genealogijs interminatis/q̃ q̃stiones prestant magis/q̃ edificationẽ dei: q̃ est in fide. Isti cõuersi sunt in vaniloquium: volentes esse legis doctores/nõ itelligẽtes/neq; q̃ loquunt/neq; de q̃b⁹ affirmãt. Isti scioli siue magistri vani in tenebris (vt ita dicam: quia ambulant in tenebris) in ecclesia dei allegant onera grauia (dicente saluatore nostro.) et importabilia: et imponunt in humeros simplicium hoim. digito aũt suo nolũt ãmouere. Dia vo opa sua (vt puta ꝑdicatiões: disputatiões) faciũt vt videãt ab hoib⁹. Dilatãt em̃ suas fias: ꝛ magnificãt suas opiniões: ꝛ ita seducũt corda simplicium. Amãt aũt primos recubit⁹ i cenis vt habeant lautiora fercula (vt vtar cõmuni vocabulo) primas cathedras in tẽplis et salutationes in foro. et vocari ab hominib⁹ rabbi. nõ intelligẽtes preceptum christi. Ne vocemini magistri: quia magister vester vnus est christus. Isti inflati scientia terrena/sane doctrine aduersantur imitãtes diabolum patrem eorum. Perpulchre de istis prophetauit doctor gentium Paulus scribẽs ad Timotheum. In nouissimis enim temporibus discedent quidam a fide/attendentes spiritibus errores/et doctrinis demoniorum: in ypocrysi loquentium mendantium: et habentium cauteriatam suam conscientiam/prohibentium nubere/abstinete a cibis/quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus/et hijs qui cognouerunt veritatem Isti maledicti ypocrite totis viribus sequntur inepras et aniles fabulas. A quibus fabulis/deus nos defendat. O vtinam isti sapientes in oculis suis/non post se trahe-rent magnam multitudinem: qui non acquiescunt sanis sermonibus: semper discentes/et nunq̃ ad scientiam veritatis peruenientes. Hi resistunt veritati: homines corrupti mente: reprobi circa fidem. sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus: Contra eni discipulos magistrorum sciolorum/clamat apostolus. Erit. n. tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coacruabũt sibi magistros prurigentes auribus. et a veritate quidem auertent. ad fabulas autem conuertentur. O vana sapientia magistrorum sciolorum/ac eorum discipulorum. Dicit enim apostolus. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Et alibi scriptura. Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterũ. Dominus nouit cogitationes sapientium/quoniam vane sunt. Ac iterum. Perdam sapientiam sapientium: et prudentiam prudentium reprobabo. Nonne stultam (vt inquit apostolus) fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam predicationes saluos facere credentes. Quod stultum est/dei sapientia est hominibus. et qd infirmum est dei fortius est hoibus. Videte nũc fratres/quaten⁹ elegit deus stulta mũdi/vt confunderet sapiẽtia ꝛ infirma mũdi elegit de⁹/vt ꝓfunderet fortia. Predicatio. n. apl'oꝝ christi non fuit in persuasibilibus humane sapientie ỹbis: sed in ostensione spiritus/et virtutis. Fides em̃ nostra nõ est in sapiẽtia hoim. sed in virtute dei. Non in doctis humane sapientie verbis: sed in doctrina spirit⁹/mũdus deũ cognouit. Deus sua benignitate/talem nobis intellectum cõcederet/vt intelligeremus q̃ sunt spiritus dei. Profecto parui penderem⁹ sapientiã huius seculi. Dicit em̃ apostolus. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiet/vt sit sapiens. O deus meus si tue voluntati placeret/vt ego frater Thomas primus oim pctoꝝ/efficerer stultus in presenti seculo: vt essem sapiens in alio. Hec sapientia / profecto nihil locupletius: nihil pretiosius: nihil deniq; desiderabilius in vita hominum inueniri potest. Istaꝫ vt vobis fratres mei comparetis ipsamet sapientia vos inuitat: ad vos clamitat: in ꝓtis portas ciuitatis: in ipsis foribus/loquitur dicens. O viri ad vos clamito/ꝛ vox mea ad filios hominum: Intelligite paruuli astutiam: insipientes animaduertite.

Et paulo post. Accipite inquit disciplinā meā: & non pecuniam. Doctrinā magis q̄ aurū diligite. Melior est em̄ sapiētia cunctis opibus p̄ciosissimis: & omne desiderabile nō potest compārari. Ego sapiētia in cōsilio/et eruditis interfum cogitationibus Beatus homo q̄ inuenit sapiētiā: & q̄ affluit prudentia. Melior est acq̄sitio eius/negociatione auri/& argēti. Primi & purissimi fructꝰ eius. Preciosior cunctis opibus. Sapiētia & gr̄a q̄ desiderant huic nō valēt cōparari. Precipuus quoq; cultor illi⁹/q̄ a iuuētute eā amat. Sed aliqs vestrū posset me interrogare. Ubi o frater Thoma oim̄ insipiētior/thesaurus isti⁹ sapientie reperit? huius itaq; q̄stionis solutionē/salvator noster deus/et dei verbum sibi reseruauit. quā & aperuit cum incredulē/et huius thesauri ignaros/ad scripturas direrit: dicens. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere. In scripturis nāq; sacris/veluti in agro absconditus est sapientie thesaurus: quo ad eternā vitā puenitur. de quo doctus ille scriba euangelicus/profert noua noui/& vetera veteris testamenti mysteria. Scripture vero sacre: quāuis et mente teneantur/et voce proferātur: commodius tamē et vtilius in libris tanq̄ in vasis domini reconduntur/et in illis permanentius conseruantur. Omnes igitur qui hunc thesaurum inuenire desideratis. in libris diuinis querite. ibi pulsate & aperietur vobis. ibi querite & inuenietis. Quam cum inueneritis. beati eritis. Daniel in fine sacratissime visionis ait. Justos fulgere quasi stellas: & intelligentes. i. doctos: quasi firmamentum. Uidetis quātum inter se distant iusta rusticitas: et docta iusticia? Alq̄ stellis/alq̄ celo/cōparantur. Qui autem docti fuerint/fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iusticiā erudiunt multos quasi stelle in ppetuas eternitates. Dicitote mihi obsecro fratres mei. cur Paulus apostolus vas electionis dicitur? Nempe quia vas legis et scripturarum sanctarum erat armariū. Conuertimini igitur toto corde ad amplectādam scientiam. quia soli imprudentes odiunt scientiam. Ait ille meus compatriota Hieronymus. Summa nobilitas apud deum/est clarum esse virtutibus. Sole em̄ (credite mihi) virtutes oīnāt homines: et vsq; ad sydera extollunt. quas sine labore addiscere ac adipisci nō valem⁹. Ait em̄ Ambrosius: Nulla sine labore est virt⁹: q̄ labor est pcessus virtutis: q̄ nil sine labore certaminis natura dedit mortalibus. vt inquit Hieronymus. Suspiramus ad virtutes. Nam nostre diuitie sunt/in lege dei meditari die ac nocte. Preparem⁹ nobis fortitudinem: assumamus nobis perfectum robur: vt inter errorum tenebras/et confusionem/in noctis scientia christi lumen appareat: dieq; noster nubem habeat protegentem: vt bōs ducibus/ad terram sanctā peruenire valeamus. Legite ergo sacrā scripturā: in qua quid tenendum/et quid fugiendum plene inuenietis. Legite eam: quia omni pane dulcior est. omni melle suauior. omni vino clarior inuenitur. Appprehendite eam. et inuenietis quomodo deus deorum sit longitudo/propter eternitatē. quomodo sit latitudo/propter charitatem. quomodo sit sublimitas/propter maiestatem. quomodo profundum/propter sapientie immensitatem. Querite scripturā sacram/et inuenietis quomodo deus deorum natus de Maria virgine: et homo factus/amat vt charitas: quomodo nouit vt veritas: sz vt equitas. quomodo numeretur vt maiestas. Legite scripturam sacram: et inuenietis quomodo nazarenus ille Jesus regit vt principium. quomodo tuetur vt salus. quomodo operatur vt virtus. quomodo reuelatur vt lux. quomodo assistit vt pietas. Et ideo o fratres mei q̄diu in hac infirma/et vana vita fuerimus/hanc sapientiam discere et rapere tota mente curemus. Quid enim homo sine litteris reputatur? Quid enim est? Nunquid non pecus vel bedus? Nunq̄d nō bos/vel asin⁹? Nunq̄d nō equus/vel mulus/q̄bus non est itellect⁹? Eya igit̄ q̄ pastores rationaliū ouiū nuncupamini: festinate rapere non sophismata paganor̄. nō carmina poetar̄. nō fallacias philosophor̄: de q̄b⁹ & auditores reddituri sunt rationē. Sed illā dulcissimā sapiētiam sapientiar̄ que hereditas

dei & filior̄ ei⁹ cara possessio nūcupat. Hec est. n. doctrina diligēda. q̄ hec est que docet nos amare celestia: et terrena despicere. Hec est mr̄ fideliū: q̄ quotidie docet nos quō credam⁹ deū esse omnipotentē. quomodo ip̄m videbim⁹? in sede maiestatis veniente. quomodo bonis bona/et malis mala tribuentē videbim⁹? Iste est pfectus modus/dēū/nos/& primū/diligēdi. Hec est illa sacra sapientia que etiā nos docet extirpare blādos/et interi⁹ fraudulētos cognoscere. Hec est scientia scientiarū: quā qui inuenerit/inueniet vitā: et hauriet salutē a dño. Que. n. potest esse vita sine scientia scripturarū per quā etiā ipse xp̄s agnoscitur? Qui cibi: que mella sunt dulciora q̄ dei scire prudentiā? Sapiens quoq; nunq̄ solus. habet secū oēs qui boni sunt/et fuerunt. et animū liberū quocunq; vult transfert. Quod corpore non potest/cogitatione cōpletitur. Et si hominū inopia fuerit: loq̄tur cū deo. nec vnq̄ est minus sol⁹ q̄ cum solus fuerit. Prima nāq; sapientia est caruisse stultitia. Sed stultitia caruisse/nō potest nisi qui intellexerit illam: sed vera q̄dem sapiētia est nup factū se nosse. et vt sic loquar. In carne iusto⁹ imperfecta perfectio est. Parū tñ est scire quod nescitis: sed prudentis hois est nosse mensurā suam/quā qui ignorauerit/quāto ampliora que fierit tāto ad inferiora collocabitur. Discamus igit̄ in terris: quor̄ nobis scientia perseueret in celis. Hec ergo vobis et studiose cuiq; fecisse me sciens/nō ambigo multos fore/qui inuidia vel supcilio malint cōtēpnere videre preclara: q̄ discere & de turbulento magis riuulo. q̄ de purissimo fonte potare. Legant prius/et postea despiciāt: ne videant non ex iudicio: sed ex odū presumptione ignorata dānare. Incolumes vos/et memores mei: dñi nr̄i iesu christi tueatur clemētia/fratres mei/veri comites mee peregrinationis/& laborū participes: atq; omni affectione/venerabiles patres. Frater Rufinus socius n̄r̄ peregrinationū vos humillime salutat. Hanc lucubraciunculaz magno labore/prestante deo/victaui in conuentu fratrū minor̄/opidi Raphistagni puincie aquitanie. Anno dñi millesimo q̄ngētesimo vigesimo primo: die. xiij. Maij.

Candidissime lector/memento dicere vnū pater nr̄/et Aue maria: pro me miserrimo pctōre: necnō et comitib⁹ mee peregrinationis.

Uale mi lector/quem diuina clemētia ab omni malo protegat: et tereddat participē nr̄ar̄ exiguarum orationū.

IN nomine dñi Jesu et sanctissime virginis Marie matris eius. Incipit index seu tabula de sermonibus contentis in hac prima parte operis.

Sermones de xp̄o.

Sermo primus de nomine Jesu. Folio. j.
Sermo secundus de nomine Jesu. Folio. iij.
Sermo tertius de Incarnatione filij dei. Folio. vj.
Sermo quartus de incarnatione Christi. Folio. xj.
Sermo quintus de eodem. Folio. xix.
Sermo sextus de receptione spūali messie iesu christi. Folio. xxiij.
Sermo septimus de natiuitate dñi nostri iesu christi. Folio. xxv.
Sermo octauus de Circuncisione iesu christi. Folio. xxxj.
Sermo nonus de Epiphania domini. Folio. xxxvj.
Sermo decimus de Baptismo christi. Folio. xlj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabula.

Sermo vndecimus de ieiunio/fame/ꝛ tentatione xpi. folio.xliiij.
Sermo duodecimus de mirabili transfiguratione christi. folio.xlviij.
Sermo decimus tertius de innocentia christi. folio.l.
Sermo.xliij. de quinq plagis dñi nostri iesu christi. folio.liij.
Sermo.xlv. de peregrinatione iesu christi. folio.lvij.
Sermo.xlvj. de morte xpi: ac eius sepultura. folio.lx.
Sermo.xlvij. de amarissimis doloribus dñi nri iesu xpi. folio.lxij.
Sermo.xlviij. de sublimitate et magnificentia crucis in qua xps operatus est salutez humani generis. folio.lxiij.
Sermo.xlix. de effectibus passionis christi. folio.lxiiij.
Sermo.xl. de gloriosa resurrectione dñi nri iesu xpi. folio.lxvj.
Sermo.xlj. de eadem resurrectione christi. folio.lxvij.
Sermo.xlij. De Ascensione iesu xpi. folio.lxviij.
Sermo.xliij. de missione spiritussancti ad apostolos. folio.lxix.
Sermo.xliiij. de sanctissima trinitate. folio.lxx.
Sermo.xlv. de corpore christi. folio.lxxj.

¶ Sermones de virgine Maria.

Sermo primꝰ: ꝛ in ordine. xlvj. de imaculata cõceptione ṽginis marie. fol.lxxij.
Sermo.xlvij. de natiuitate marie virginis. folio.lxxiij.
Sermo.xlviij. de nominatione marie. folio.lxxiiij.
Sermo.xlix. de pulchritudine marie virginis. folio.lxxv.
Sermo.l. de desponsatione marie. folio.lxvj.
Sermo.li. de annunciatione marie virginis. folio.lxvij.
Sermo.lij. de visitatione marie virginis. folio.lxviij.
Sermo.liij. de purificatione marie virginis. folio.lxix.
Sermo.liiij. de virginitate marie. folio.lxx.
Sermo.lv. de puritate marie. folio.lxxiij.
Sermo.lvj. de maternitate marie. folio.lxxiiij.
Sermo.lvij. de eadem maternitate marie. folio.lxxv.
Sermo.lviij. de fide/spe/ꝛ charitate marie. folio.lxxvj.
Sermo.lix. de sacramentis a maria susceptis. folio.lxxvij.
Sermo.lx. de preciosa morte marie virginis. folio.lxxviij.
Sermo.lxj. de gloriosa assumptione marie. folio.lxxix.
Sermo.lxij. de magnifica exaltatione marie sup oēs angelos ꝛ sctōs. folio.lxxx.
Sermo.lxiij. de coronatione marie. folio.lxxxj.
Sermo.lxiiij. de dedicatione sabbati ad honorem marie virginis. folio.lxxxij.
Sermo.lxv. de obligatione marie ad genus humanum. folio.lxxxiij.
Sermo.lxvj. de aduocatione marie. folio.lxxxiij.
Sermo.lxvij. de obligatione humani generis ad mariā virginem folio.lxxxiiij.
Sermo.lxviij. de salutatione ad mariam virginem. folio.lxxxv.
Sermo.lxix. de sanctitate marie. q. s. ipsa est sancta sanctorum folio.lxxxvj.
Sermo.l. de gratijs marie virginis. Q. s. ipsa est mr oium gratiarꝝ.

¶ Auctoris ad lectorem instructio seu admonitio.

¶ Sexto et vltimo patet hec veritas ratione comunicationis/siue claritatis miraculorū. Constat nāq; veniſſe xp̃m q; ante aduentū eius multa miracula facta ſunt in veteri lege. Nūc vero illa fieri tantū videntur in xp̃iana religione virtute dñi nr̄i ieſu xp̃i: Sed quare hoc? Q; deus nō vult eſſe teſtis alicui⁹ falſitatis. Quanta eñ fuerint illa ſigna olim exhibita: patet in ſcripturis veteris teſtamēti. Ibi quidem vt Aug. teſtat lib. r. de ciui. dei. c. viij. reperiemus qualr Abrae exſterili vxore datus eſt filius: etiā ipſa ſeneſcēte. Geñ. xxj. Ibi vxor Loth in ſtatuā ſalis q̃uertit: q; ſupnū p̃ceptū p̃tēpſit. Geñ. xix. Ibi in liberatione ppli de egypto: colūna ignis p noctem: et nubis per diem iter p̃rebebat iſraelitico populo. Exo. xiij. Ibi apertuz mare rubrū oſtēditur: ⁊ filij iſrael per ſicum tranſeūtes. egyptū vero ī medijs fluctibus inuoluuntur. Ex. xvij. Ibi Marath fluuius amariſſimus immiſſo ligno dulcificatur. Exo. xv. Ibi manna paratur patribus in deſerto. Exo. xvj. Et q̃d oīa numerare tētamus: cū breuis ſermo illa explicare nequeat. Nō negāt ipſi iudei que dicim⁹: ſed rñdere nolunt cur tot ſigna ⁊ virtutes defecerūt. Negāt autez q; in nr̄a fide nūc tales virtutes ⁊ multo maiores inueniātur. Nos aūt qui xp̃iani ſumus de vño nr̄o ieſu xp̃o auctētice legimus q; miracula multa fecit curando infirmos. obſeſſos a demonibus liberādo. illuminādo cecos. mundando lepr̄oſos. et q̄d maius eſt mortuos reſuſcitādo. Et nō ſolū in creaturis ratiōabilib⁹ videnf hec ſigna: ſed etiā in inſenſibilib⁹ elemētis. Hinc eſt q; Greg. in homelia epiphanie ait. Omnia elementa auctorē ſuū veniſſe teſtata ſunt. Ut enim de his quaſi quodam vſu humano loquar: deum hūc celi eſſe cognouerunt quia p̃otinus ſtellam miſerunt. Mare cognouit: quia ſub eius plantis ſe calcabile p̃rebuit. Terra cognouit: quia eo moriente contremuit. Sol cognouit: quia lucis ſue radios abſcondit. Saxa et parietes cognouerunt: quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus cognouit: quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et ſi hunc q̃ē deum omnia elemēta inſenſibilia aſſerunt: adhuc infideliū iudeorū corda deū minime eſſe cognoſcūt duriora ſaxis ad penitentiā ſcindi nolūt: eūq; cōfiteri abnegant: quē elemēta (vt dixim⁹) aut ſignis/aut ſciſſionibus deū clamant: Hec ille. Nec ipſe xp̃s tm̄ iſta miracula fecit: ſed in ei⁹ virtute et nomīe in eccleſia vſq; in hodiernum diē multipl̄r fiunt: ſicut patet in aplis/in martyrib⁹/in virginib⁹/⁊ in cōfeſſoribus. De quibus oībus tanta dici poſſit q; vix aliqs illa q̃at aut legere aut audire. Verūtamen illud vnū eſt miraculū miraculoꝝ omniū clariſſimū ac mirabiliſſimū q; mūdus totus (vt ſupra dictuz eſt) per aplos in xp̃m crediderit. Nec fuerunt ruſtici ſimplices vulgares et idiote qui in xp̃m crediderunt: ſed viri litterati docti/periti/philoſophi/oratores/principes/reges ⁊ imperatores. Confundantur ergo iudei duri qui xp̃ianam fidē impugnāt q; xp̃m eſſe incarnatū ⁊ iā veniſſe in mūdū negant: quē (vt p̃diximus) tot quotidiana miracula declarāt et manifeſtant. O iudei olim a deo p̃dilecti: modo vati in opp̃robriū gentiū: reuertimini/reuertimini: deponite veſtram duritiam. Currite ad xp̃m deſideratū: qui iaz venit māſuetus. Ratione ergo cōmuſcationis miraculoꝝ et rōnibus p̃dictis manifeſtū eſt verū meſſiā p̃miſſum ſctis patribus veteris teſtamenti eſſe incarnatū ⁊ veniſſe in mundū ad redimendū populum ſuum. Patet p̃ma queſtio.

¶ Ad ſecundā q̃ſtionē ⁊ tertiā in ordine Rñdetur q; triplici rōne congruū fuit xp̃m differre incarnationē ſuam

¶ Primo ratione punitionis.

¶ Secundo ratione cōmendationis.

¶ Tertio ratione conſeruationis.

¶ Primo nāq; fuit congruū hoc dñficiū differre ꝓpter puniendū hois peccatuz. Nam facilitas venie incentiuū tribuit delinquēdi. c. quia ſunt. xxvij. diſt. ⁊. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aqui. Omne eni frequē-

tari facit impunitio crimen et accendit culpam facilis dimiſſio pene Quia igitur Adam putauit ſe peccatū leue et veniale cōmiſiſſe (vt ait. ſ. Bonauen. in. ij. diſt. xxij. ar. j. q. ij.) vt deus ſibi ⁊ poſteris ſuis oſtenderet q; graue fuit eius peccatuz: cōueniens fuit beneficium redēptionis differre. ne ſi ſtatim cōceſſum fuiſſet quodāmodo ex pcto ſuo homo cōmodum reportaret et peccare in deum parū formidaret Licet aūt hoc beneficium dici poſſet liberalius ſi ſtatim conceſſum fuiſſet. tamen humano generinō fuiſſet vtili⁹ cui ex tarditate incarnationis oſtēſa fuit grauitas peccati. Preterea cum ex tunc homines proni facti ſint ad malum. vt dicit. Geñ. viij. c. ⁊ j. c. ois etas. xij. q. j. et in. ca. proclivus. xx. q. iij. Cōgruū fuit vt in primo peccato de⁹ ſeueritatē oſtenderet: vt ſic timore humanā audaciaz coherceret. Oſtendit aūt diuine vltionis ſeueritas maxime in hoc q; tātos clamores et luctus ſanctorū Patrum tanto tpe ſuſtinuit anteq̃ deſcendere vellet. Et ipſe adā cū tota poſteritate ſua etiaz iuſte exul fuit a paradiſo et detentus in lymbo. Penituit eni eū in hoc mundo. v. cccc xx. annis: et tamen oportuit expectare in carcere quaſi quatuor milibus annis. Unde. Aug. ſup epiſtolaz pauli ad. Galatas inquit Magno conſilio factum eſt vt poſt hominis caſū non illyco dei filius mitteretur. Reliquit enim deus hominez p̃rius in libertate arbitrij: vt vires nature ſue cognoſceret et ita infirmitate ſua cognita clamaret remediū: et gratie implozaret auxiliuz. hec ille. Ratione ergo punitionis congruum fuit chriſtum differre incarnationē ſuam

¶ Secundo decuit hoc bñficiuz p̃trahi ꝓpter ipſius beneficij cōmendationem Nam tale ac tantum beneficium quale eſt incarnationis filij dei merito exigebat vt crederetur fide firmiſſima: ⁊ charitate feruentiſſima diligeref tāq; remediū altiſſimū atq; ſalubrrimū iō cōgruētiſſimum fuit vt ante xp̃i aduentum p̃cirent multa teſtimonia ꝓphetarū tā explicita ī verbis q; implicita in figuris vt multis firmiſſimis teſtimonijs q; erat ſecretū ⁊ altum certiſſimū fieret et indubitabile ad credē dū. Preirēt etiā multiplicia p̃miſſa ⁊ ardētiſſima deſideria: et ſic deſideratū tandē gratiſſime exhibitū amantiſſime ſuſcipe retur maxmaq; ſollicitudine cuſtodiretur Ex his patet q̃ta ſit ingratitudo imo ſtulticia nr̄i tp̄is. q; redēptorez incarnatū ⁊ p nobis mortuū nō tm̄ diligim⁹ q; tū ſcti patres affectabāt ⁊ amabāt p̃miſſū et vēturū Uñ. Ber. ſer. ij. ſup can. inq̃t. Tāta Ardore deſiderij patrū iuſpirātiū xp̃i in carne p̃ſentiā. frequētiſſime cogitās cōpūgor ⁊ cōfundor in ſemetipo ⁊ vix ꝓtineo lachrimas cōſideratiōe miſerabiliū tēporū hoꝝ q; nūq̃ nobis tm̄ ingerat gaudiū gr̄a huius exhibitionis. quātū ſctis veteribus p̃ſiabat deſiderium promiſſorū.

¶ Tertio cōgruū fuit xp̃m ſuā incarnationē differre ꝓpt ordinis cōſuationē requirebat enim maxia dei ſapiētia vt oia ordinata eſſent ſm̄ loca et tp̄a. Inſt oia aūt opa diuia hoc eſt pfectiſſimū q; q̃ facta ſunt oia. Dis ūt pceſſ⁹ ab impfecto debet eſſe ad pfectuz ⁊ nō ecōtra. j. ad cor. xij. c. Cū venerit q̃ pfectū eſt tunc euacuabit quod ex parte ē Fuit ergo congruum vt illud op⁹ fieret in fine tēporū ſicut p̃mus homo factus eſt ſexta die ſic ſecūdus fieret i ſexta etate in qua nos ſum⁹. ¶ Sed aliquis poſſet querere Quare nō expectauit vſq; ad vltimū finem temporum? Sed incarnatus eſt in hoc tpe determinato Reſpondetur q; hoc fuit valde congruum dupliciratione.

¶ Primo ratione tepiditatis. Humana eniz natura proclius eſt magis ad maluz q; ad bonum Et ſi diutius p̃otraxiſſet in carnationez et fidem et ſpem perdidiſſet. Prius ergo venire ipſum in carne nō decuit rōnib⁹ p̃dictis. Si aūt diuti⁹ tardaſſet tepuiſſet feruor in corde humano quotidie et forſan reuerentia et noticia dei et moruz honeſtas interius fuiſſet abolita Unde orabat ꝓpheta dicēs. Exurge dñe et ne repellas in finem.

¶ Secdo rōne oportunitatis decebat eniz ductorem perfectū tunc ſe viā oſtēdere cū eſſet oportunitas currēdi ad brauiū hoc eſt in fine tēporū. nec tñ āte t minū vt pertimorē iudicij ſtimulati ac per ſpē p̃mi ac

tracti: ꝛ per exēpli informationē aiati sequi possem⁹ efficaciter ducem nostrum. ¶ Ulteri⁹ posset etiā queri. Quare ante peccatū nō fuit incarnatus? Rñdetur q certū est nō fuisse cōueniēs ante peccatū deū incarnari: cū op⁹ incarnationis principaliter ordinet ad abolitionē peccati. Et vt dī Luce. v. c. Nō sanis sed infirmis op⁹ est medico. Nec venit vocare iustos: sed pctōres. Clama. Digitur vere beata etas. O vere aureū seculū in quo experimur dulcedinē filij dei ꝓ nobis incarnati. Extolle paupcula aia oculos tue mētis: et videbis xp̄m in carne in p̄sepio in feno iacere: et a pastoribus adorari: a tribus magis venerari: in egyptū a matre portari. de egypto in terrā israel p man⁹ matris deduci: comitāte ioseph. In medio doctorum disputare. a Joanne in iordane baptizari. in deserto ieiunare. adiabolo tentari: per partes terre promissionis predicare: nō sine fame/siti/ac persecutione phariseoꝝ: necnō ꝛ alijs magnis laboribus. Uidebis dico tuū p̄ssimum iesum in horto patrē orantē/ꝛ in terra iacentem/madefactū sudore sanguineo: a iudeis cōprehendi: ad domum Anne deduci: in domo Cayphe illudi: et in domo Pilati flagellari/ac cōdēnari ad mortē. versus montē caluarie crucem deferre/matre plorante. et in monte caluarie in cruce pendere. Expergiscere igitur anima cuncta pro te christus passus est. Plora/ploza ingrata. Ut tui miseriatur. Dic aia misera Damātissime iesu gras ago tibi pro tanto beneficio et merito tue sacratissime passionis. des mihi in presenti gratiam et in futuro gloriam. Amē.

¶ Sermo quint⁹. de eodem.

¶ Thema.

Arul⁹ datus est nobis: et fili⁹ natus est nobis: et factus est principat⁹ sup humerū eius: et vocabit nomē eius admirabil cōsiliari⁹: de⁹ fortis p̄ futuri seculi: et princeps pacis. Scribūt hec ỳba. Esaie. ix. capitulo.

¶ Prologus.

Exaltata est magnope dignitas humani gn̄is in incarnatione filij dei: quādo ille q̄ imperat vētis et mari germinare facit terrā: solis ac lune gressus disponit: syderūq; cursus miro ordine ordinat. dignat⁹ est hoiez assumere in vnionē p̄sone ỳbi Sed cōtra hoc amplissimū mun⁹ insurgūt maledicti quidā asserētes de xp̄i humanitate q̄daz nō sana: nō vera nō deniq; ad credēdū vtilia. s. q̄ xp̄s nō assumpsit verū corp⁹: sz fantasticū ꝛ apparēs: ꝛ ea q̄ scōz hoiez gessit in veritate nō fuerūt: sed in quadaz apparētia Itē q̄ nō habuit corp⁹ terrenū: sed portauit illud de celo: ꝛ nihil de mr̄e ỳgine accepit. sz p cāl̄q̄si p aqueductū trāsiuit. Itē q̄ nō assūpsit verā aiaz: sz loco anime fuit ei⁹ diuinitas: et huiusmodi. Cōtra quos in p̄nti sermone dicturi ad huc sumus de xp̄i incarnatione ꝛ humanitate. Et ꝓ p̄ncipio nr̄i ꝑmonis. q̄rūtur tria dubia. Primū dubiū est. Utrū filius dei assūpsit verū corp⁹? Secūdū dubiuz est. Utruz xp̄s possit dici filius spiritussancti?

A Dprimū dubiū rñdetur scōz thomā. in. iij. pte. q. v. ar: j. q̄ sic q̄ congruū fuit Triplici ratiōe.

¶ Prima rō est ex rōne nature humane. Ad quā p tinet verū corp⁹ haberi. suppositō igitur ex p̄cedētib⁹ q̄ cōueniēs fuit filiū dei assumere naturā humanā cōsequēs est q̄ verū corpus assumpsit.

¶ Secūda rō sumit ex pte redēptionis humani gn̄is. Si eni xp̄s nō assūpsit verū corp⁹ sz fantasticū ergo nō verā mortē sustinuit nec aliq̄d eoꝝ q̄ euāgeliste de eo narrāt secūdū veritatē gessit: sz solū scōz apparentiā quādā ꝛ sic etiā scq̄rek q nō fuerit vera sal⁹ hois subsecuta. Oportet. n. effectum cause ꝓportionari.

¶ Tertia rō sumit ex ipsa dignitate p̄sone assumētis q̄ cū sit veritas nō decuit vt in eius ope aliqua fictio ēet. Uñ et dñs hūc errorē p seipsū excludere dignatus est. Luce. vlti. ca. cum discipuli conturbati et conterriti putabāt se ipm̄ videre ꝛ nō verum corp⁹ ꝛ ideo se eis palpādū prebuit dicēs. Palpate et videte q⁹ spūs carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Et iō Aug. in lib. lxxxiij. questionū inquit. Si phātasma fuit corp⁹ xp̄i. xp̄s fefellit ꝛ si fefellit veritas nō est: est aūt veritas ergo nō fuit phātasma corp⁹ ei⁹. Et sic p̄z q̄ verū corp⁹ assumpsit: vnde in lib. de ecclesiasticis dogmatib⁹ dicit nat⁹ est dei filius nō putatiu⁹ q̄si imaginatuz corp⁹ habēs sed verū. ¶ Sed cōtra videt q̄ filius dei nō assūpsit verū corp⁹ Signa eni debēt rei pōdere signatis: sed apparitiones veteris testamēti q̄ fuerūt signa apparitionis xp̄i nō fuerūt scōm corpis veritatez sed scōm imaginariaz visionē. sicut patet. Esa. vj. Uidi dominū sedētez: ꝛc. Ergo videt q̄ apparitio filij dei in mūduz nō fuit scōm corpis veritatē. sz scōz solū imaginationē Ad hoc respondeo q̄ figura dz respōdere rei quātū ad similitudinē nō quātū ad rei veritatē Si. n. secundū omnia esset similitudo iā nō esset signū sed ipsa res vt Dama. dicit in. iij. lib. Cōueniens ergo fuit. vt apparitiones veteris testamēti essent ꝑm apparentiam quasi figure. Apparitio aūt filij dei in mūdo esset scōm corpis veritatē quasi res figurata p illas. Unde apostolus. ij. collo. ij. c. dicit Que sunt ymbra futurorum corpus autem christi.

¶ Sed hic oritur dubium Utruz ¶ christus assumpsit corp⁹ terrenū. i. carnem et sanguinem vel corpus celeste Respondeo q̄ eisdem rationibus apparet quare corpus christi nō debz esse celeste quibus ostensum est q̄ non debuit esse fantasticū. ¶ Primo enim q⁹ sicut veritas humane nature nō saluarek i xp̄o si corp⁹ ei⁹ esset fantasticū (vt posuit Manicheus) ita etiā nō saluarek si ponerek celeste Sicut posuit valentin⁹ Cum igitur forma hominis sit q̄da res naturalr̄ eqr̄it determinatā materiā. s. carnes ꝛ ossa q̄ in hominis diffinitio ne poni oportet vt patet p phm. vij. Metha. ¶ Secōo q⁹ hoc etiā derogaret veritati eoꝝ que christus in corpe gessit. Cū. n. corpus celeste

sit impassibile et incorruptibile. vt probatur in. j. de celo. Si filius dei corp⁹ celeste assumpsisset non vere esurisset. nec sitisset nec etiā passionē et mortē sustinuisset.

¶ Tertio etiā derogat veritati diuine. cū eni filius dei se hoib⁹ ostenderit quasi corpus carneū ꝛ terrenū habens fuisset falsa demōstratio si corpus celeste habuisset et ideo in lib. de ecclesiasticis dogmatibus dī natus est dei filius carnem ex virginis corpe trahens: et non de celo secū afferēs ¶ Et si obiciatur illud. apli. j. ad Corin. xv. Primus homo de terra terrenus: secūdus de celo celestis. Sed. Primus hō s. Adam fuit de terra quātum ad corpus vt patet. Geni. j. ergo etiā scōus homo. s. christus fuit de celo q̄tuz ad corpus ergo assumpsit corpus celeste. ¶ Dicendū est q̄ christus dicit de celo descendisse duplicit̄. Uno modo ratiōe diuine nature nō ita q̄ nā diuina in celo esse desierit: sed q⁹ in infimis nouo modo esse cepit. s. scōz naturā assumptam. scōz illud. Johā. iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit d celo filius hominis qui in celis est. Alio modo ratione corporis nō quia ipsuz corpus christi secundum suam substātiaz de celo descenderit: sed quia virtute celesti. i. spiritussancti est eius corpus formatū Unde. Augustinus. dicit ad Dyosium ex ponēs auctoritatē inductā. celestē Dico xp̄s q⁹ non ex humano cōcept⁹ est semine.

¶ Sed aliquis posset querere: Utrum filius dei assumpsit etiam animam sicut assumpsit corpus Ad hoc. Respondet: Thomas. vbi. s. ar. iij. q̄ sic vt dicit. Augustinus in lib. de hereſibus. Opinio fuit primo. Arry ꝛ postea Apollinaris q̄ filius dei solam carnē assumpsit absq; anima ponentes q̄ verbū fuerit carni loco anime ex quo sequebatur quod in christo non fuerunt due nature: sed vna tantum ex anima enim et carne vna natura humana constituitur Sed hec positio stare non potest ꝓpter Tria ¶ Primo quidem quia repugnat auctoritati scripture in qua dominus de sua anima facit mentionez. Matthei. xvi. sesti mo sexto. capitulo. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et Johannis decimo ca. Potestatē habeo ponēdi animā meā

Sed ad hoc respōdebat Apollinaris q̄ in bis vbis aīa metaphorice sumit/quēadmodū i veteri testamēto/dei aīam cōmemorat. Esa.j.ca. Calēdas vestras odiuit aīa mea.sz sicut dicit Aug.i lib.lxxxiij.q̄stionū. Euāgeliste i euāgelica narratiōe narrāt q̄ miratꝰ est iesus:z iratus z cōtristatꝰ/et q̄ esurijt.q̄ quidē ita demōstrant eū verā aīam habuisse:sicut ex hoc q̄ comedit/et dormiuit z fatigatꝰ est.demonstrat eū habuisse verum corpus humanū Alioquin si z hec ad metaphorā referant cū similia legunt in veteri testamento/de deo peribit fides euangelice narrationis Aliud em̄ est qđ pphetice nūciat in figuris. Aliud q̄ scōm rerum pprietatem ab euāgelistis historice scribitur.

¶Secūdo derogat pdictꝰ error vtilitati incarnatiōis/q̄ est liberatio hois. Ut em̄ argumētat. Aug. in lib. cōtra Felicianū. Si accepta carne filius dei aīam omisit: aut inopiā sciēs medicine idigentē nō credidit:aut a se alienā putās redemptionis bñficia nō donauit:aut ex toto ī sanabilē iudicās curare nequit:aut vilē z q̄ nullis vsibꝰ apta videret abiecit:horꝝ duo blasphemiā iportāt in deū:quomodo em̄ dicerē oipotēs si curare nō potuit desperatā aut quomodo omniū deus si nō ipse fecit aīam nostrā? Duobꝰ aūt alijs in vno aie causa nescit:in altero meritum nō tenet. Aut intelligere causam putādus est aie ad accipiēdum legē habitu insite ratiōis instructā a pctō volūtarie trāsgressionis nitit separare. Aut quomodo eiꝰ generositatē nouit q̄ ignobilitatis vitio dicit despectā? Si originē attēdas p̄cipuior est aie substātia. si trāsgressionis culpā ppter negligentiā peior est causa. Ego aūt xp̄m et pfectam sapiētiam scio/et pyssimā esse nō dubito:quorū primo meliorē z prudētie capacem nō desperit.secūdo eam que magis fuit vulnerata suscepit.

¶Tertio vero hec positio est cōtra ipsaz incarnationis veritatem. Caro em̄ et cetere partes hominis per aīmā speciem sortiuntur. Unde recedente anima nō est hō aut caro nisi equiuoce. vt patet p̄ Phi losophum.ij.de anima.et.vij. Meta.

¶Sed aliquis posset dicere contra. Uidetur q̄ filius dei animam nō assumpsit. Johānes em̄ incarnationis mysteriū credens dixit. Uerbum caro factū est. Nulla facta mentione de anima. Non autē dicitur caro factū eo q̄ sit in carnem cōuersum sed quia carnē assumpsit. Nō ergo videf assumpsisse aiam.

¶Preterea anima necessaria est corpori ad hoc q̄ propter eam viuificetur:sed ad hoc non fuit necessaria corpori christi vt videf:quia ipsum verbum dei est.de quo dicitur in. Ps̄. Dñe apud te est fons vite Superfluū ergo fuisset aīam adesse/verbo presente. Deus autem et natura nihil agunt frustra. vt dicit Phs.j.de celo. Ergo videtur q̄ filius dei animam non assumpsit.

¶Ad primum respondef. q̄ cum dicitur Uerbum caro factum est. Caro ponif p toto homine ac si diceret verbum homo factū est. sicut z Esa.xl.c. Uidebit omnis caro salutare dei nostri. Ideo autē totus homo per carnē significatur.quia vt dicf tur ī auctoritate inducta:p carnē filiꝰ dei visibilis apparuit. Unde subdif. Et vidimus gl̄iam ei9. Uel ideo:qz vt Aug dicit in lib.lxxxiij.q. In tota illa vnitate susceptionis principale vbū est:extrema autē atq̄ vltima caro. Uolēs itaq̄ euāgelista cōmēdare p nobis dilectionē humilitatꝫ dei vbū z carnē nominauit:omittēs aiaz q̄ est vbo inferior/carne prestantior. Rationabile etiam fuit vt nominaret carnem que ppter hoc q̄ magis distat a verbo minus assumptibilis videbatur.

¶Ad secūdum argumentū est dicēdū q̄ verbū est fons vite sicut prima causa vite effectiua:sed aīa est principiū vite corpori tanq̄ forma ipsius:forma autem est effectus agentis. Unde ex presentia verbi magis concludi posset q̄ corpus esset animatū: sicut ex presentia ignis potest concludi q̄ corpus cui ignis adheret sit calidū. Patet ergo q̄ filius dei assumpsit aīam sicut assumpsit corpus.

¶Sed posset queri. Utrū assumpsit mentem humanā. sine intellectū? Et aliquibus videf q̄ nō et conātur illud pbare duplici medio.

¶Primo sic. Ubi est presentia rei non

requiritur eius ymago:sed homo secūdū mētem est ad ymaginē dei:vt Aug.dicit in libro de trinit. Cum ergo in xp̄o fuerit presentia ipsius diuini verbi nō oportuit ibi esse mētem humanam.

¶Secūdo pbāt sic. Maior lux obfuscat minorē:sed vbuz dei qđ est lux illuminās oēm hominē venientem in hūc mundū. vt dicit Joh.j.c. Cōparaf ad mētē sicut lux maior ad minorē:qz z ipsa mēs lux q̄dam est quasi lucerna illuminata a prima luce Prouerb.xx.c. Lucerna dñi spiraculum hois. Ergo in xp̄o q̄ est vbum dei/nō fuit necessariū esse mētē hūanā siue itellectū.

¶Sed in oppositum est veritas. Nam dicit Augu.in libro de fide ad Petrum. Fir missime tene z nullaten9 dubites christū filium dei habētem veram nostri generis carnem et animā rationalē:qui de carne sua dicit. Palpate et videte quia spiritꝰ carnē z ossa nō habet sicut me videtꝫ habere. Luce vltimo.ca. Animam quoq̄ se habere ostendit di. Ego pono animā meā Joh.x.ca. Intellectū quoq̄ anime ostendit se habere.di. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Mat.xj. Et de ipo per pphetam deus dicit. Ecce intelliget puer meus. Esaie.lij.ca. Qꝫ autem filius dei nō assumpsit mētem humanā siue intellectum hoc aduersatur narationi euāgelice/que cōmemorat eum fuisse miratum. vt patet Mat.viij. Admiratio autē absq̄ ratione esse nō potest:quia importat collusionem effectus ad causam dū.s. aliquis videt effectū cuius causam ignorat z querit. vt dicif in principio Metha.

¶Secundo repugnat vtilitati incarnationis que est iustificatio hois a peccato. Anima em̄ humana nō est capax peccati nec gratia iustificātis nisi per mētem. Unde precipue oportuit mentem humanam assumi. Unde dicit Damasce.in.iij.lib.q̄ dei verbū assumpsit corpus z aīam intellectualē z rationalem. Et postea subdit. Totus toti vnitus est vt toti mihi saltem gratificet i. gratis faciat. Quod em̄ inassumptibile est:incurabile est.

¶Tertio hoc repugnat veritati incarnationis. Cū em̄ corpus ꝓportionef anime sicut materia propue forme non est vere caro humana q̄nō ē pfecta anima humana.s.rationali. Et ideo si ipse aīmā sine mente habuisset:non habuisset verā carnem humanā:sed bestialē:quia per solā mentē anima nostra differt ab aīa bestiali. Unde dicit Augu.in lib.lxxxiij.q.q̄ secundum hūc errorē sequeref q̄ filius dei beluam quādam cum figura humani corporis suscepisset:quod iterū repugnat veritati diuine que nullaz patitur fictionis falsitatem.

¶Quid dicem9 modo ad argumenta in contrarium posita:

¶Ad primū ergo dicendū/q̄ vbi est ipsa res per sui p̄sentiā nō requirif eius ymago/ad hoc vt suppleat locū rei:sicut vbi erat imperatoꝛ milites non venerabanf eius ymaginē: sed tamen requirif cū presentia rei ymago ipsius vt perficiatur ex ipsa rei presentia:sicut ymago incerta pficitur ad impressionē sigilli:z ymago hominis resultat in speculo per eius presentiam. Unde ad perficiēdū humanū mentem necessarium fuit q̄ eam sibi verbum dei vniuerit.

¶Ad secūdum. Respondef q̄ lux maior euacuat lucem minorē alterius corporis illuminantis:non tamen euacuat:sed pficit lucem corporis illuminati. Ad presentiam em̄ solis stellarum lux obscuraf: sed aeris lumen perficitur. Intellectꝰ aūt seu mens hominis est quasi lux illuminata a luce diuina verbi. Et ideo per presentiam verbi. non euacuatur mens hominis/sed magis perficitur. Et sic patet primum dubium.

Ad secundū dubium:quod erat. Quare operatio icarnationis filij dei magis attribuitur spiritui sancto q̄ patri vel ipsi filio? Respondetur q̄ hoc fit triplici ratione.

¶Primo. Ratiōe cause monētis deum ad humane nature susceptionē:q̄ fuit charitas Ex amore em̄ maximo venit filius dei vt carnē sibi assumeret in vtero v̄ginali. vt habef Joh.iij. Un̄ Magister in.iij.di.iij. hāc rōnē approbās ait. Nō em̄ ideo ope-

ratio incarnationis spūisctō sepius attribuit: qz ipse eā sine patre z filio fecerit: sz qz spūssanct⁹ est charitas z donū patris z filij ex ineffabili dei charitate vbū caro factum est: et inertimabili dei bono/filius vnivit sibi formā serui. hec ille.

¶ Preterea vt ostēdat q̄ non ex aliq̄bus meritis: sed ex sola liberalitate z grā dei carnem assumpsit. attribuit xp̄i cōceptio spiritui sctō: qui est ipsa gratia.

¶ Secūdo. Rōne vtutis p̄parantis. Sicut em̄ charitas dei ad hoiem movit deū prin cipaliter: sic charitas ipsi⁹ vginis eā maxime disposuit ad hoc donū suscipiendū. vt dicit sctus Bon̄. in. iij. d. iij. art. j. q. j. Illud aūt qō maxime p̄parauit vginē ad filij susceptionē fuit amor diuin⁹. Unde quēadmodū mulier ꝯcipit p viri dilectio nē z ipsi⁹ adhesionē q̄ est causa desiderio rū in amore vtutis gnatiue. Sic btā vgo ꝓpter amoris singularitatē: singulariter cōcepit deū ex deo: et ideo cōcepisse dicit de spūsctō. Unde Hugo de sctō victore in quodā suo libello inq̄t. Cōcepit vgo maria de spūsctō: nō q̄ de spūsctō semē ptus susceperit: sz qz p amorē in opatione spiritussancti ex carne vginis diuino partui substātiā ministrauit. Hā qz amor singulariter i corde ardebat: ideo i carne ei⁹ mirabilia faciebat. cui⁹ dilectio q̄ i corde nō susceperit socium operatio in carne illius nō habebat exemplum.

¶ Tertio. Rōne reprimēde si-ne excludēde falsitatis. Ideo nāq̄ dr cōcept⁹ de spūsctō. vt carnale corp⁹ iterueniss nō credat. Et vt ois pctī ꝓtagio excludat. z ne credat q̄ se imiscuerit feditas ꝯcupiscētie ac p hanc pctm̄ originale. vt inq̄t Bon̄. vbi. s. Patet ergo vt dicit Damasc̄ vbi. s. q̄ frequēs noiatio spūsscti ab illo ope patrem z filiū nō excludit. sz potiꝰ vno noiato tres itelligunt. sicut fit sepe i aliis opib⁹. Un̄ Aug. sup hoc mouēs q̄stionē i lib. Ench. i hūc modū eā determinat. dicēs. Cū illā creaturā quā vgo ꝯcepit z peperit q̄uis ad solā psonā filij ptinētē tota trinitas fecerit: neq̄ em̄ sepabilia sunt opa trinitatis: cur in ea faciēda solus spūsctūs noiat⁹ est: an vero q̄ vn⁹ triū in aliquo ope noiat: vni uersa opari trinitas itelligit. Ita vere est z exemplo doceri potest.

¶ Et nota ꝑm. s. Thom̄. i. iij. pte. q. xxxj. ar. j. q̄ in spūsctō dupler habitudo ꝯsideranda respectu xp̄i. Hā ad ipm filiū dei qz dr esse cōcept⁹ hz hitudinē cōsubstātialitatis. Ad corpus aūt ei⁹ hz hitudinē cause efficiētis. Hec aūt ꝓpositio de vtrāq̄ hitudinē designat. sicut cū dicim⁹ hoiem aliquē esse de suo pre. Et ideo cōveniēter dicere possum⁹ xp̄m esse cōceptū de spūsctō hoc mō: q̄ efficiētia spūssti referat ad corp⁹ assumptū: cōsubstātialitas vero ad psonā assumentē. Patet ergo q̄ licet icarnatio xp̄i facta sit opatione totius trinitatis: tñ singulariter spiritui sctō attribuit.

¶ Sed si aliq̄ vellēt aliqua rōne ꝓbare q̄ opus icarnatiōis magis debet appropriari p̄ri/vel filio/q̄ spūsctō. Ad oia est vna respōsio. qz ꝓcedūt ex isufficiēti. et peccāt ꝑm ꝓsequēs. qz vna sola rō nō sufficit appropriari vni sole psone vbi respectu alteri⁹ psone reperit rō maiozis cōgruentie. sicut ē in ꝓposito. z sic patet sctm̄ dubiū.

¶ Adtertiū dubium vz. Utrū xp̄s pōt dici filius spūsscti? Rñdet. s. Bon̄. in. iij. sen. d. iij. ar. j. q. ij. q̄ absq̄ dubio ista locutio nō admittit: nec est admittēda. Tū ꝓpter vitādū errorē circa gnationē tpalē Tū circa generationē eternam.

¶ Ad vitādū errorē circa gnationē tpalem: qz sctm illā dr xp̄s ꝯcept⁹ de vgine z spūsctō: si diceret spūsctūs eius p̄. sicut vgo ei⁹ mater. iā videret ex hoc xp̄s nat⁹ esse de maria et spūsctō. sicut nascit̄ ples de muliere et viro. q̄ si hoc falsum est: qz ples partē accipit a p̄re/ptem a matre accipit in q̄ assimilat p̄ri z matri i eadē forma z natura. Et hoc nō est reperire i xp̄o q̄tū ad ei⁹ cōceptionē. imo soli matri assimilat i natura assumpta/nō debet admitti xp̄m esse filiū spūsscti: sed solius vginis matris ad manifestādā tē z seruandā vitatem z ꝓprietatē temporalē generationis.

¶ Sumit etiā ratio ex pte gnatiōis eterne: quare catholici talē ꝑmonē nō admittant. ne cōfusio fiat eternaꝝ relationū et

ꝓprietatū. Unde cū ꝓprie sit psone p̄is gnare respectu psone filij. nullaten⁹ admittit xp̄m esse filiū spūsscti. in quo nō est alia psona vel ypostasis q̄ illa quā p̄ ab eterno genuit. Ideo ꝓpter vitādos errores tam circa gnationē tpalē q̄ circa eternā: nō recipiūt theologi p̄dictā locutionē

¶ Itē si hoc esset verū q̄ xp̄s diceret filius spūsscti. tūc haberet duos p̄res. s. patrē et spiritūsctm̄. imo tres: qz seip3. Ipe em̄ ꝑm diuinitatē efficit ita hāc incarnationē sicut spūssctūs. Unde merito dicit Aug. Quis dicere audebit xp̄m esse filiū spūsscti: cū hoc ita sit absurdū vt nulle fidelū aures hoc valeāt sustinere. Possent q̄pe heretici cōcubitū suspicari in maria si patrē eū audirent. Videt tanq̄ hereticus dicere spiritū sanctū esse patrem christi. z christum filium eius.

¶ Sed ꝓtra posset aliq̄s arguere sic. Pater dicit q̄ deducit rē ad esse: ergo q̄ magis deducit rē ad esse magis debet dici pater. Ergo si spūsctūs magis opat⁹ est ad hoc q̄ caro xp̄i ꝓduceret in esse q̄ aliq̄s p̄ respectu plis ꝓcreande. Uidetur q̄ xp̄s sit filius spiritussancti loquēdo ꝓprie.

¶ Preterea spūssctūs cū vgine opat⁹ est filij xp̄i ꝯceptionē/nec min⁹ opat⁹ spūsctūs q̄ vgo sed multo amplius. Si ergo xp̄s dicit filiꝰ vginis. z vgo dr ei⁹ mr. Uidetur q̄ multo forti⁹ debeat dici spiritussanctus eius pater.

¶ Itē omne qō est de aliquo per modum cōceptionis habēs similitudinē substantie cū illo. dicit ei⁹ pater: sed xp̄s cōcept⁹ est de spūsctō. et est similis in substantia cum illo. Ergo xp̄s est filiꝰ spiritussancti.

¶ Ad primū argumētū. Rñdet q̄ illa nō ē tota ratio p̄is: qz necesse est q̄ ꝯueniat in natura z forma. sed spūssctūs nō cōuenit cū xp̄o in natura et forma ꝑm quā ꝓducit ipsum ad esse.

¶ Ad sctm dicēdū q̄ nō est simile. qz virgo cōformat xp̄o in natura ꝑm quā cōceptus est ex tpe. spūs autē sctūs q̄uis xp̄o sit similis in natura: nō tñ est eius principiū ꝑm illam. Et ideo nō cogit sctm argumentum: nec etiam tertium.

¶ Unde notādū est q̄ ad hoc q̄ aliq̄d dicat pater tria requiruntur. Primo q̄ fiat in eadē specie. Unde pediculi nascētes in hoie q̄uis habeāt esse ab ipso hoie nō dicunt filij hois. nec homo pater eoꝝ: qz nō sunt eiusdē nature in specie. Secdo reqrit q̄ sit distinctio inter eos: qz teste August. nulla res seipsam gignit vt sit. Tertio requiritur q̄ fiat per modū nature. Unde lz spūsctūs sit eiusdē substantie cum patre et filio: et ab eis distinguat personaliter: non tñ dicit eoꝝ filius: qz ꝓcedit nō quomodo nat⁹: sed quomodo dat⁹. i. p modū volūtatis. Patet aūt q̄ xp̄s libere ꝓdicit quo ad humanitatē a spūsctō et in diuersa natura. Ideo nō dicitur pater eius: nec xp̄s filius eius. Nec impedit qō Damascenus dicit. Uerbum diuinū descendit in virginem tanq̄ scopon. i. semen. et ita fuit ad simile in natura Quia respondetur q̄ semen in se habet duplicē ꝓprietatem. Unam agendi: quia in. v. Phis. ponitur cum causa actiua. Et hoc modo dicitur semē: quia dedit vim generatiuā. marie. s. supplendo perfectissime causaz particularē. s. serum virilem. Et sic intelligit Damas. Alterā vero in producendo similē/in forma z natura. z hoc modo nō fuit illic semen: quia fuit impossibile naturā humanā in diuinā verti. Et his omnibus patet q̄ christus non potest dici filius spiritussancti.

¶ Sed hic posset aliquis querere. Utrum christus possit dici filius Trinitatis. Ad hoc Respōdeo ꝑm s. Bona. vbi. s. q. iij. q̄ apud Theol. ꝑm communē vsum non admittitur ista locutio. christus est Trinitatis filius. Et huius rationem assignant diuersi diuersimode. Quidam enim dicere voluerunt q̄ hoc est ꝓpter ꝓprietates filiationis que respicit personam et ypostasim. Et quoniā ypostasis filij dei siue psona eterna/nec habet originem a tota Trinitate sed solum a persona patris. Hinc est q̄ q̄nis in christo sit reperire humanam naturam a tota Trinitate creatam: non est tñ concedendū xp̄m esse filiū totius Trinitatis/propter repugnantiā que reperta est in ypostasi. hoc est in psona q̄ est eterna. Sed si ratio ista intem⁹ ꝯsideret nō videt

magne efficacie quia ꝗuis ypostasis christi sit eterna nihil tamen impedit ipsum dici filiuꝫ virginis. ratione nature assumpte. Si ergo illi ypostasi innasci potest filiationis habitudo in compatione ad matrem ex qua natura tracta est. Et ideo ex parte proprietatis filiationis et eternitatis ypostasis. nō videf efficax rō posse sumi ad repudiationeꝫ predicte locutionis Et ideo est alius modus dicendi ꝙ predictus sermo non recipitur quia appropinquat errori. Nam christus cuꝫ sit filiꝰ unigenitus dei patris nō recipitur ꝙ sit filiꝰ trinitatis. similiter propter hoc ꝙ talis locutio appropinquat errori sabellij. qui posuit proprietatem patris cuilibet triuꝫ personarum cōenienter posse attribui Non recipitur etiam quod sit filius totius trinitatis per creationem quia talis locutio appropinquat errori Arrij ꝙ posuit xpm esse puram creaturam Non recipiꝭ etiam ꝙ sit filius totius trinitatis: quia talis locutio appropinquat errori. Nestorij. qui posuit in christo duas naturas et duas psonas diuinā s. et humanā et quātū ad humanā personā dixit christuꝫ filium dei per gratiā. ergo sermo predictus omnino erroꝛes impietati appropinquat Et ideo respuitur ab his ꝙ periti sunt in sacra scriptura. Unde augu. de trini. ij. inquit. iesꝰ neꝙ suns neꝙ trinitatis filiꝰ dici potest. ¶ Sed oppositum nōnulli dicunt ꝙ christus potest dici filius trinitatis et hoc probant dupliciter. ¶ Primo sic quandocunꝙ aliqua se habent per indifferentiam ad aliquam operationem secundum illam operationem communē et uniformem recipiūt benoiationem sed tota trinitas operata est incarnationis mysterium. ergo si persona patris dicit esse pater xpi nō solū quātū ad deitatē sed etiam quātuꝫ ad humanitatē videf similit ꝙ tota trinitas possit dici pater

¶ Scōo sic: in christo triplex est substātia s. suprema/media/et infima. supma. s. diuina et infima. s. corpꝰ. Sed xps rōe nature supreme est filiꝰ alicuiꝰ s. patris dei rōne nature infime filiꝰ alicuiꝰ. s. matris ex qua traxit carnē ergo et rōne medij filius alicuiꝰ erit: sed media. s. anima est a tota trinitate equaliter. Ergo videf ꝙ filius totius trinitatis dici possit Ad hec argumēta rndetur. et ad primū qñ dicit ꝙ tres psone se hnt ad personā assūptā pindifferētiā dicēdū ꝙ verū est sed nō sic se habēt per indifferētiā respectu psone assumētis qꝛ aliā habitudinē habet ad psonā patris aliā ad psonā spiritussancti cuꝫ aūt dicit xps est filiꝰ dei pris. Hoc magis dicit respectu nature assumētis sꝫ assūpte qō pꝛ qꝛ dicit filiꝰ patris vnigenitꝰ et naturalis ꝛ ideo argumētū illud nō cogit: qꝛ ab insufficienti procedit. Ad scām de natura suprema/media et infima. Rndetur quia cuꝫ illa sit creata nō recipit circa christū filiatio aliqua rōne illa potest tum dici ꝙ non est simile de substantijs extremis ad mediam quia tum ratione diuine substātie. tum ratione carnis genitus est et assimilatur suo principio producenti. s. patri et matri. patri in diuinitate ꝛ matri in humanitate. non sic autē est de ratione anime. Et ideo non est simile. Ecce o christi fideles. quanta pulchra et laudeuigna de mysterio incarnationis filij dei vobis declarauī. Nolite igitur o mortales miseri dormire in peccatis: sed festinanter currite ad christum ipse namꝙ est qui peccatores venit saluare ipse pro eis sanguinis ꝓpij preciuꝫ exposuit ipse ad eos clamitat Math. x. ca. Uenite ad me omnes qui laborati et onerati estis. Uenite. s. vos peccatrices aie aggrauate pōdere peccatoꝝ veniteꝛ adme dilectorē ad me amatorē vrm et ego ex charitate mea et amore intimo quo vos diligo. reficiā vos gratiā restituēdo: exonerando vos omni pena quam deberetis persoluere. O reprehēsibilis multorū pigritia: qui proprie saluti consulere negligunt. Aperta est vena clementie christi iesu: et peccatores non curāt. Heu inquam. Heu multa miliaanimarū descendunt ad infernum. que si vellent merito christi possent saluari. Nihil deest ex parte ipsius: ipsarum tamen tarditas est manifesta. Nolunt currere ad fontem aque viue qui plenissime pro omnibus satisfecit offerens redeuntibus a peccato in psti gras. ꝛ in futuro gliaꝫ quā nobis ille cōcedat ꝙ est bndictꝰ in scla seculoꝝ.

¶ Sermo. vi. de receptione spirituali messie iesu christi.

¶ Thema.

Vox clamantis in deserto parate viā dñi: rectas facite in solitudine semitas dei nostri Habētur hec vba Esa. xl. ca.

¶ Prologus.

Sancti patres: volētes dñi nostri iesu xpi celebrare aduentū ꝙ studiosissime fmōes ad pplm faciebāt vt se vnusqsq; fidelis ppararet ꝛ emūdaret vt digne dei ac dñi sui natiuitatē celebrare valerēt. Talia me cōsiderāte corde concepi hoc mane ad te o populemi. de ꝓparatione spirituali vba facere: quomodo vnusquisq; puro corde cras poterit celebrare natiuitatē dñi nostri iesu xpi. Nam si ꝙs vestrū seniorē suū in domum suā cras esset susceptur? nunqd ab oibus sordib? ipaz domum mūdaret? et quecꝙ honesta ꝛ necessaria essent fm suā possibilitatē ppararet Et si hoc faceret mortalis susceptur? mortalem: ꝙtomagis se mūdare deberet creatura vt suo creatori apparēti in carne nō displiceat. Si em etiā muliercule solent aliquas ferias suscepture maculas vestiū suaꝝ aqua diluere. Cur nō magis nos excepturi natalē dñi maculas aiarū nostrarū fletibus abluam? Si digne igit volum? natalē dñi celebrare: oportet nos esse sctitate puros: mūdos pudicitia/nitidos honestate. Sed vt fmo noster habeat aliquem ordinem queritur dubium.

¶ Que sunt nobis necessaria: vt digne valeamus natalē dñi nostri iesu xpi celebrare? Respondef ꝙ sunt quattuor.

¶ Primum: est viam dirigere.

¶ Secundum: hospitium preparare.

¶ Tertium: epulas ordinare.

¶ Quartum: vestes pulchras assumere.

Primū dico ꝛc. Et quod sit faciēdum: de necessitate. Triplici ratiōe pbat. Primo rōne dispositionis. Secūdo rōne locationis. Tertio ratione maioritatis.

¶ Primo ratione ꝛc. Si tu sis bene dispositus. Una est maxima in theologia ꝙ peccatū mortale facit hoiem distare a regno dei. vt ait ppheta. Lōge a pctōribus salus. Et puerb. xv. Lōge est dñs ab impijs ꝛ orationes iustoꝝ exaudiet. Sz nota ꝙ hec distātia nō est localis: qꝛ deꝰ est vbi qꝛ. vt dr in. ps. Si ascēdero in celū tu illic es: si descēdero ad infernū ades. ꝛc. Sz est distātia formalis ppter peccatum. Dicit essi aplus. ij. ad Coꝛ. vj. ca. Que em participatio iusticie cū iniq̄tate? aut q̄ societas lucis ad tenebras? Que autē cōuētio xpi ad belial? Peccator est tenebra: xps est lux. vt scribit Joh. viij. c. Ego sum lux mūdi q̄ sequif me nō ambulat i tenebris sed habebit lumē vite. et xij. ca. etiā dicit. Ego lux in mūdū veni vt oīs qui credit in me in tenebris nō maneat. O miserrime pctōr q̄ es fact? tenebra. audi q̄d dicit xps vt habef Joh. xij. c. Ambulate dū lucē habetis vt nō vos tenebre cōprehēdāt: ꝛ qui ambulat i tenebris nescit quo vadat. Dū lucem habetis credite in lucem/vt filij lucis sitis. Sed heu prohdolor quid dicam nisi id quod habef Joh. iij. ca. Dilexerūt homines magis tenebras ꝙ lucē. Et sequif causa. Erant essi eorum mala opera Omnis enim qui male agit odit lucem: et non venit ad lucē vt non arguantur opera eius: qui autē facit veritatem venit ad lucem vt manifestētur opera eius: quia in deo facta sunt. Ueni ad lucem o peccator infelix si vis illuminari. Tu o peccatores iniustus. deꝰ est iustus: tu malus. deus est bonꝰ. tu insipiēs. deus est sapiēs Deus ē per essentiā beatus. Tu vero miserrime es plenus miseria et calamitate. Uide igitur o homo diabolice qui non times deum quanta distantia est inter te et ipsum deum propter tua scelera et peccata. Ita ꝙ christus in anima tua non habitat per gratiam: et hoc ratione indispositionis. Et nisi sis dispositus per gratiā: nunꝙ suscipies iesum christū. Et per cōsequens natiuitatem eius nō poteris digne celebrare. Stat ergo o miser mora-

lis ꝙ si volueris digne celebrare natalem dñi necesse est tibi remouere prauas opera a corde tuo. Et ita ratione bone dispositionis poteris suscipere iesum christum in domũ tuam: et per cõsequens laudabiliter celebrare natiuitatem eius.

¶ Secundo. Ratione. ꝛc. Dicit em̃ philosophus. iiij. phys. Locus et locatũ debent proportionari. Exempli gratia. Tu habes aliquid pulchri vel aliquod pulchrum. Nunquid illud ponis in loco sibi ꝓportionato? Certe sic. quia locus ꝛ locatum debet proportionari. sicut patet exemplũ de vino bono: et de quacunq; alia re. Ita et anima nostra: cum sit rationalis ꝛ capax summi dei: cum etiam sit propinqua ei per similitudinem.

¶ Sed nota ꝙ ymago dei consistit in aĩa q̃tuz ad proprietates naturales. scz. memoriam/intelligentiã/et volũtatem. Et dicitur ꝙ ymago Trinitatis consistit in actibus primis vt sunt sub actibus secũdis. Quia illo modo est ibi vera consubstantialitas ꝛ vera originatio. Et intelligitur sic. Anima habet in se aliquã perfectionẽ primã que vocat memoria a qua gignitur noticia. Item habet perfectionem secũdam: que vocatur intelligentia que quidẽ recipit noticiã ꝛ habet perfectionem que vocatur voluntas que recipit volitionem. Et ita ymago trinitatis consistit in primis actibus vt sunt sub actibus secundis.

¶ Ulterius nota ꝙ duplex reperitur ymago. Prima est nature ꝛ identitatis. vt est ymago regis in filio eius qui est eiusdem nature cum patre. Et secundũ hãc ymaginem solus christus dicitur ymago dei: quia ꝓpter idẽtitatem nature cum patre perfecte repꝛesentat illum cuius est ymago. Apostolus enim dicit ad Colloſ. j. c. Qui est ymago inuisibilis primogenitus omnis creature: qm̃ in ipso condita sunt vniuersa in celis et in terra: visibilia et inuisibilia. Secunda est ymago figure ꝛ similitudinis sicut est ymago regis in sigillo impꝛessa/vel nummo que ipsum regem repꝛesentat. Et tali modo dicitur anima creata ad ymaginẽ dei: non ꝓpter identitatem nature: sed ꝓpter quandam ꝓportionem siue similitudinẽz quã habet ad deum. Dicit enim Augu. in lib. de decem chordis Q̃ anima rationalis ita est similis deo: vt deũ repꝛesentet tanq̃ ei⁹ ymago. Sicut repꝛsentat regem ymago illius que relucet in speculo. Sicut em̃ in vna dei substãtia sunt tres persone: ita in vna essentia anime sunt tres potentie naturales. ſ. memoria: intelligentia: ꝛ voluntas. vt ait Aristo. iij. de aĩa. Ex quo apparet ꝙ aĩa nostra est creata ad ymaginem sanctissime Trinitatis: ꝛ vnitatis diuine Aug. em̃ dicit xiij. de Trini. Aĩa dicit ad ymaginẽ dei creata: qi pot̃ meminisse: intelligere: ꝛ amare deũ. Et iterũ ibidẽ ait Eo q̃ppe ymago ei⁹ est quo capax illi⁹ ẽ eiusq; ꝑticeps ee pot̃. Idẽ affirmat in lib. de diffinitiõe aie. dicẽs. Aĩa est substãtia creata inuisibilis ꝛ imortalis deo similima ymaginẽ nullã habens nisi creatoris sui. Aĩa igit̃ nostra q̃ rõne creatiõis est filia dei ei⁹ habẽs similitudinẽ debet ipsum diligere ꝛ diligẽdo debet ipm̃ in domũ suã recipere ꝛ illi bonũ hospitiũ ꝓparare. Sz hoc non pot̃ fieri nisi pri⁹ ei ꝓportionet: ꝛ hoc nõ fit nisi p gr̃am ꝛ lumẽ glie qd̃ non pot̃ esse in aĩa q̃ est subiecta pctõ. Unde thiero. Deus cõpatriota ad Pamachiũ ꝛ Oceanũ scribit. Uasa limo plena liquorem puri elemẽti recipere ꝛ cõtinere non possunt. Ager spinosus nisi ante cultoris labore fuerit exstirpat⁹ nõ nutrit in se iacta semina sed suffocat. Ita ꝛ animꝰ secularium sollicitudinũ plen⁹ illecebris vbuz nõ pot̃ sustinere diuinũ nisi pri⁹ ipas mũdi sollicitudines culparũq; oĩz materias euãgelica in se falce succiderit. Dic mihi o inique pctõr nõne reputaret fatu⁹ ille q̃ lapidẽ pciosum ꝓiceret in locũ plenuz stercorib⁹? Uere sic. Nõne illa mulier haberet stulta q̃ sua pulchra iocalia in stercorib⁹ collocaret? Uere sic. Si ita est. dic mihi o fetide luxurioſe. credis deũ esse ſipientẽ vt velit suã gr̃am in vase pleno fecib⁹ luxurie/ ceteroz̃q; pctoz̃ reponere? Certe nõ. Ergo o aĩa rusticana q̃ es vnũ vas plenũ fecib⁹ pctoz̃ in te de⁹ suã gr̃am nõ collocabit nisi reꝛcies oĩa tua scelera: p cordis cõtritionẽ: oris cõfessionẽ: ꝛ operis satisfactionem. Si hec tria nõ feceris

natiuitatẽ dñi dei tui digne non celebrabis: qr ipm̃ p gr̃am in te non habebis. Et ita in inferno punieris.

¶ Tertio. Ratione maioritatis. Cõclusio est phi. iij. Topi. Si de quo minus videt ineſe ꝛ inest: ergo de quo magis. Exempli gr̃a. Si rex filiũ suũ punit a fortiori puniet famulum. Si angeli vel scti oĩs ꝛ vgo maris peccare possent ꝛ peccarent de⁹ a sua visione eos exꝑelleret: ꝛ nequaq̃ cũ eis esset. O paule da testimonium si forte ratiões nõ capiũt. ad Ephes. v. ca. Hoc em̃ scitote itelligẽtes: qr oĩs fornicator: aut imũdus: aut auarus: qd̃ est idolorũ seruit⁹: non habet hereditatẽ in regno xp̃i ꝛ dei. ad Rom. xiij. c. Abꝛciam⁹ ergo opera tenebraꝝ. et Dauid. ps. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur sine macula ꝛ operatur iustitiã. ꝛc. Mat. v. Beati mũdo corde qm̃ ipi deum videbũt. De pe. dist. j. ca. Nõ potest quis gr̃az vite celestis accipe nisi purgat⁹ fuerit ab oĩ sorde pcti p penitẽtie cõfessionẽ vel p donũ baptismi salutaris. Exemplũ Nepotis Cyrilli ad Aug. scribentis. Nepos inq̃t q̃dẽ meus ruffus noie vtroq; pri nat⁹ parẽte a teneris annis ad meas devenit man⁹ q̃ vtinã de vtero nõ exisset. ne illi qd̃ sustinet non cõtigisset quẽ tanta diligẽtia enutriui vt a plurib⁹ a me genit⁹ putaret. Creſcẽs itaq; infelix puer etate: sed nõ sapiẽtia ingẽti pulchritudine corꝑis decorat⁹: ſz nõ aie a cũctis dilectiõe ſupfina colebat. Is nãq; xviij. etatis ãno ibecillis et miserrim⁹ exꝑirauit. De cuius morte tant⁹ ab oĩbus ſonuit luct⁹ q̃ vix p mẽſem potuit q̃tari. At ego nimis ei⁹ incũbẽs dilectioni pluries rogaui glorio suz Hieron ymũ: vt mihi q̃d accideret ne poti meo reuelaret. Dũati aũt mihi die q̃dam: hora. xvj. tãtus affuit fetor q̃ nulla ten⁹ potui sustinere: et dũ tacit⁹ mirarer vnde tãtus fetor ceſſet supra meũ vticẽ eleuatis oculis ifelicẽ nepotẽ meũ vidi terribili visione ita q̃ visum in eũ ipꝛimere nõ audebã. Rã carbonis igneis circũligat⁹ flãmas fetidissimas erũpebat. Ad hãc terribilẽ visionẽ subito me tãt⁹ timor inuasit vt dũ pluries loq̃ vellẽ formare vocẽ penitus nõ valerẽ. Postremo aliquãtulũ merediens si meus erat nepos voce cepi perq̃rere tremebũda. Ad hec inq̃t ille vlulatib⁹ ꝛ suſpirijs. Utinã nõ essem/ne tam diris essem cruciatibus deputat⁹. Rã scias me ꝓpetuis tpibus mansionib⁹ tartareis pmãsurũ. Ihen q̃d dicã. Dis dictis tãtus mihi dolor affuit: vt p pluries sim mirat⁹ quomodo e vita ꝓtin⁹ nõ decesſi. Ꝉgius autẽ exꝑletis colloquijs ab eo sciſcitatus fui: cur ita diuinã misericordiã pderat: cũ tot ỽtutib⁹ videret pollere. Pro nulla inq̃t me scias causa fore dãnatũ. nisi q̃ in ludis. maxime delectabar. Atq; in morte volũtarie postposui cõfiteri: q̃bus dictis diſparuit. Et tãtus fetor remãsit. vt in loco illũ p magnũ ſpaciũ nullus ausus sit ĩtroire. Hec Cyrillus. Ube igit̃ dis q̃ cum talia vel legũt vel audiũt: nõ timẽt: non mutanf: nõ cõuertunf ad dñm deũ suum Rã si p vno petõ solũmodo hoiem dei iusticia eternaliter dãnat: q̃d faciet p multis. Dirigite ergo viã dñi. ꝛc.

¶ Secũdo. Debem⁹ domũ dignã ꝛ hospitiũ ꝓparare. Ambr. Propicia diuinitate fratres charissimi iam aduenit dies quo natalẽ dñi saluatoris cũ gaudio desideram⁹ celebrare. Iccirco rogo vt q̃tũ possumus cũ dei adiutorio laborem⁹ cõsciẽtia ꝛ mũdo corde/ꝛ casto corꝑe ad altare dñi possim⁹ accedere: ꝛ corꝑus ꝛ sanguinẽ ei⁹ nõ ad iudiciũ: sed ad remediũ aie nostre mereamur accipere. Hec ille. In hac domo et hospitio aie nostre sunt tres camere: q̃ debẽt esse pure ꝛ mũde memoria/itelligẽtia/ꝛ voluntas. In memoria q̃dem habitat pater. In intelligentia filius. In volũtate spiritussanctus. Memoria enim sm̃ Augu. est mater intelligentie: qr intelligẽtia nihil cognosceret sine memoria que ei influit. Similiter volũtas generatur a memoria et intelligentia. Nemo em̃ vult aliquid nisi in memoria habeat. Et nisi per intelligentiam aliqualiter cognoscat Et sic memoria est mater intelligentie. Et intelligentia est proles memorie. Uoluntas vero ab vtroq; procedit. Et ideo per quãdam appropriationem pater habitat in camera memorie.

filius in chamera intelligentie. Spūssanctus in chamera voluntatis. in chamera memorie pater habitat per beneficiorū dei recordationem continuam Unde pſ. Memor fui et delectatus sum. fiat practica de beneficijs dei per modum contēplationis In chamera intelligentie habitat filiꝰ per fidem veram. ad Ephes. iij. habitare christum per fidem in cordibus vestris in charitate radicati et fundati. vt possitis comprehendere cum omnibꝰ sanctis que sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum. Et hec fides habet purificare. Actuum xv. ca. Fides purificans corda eorum. Et. xv. q. vel. Fides omnia purgat Et Ambro. Ubi fides integra est ibi saluator docet vigilatet exultat ibi requies: ibi tranquillitas: ibi cūctorum criminū est medicina. In chamera voluntatis habitat spūssanctus. s. per amorē. Unde postꝯ dominus dixit. Jo. xiij. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: et pater meus diliget eū et ad eū veniemus. et mansionem apud eum faciemus. s. per amorem. ¶Sed quid dicam de multis hereticis. ad quorum domum christus non venit quia multa falsa ac erronea de christo locuti sunt. De quorum numero fuit ille Eunomius hereticus qui dicebat verbum non ab eterno ſz ex tempore productum. sequens quorundā philosophorū opinionē qui dicebant a deo effluxisse quandam mentem in qua essent omnium rerum forme: quam vocabant paternū intellectū. Contra quos sic loquentes est sententia Athanasij in suo symbolo vbi dicit eternus pater Eternꝰ filius. Eternus spiritussanctus. Et Joh. primo. In principio erat verbum et vbū erat apud deum. et deus erat verbum. ¶Alius hereticus cui nomen Apolinaris tenere presumpsit. q verbum sit in carne conuersum cuius opinio est improbata in sermone. iij. de incarnatione christi ¶Tertius hereticus fuit Arrius qui posuit tres personas. Sed negauit vnitatem diuine essentie dicens filium esse alterius nature a patre et esse creaturam et minorem patre sibi non coequalem. et non coeternum Contra quod est illud dictum xpi Johan. x. Ego et pater vnum sumus. Et Johan. xiij. Ego in patre et pater in me ē ¶Quartus hereticus. Fuit macedoniꝰ qui dixit spiritum sanctum esse creaturā Contra quem Dicitur Esaie cap. xlviij. Misit me dominus deus et spiritus eius ¶Quintus. Fuit manicheus qui dixit. Duo uisse principia rerum Contra quē habetur. Esaie xlv. Ego dominus. et non est alius formans lucem et creās tenebras faciens pacem et creans malum.

¶Sextus. Fuit Aristoteles qui negauit deum omnia fecisse de nihilo. Cōtra quē est illud. pſ. cxlviij. Ipse dixit et facta sūt ipse mandauit et creata sunt.

¶Septimus. Fuit pelagius qui negauit peccatum originale esse in parulis. Cōtra quē ad Romanos. v. dicit. Per vnū hominem peccatum intrauit in mundū Et psalmo. l. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. et in peccatis cōcepit me mater mea.

¶Octauꝰ fuit prisilianista qui dicebat homines esse fatalibus dispositionibꝰ et constellationibus subiectos ad benefaciendum et malefaciendum contra quem Hieremie. x. dicitur. A signis celi nolite timere.

¶Nonus hereticus est Ualentinus qui negabat resurrectionem mortuorum futuram Contra quem est Sententia. pau. ad Corinthe. xv. dicentis. omnes quidē resurgemus.

¶ Tertiū excellēs signū quod apparuit in baptismo xp̄i. dicit paterne vocis auditio audita quippe fuit vox patris dicētis. Hic est filius meꝰ dilectus. s. naturalis. Alīi aūt sunt adoptiui. in quo mihi bene cōplacui idest in quo volūtas mea cōplebit de salute gn̄is humani. Ubi claret q: in baptismo xp̄i tota trinitas apparuit. vt dicit Nicolaꝰ de lyra sup. j. Marci. Pater i voce spūssanct⁹ i colūbe specie: ⁊ filiꝰ in carne. Et ptalē apparitionē trinitatꝭ demōstratum fuit q: baptism⁹ quo baptizant fideles cōsecrat in inuocatione ⁊ vtute trinitatis: sm illud Mat. vlt. c. Eūtes docete oēs gētes baptizātes eos in noie patris et filij ⁊ spūssci. Hylariꝰ aūt sup Mat. ita pulchre loquit. Sup iesum baptizatū descēdit spiritussanct⁹: ⁊ vox patris audita est dicētis. Hic est filius meus dilect⁹: vt ex his q̄ cōsummabant in xp̄o cognoscerem⁹ post aque lauacrum ⁊ de celesti ibus ptibus sanctū i nos spiritū aduolare ⁊ paterne vocis adoptione dei filios fieri.

¶ Notādū vo hic est ppter vocabulū apparitionis sm Alex. in. j. summe. Dz apparitio aliq̄ dicit manifestatio facta in aliquo effectu intelligibili oblato itellectui. Et sic dr Sap. c. j. Apparet aūt his q̄ fidem habent in illū. Secundo apparitio dr manifestatio facta in aliqua similitudine corporali oblata imaginationi. et hoc modo dicit Mat. ij. ca. Angelus dñi apparuit in somnis Joseph. Tertio dicit apparitio manifestatio facta in aliqua similitudine corpali sensibili oblata visui. ⁊ sic vsitato modo dicit apparitio. Quarto modo apparitio dicit manifestatio facta in aliquo signo sensibili representato sensui siue illud signū sit visibile siue audibile. Et hoc modo apparuit pater i voce in nouo testamento.

¶ Insup sciendū (vt inq̄t sanctꝰ Tho.) Dz filius et spiritussanct⁹ q̄ sunt ab alio dicunt nō solū apparere sed etiā visiliter mitti. Pater autem q: non est ab alio apparere quidem potest. sed visibiliter mitti nō potest. Quis igit ineptus tam durꝰ aut tam ptinax de cetero p̄sumat esse: vt nō humilli corde suscipiat q̄ de psonarū diuinaꝝ numero origie ⁊ ppietate tradūtur. De celis ad nos v̄tas ista descendit. Nec doceri potuit a Thalete milesio vno ex septem sapientibus astrologo/⁊ philosopho. nō ab eius auditore Anaximādro. nō ab istius discipulo anexímane. nō a discipulo anaximanis. anaxagora nō ab archelao discipulo anaxagore. Non a famosissimo socrate ab anaxagora istructo. nō a platone discipulo socratis: nō deniq; ab Aristotele auditore platonis. qui omnes successiue scholam tenuerunt vnus post alium. Non ab omnibus huiusmodi philosophis credimus ⁊ simpliciter confitemur patrē filium et spiritū sanctum tres personas et vnā essentiā. qm̄ dignatus est deus clementia ⁊ pietate sua nobis ista revelare. Oēs tus error vtiq; detestādus illorum qui fabulā narrare nos putant. cū christi mysteria predicamus. cum loquimur de personis diuinis. dum sacrū baptisma ianuā esse celestis regni docemus. Ecce baptizatur christus a Johāne. ⁊ tāta de supernis offerunt se testimonia diuinitatis sue. Quare letentur cuncti fideles ex aqua et spiritusctō regenerati. sperantes per christianam vitam indubitanter posse ad eternam beatitudinem peruenire. Ad quā nos perducat filius dei qui cum patre et spiritusancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xi. de de ieiunio: fame: et tētatione xp̄i.

¶ Thema.

Ducam eũ in solitudinẽ / et loquar ad cor eius. scribunt hec verba. Osee. ij. ca.

¶ Prologus.

Docuit nos exemplo suo dñs nr iesus xpus equo animo ferre q̃q; ardua & difficillima si cupim⁹ ad regna celestia p̃perare: qm̃ vt inq̃t Greg. i omelia. Ad magna p̃mia puenire nõ potest nisi per magnos labores. Et hieronymus ad paulinum. Nihil sine magno labore dedit hec vita mortalib⁹. Ob q̃ doctor gẽtiũ & vas electionis dicebat. Act. xiij ca. Oportet nos p multas tribulationes intrare i regnũ celor̃. At & ipse redẽptor oim. Mat. v. c. asserit regnũ celor̃ vim patik & violẽti rapiũt illud. Quod suo modo ꝓtulit. Seneca in tragedijs dicẽs. Nõ ẽ mollis e terris ad astra via. Igit dei fili⁹ postq̃ baptizatus est: desertũ petijt vbi q̃draginta dieb⁹ & noctib⁹ ieiunauit. Et cũ esuriret agressus est illũ sathanas / varijsq; tẽtationũ p̃lijs eũ credidit supare. q̃ cũ facere neq̃uisset cõfusus abscessit & dño nr̃o iesu xpo angeli ministrabãt. Quare vt hec oia clari⁹ itelligank nosq; p̃optiones reddamur ad penitẽtie crucẽ tollerãdũ atq; aiosi⁹ cõfligam⁹ cũ hoste maligno i p̃senti p̃mone de ieiunio / fame / et tẽtatiõe xpi dicemus vbi tres q̃stiones inducim⁹ declarãdas.

¶ Prima est. quare xp̃s cõuersat⁹ est iter hoies. & quare nõ semp duxit austerã vitã et cur voluit etiam ieiunare.

¶ Scõa est de xp̃i tẽtatiõe. s. Quare diabolus tẽtauit eum & qualiter apparuit. et cur christus voluit etiam tẽtari.

¶ Tertia ẽ. Quomodo xp̃s superauit oẽs diaboli tẽtatiões. & vnõ illaꝝ tẽtationũ?

¶ Prima igit q̃stio talis est. quare xp̃us. & c. de q̃ dicit Matthe⁹. Duct⁹ est iesus in desertũ. q̃ scõz Glosaz est iter hierusalẽ & hiericho. Scõo lapide distãs a hiericho iurta aquas ab heliseo sanatas. & arabes stant ibi. et inde discurrebãt & occidebãt trãseuntes. iurta q̃ dñs scripsit parabolã de illo qui iter faciebat a hierusalẽ in hiericho Luc. x. ca. Et modo dicit quarãtana. Duct⁹ aũt iesus in illud desertũ a spiritu sctõ vt dicit Gregor⁹ in Omelia. q̃ exp̃sse Luc. iiij. c. p̃fitet. inquit em̃. Jesus plen⁹ spiritu sctõ egressus est a iordane. et agebat a spũ in desertũ: Et cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹ postea esurijt Lucas aũt dicit. et nihil mãducauit illis dieb⁹. Ubi p ampliori itelligentia. ex ista prima q̃stione oriuntur Tria dubia.

¶ Primum est. de xp̃i conuersatione.

¶ Secundum. de xp̃i manducatione.

¶ Tertium. de christi ieiunatione.

¶ Primũ ẽ de xp̃i q̃uersatiõe. Quare. s. non fuit semp̃ i deserto & solitudine. sed voluit int hoies q̃uersari. Ad q̃ rñdet. s. Tho. i. iij. pte. q. xl. Q̃ conuersatio xp̃i talis debuit esse vt cõueniret fini icarnatiõis p̃m quã venit in mũdũ. Venit autem in mundũ.

¶ Primo q̃dem ad manifestandã vitatẽ sicut ipse dixit Joh. xix. c. In hoc nat⁹ sum & ad hoc veni in mũdũ vt testimoniũ phibeã vitati. Et ideo nõ debebat se occultare / vitã solitariã agẽs sed in publicũ p̃cedere publice p̃dicãdo. vñ Luc. iiij. ca. Dixit illis q̃ volebãt eum detinere. q̃ & alijs ciuitatib⁹ oportet me euãgelizare regnũ dei q̃ ad hoc missus sum.

¶ Scõo venit xp̃s in mundum ad hoc q̃ hoies a pctõ liberaret. p̃m illũ. j. ad Thi. j. ca. Xp̃s iesus venit in hũc mundũ pctõres saluos facere. Et ideo (vt Chrisost. dicit) Licet in eodẽ loco manẽdo posset oẽs ad se attrahere vt ei⁹ p̃dicationẽ audirẽt nõ tñ hoc fecit. prebẽs nobis exemplũ vt pambulem⁹ & rcq̃ramus peũtes sicut pastor ouẽ p̃dita & medic⁹ accedit ad infirmũ

¶ Tertio venit xp̃s in mũdũ vt p ipm̃ habeamus accessum ad deum. vt dicitur ad Rom. v. ca. Et ita familiariter cum hoibus cõuersando cõueniens fuit vt oibus fiduciã daret ad se accedendi. Et hoc dicit Matth. ix. ca. Factum est discumbente eo i domo: ecce publicani & pctores venientes discumbebant cum iesu et discipulis eius. Sup̃ q̃ verba hieronym⁹ ait. Videãt pctores publicanũ a pctis ad meliora cõuersum locum inuenisse penitẽtie

Et ob id etiã ipsi nõ desperent salutem.

¶ Sed cõtra aliq̃s posset arguere ostẽdens q̃ xp̃s debuit solitariã agere vitam.

¶ Primo q̃ oportebat ipsuꝫ ostẽdere se nõ solum hoiem sed etiã deum. sed deum nõ cõuenit cum hoibus cõuersari. vt ẽm Dañ. ij ca. Exceptis dijs quor̃ non est cũ hoibus cõuersatio. & p̃hs dicit in. j. polit. Q̃ ille q̃ solitari⁹ viuit. aut est bestia seꝫ si hoc ppter sẽuitiã faciat aut est deus si hoc faciat ppter ꝓtemplãdã vitatẽ. Ergo videk q̃ nõ debuit christus cum hoib⁹ cõuersari sed solitarius viuere.

¶ Scõo debuit xp̃s vitã pfectissimã ducere. Perfectissima autẽ est vita cõtẽplatiua. Ad vitã cõtemplatiuã maxime cõpetit solitudo. p̃m illud Osee. ij. c. Ducã eũ in solitudinẽ & loquar ad cor ei⁹. Ergo videk q̃ xp̃s debuit solitariã ducere vitam.

¶ Tertio cõuersatio xp̃i debuit esse vniformis. q̃ semp̃ eo debuit aparere q̃ est optimũ. Sed q̃nq̃ xp̃s solitaria loca q̃rebat turbas declinãs. vt Remigi⁹ dicit sup̃ Mat. Tria refugia legik dñs habuisse. Nauim / mõtẽ / & desertũ: ad quor̃ alterũ quotiẽscũq; a turbis cõp̃imebak cõdescẽ debat: ergo sp debuit solitariã vitã agere

¶ Ad primũ argumẽtũ rñdet Thom̃. Q̃ xp̃s p humanitatẽ suã voluit manifestare diuinitatẽ. Et ideo cũ hoib⁹ cõuersando q̃ est ppriũ hois manifestauit diuinitatẽ suã p̃dicãdo & miracula faciẽdo & inno center & iuste iter hoies cõuiuendo.

¶ Ad scõm argumẽtũ dr q̃ vita cõtẽplatiua simplr est melior q̃ actiua q̃ occupak circa corporales act⁹. q̃ ꝓtẽplatio est mẽtis suspẽse q̃dam supra se eleuatio eterne dulcedinis gaudia degustans. Sed vita actiua p̃m quã alijs p̃dicãdo & docẽdo cõtemplata alijs tradit / est pfectior q̃ vita q̃ solum cõtemplak. q̃ talis vita p̃supponit abundãtiam cõtemplatiõis. Et ideo christus talem vitam elegit.

¶ Ad tertiũ vo dicim⁹ q̃ xp̃s voluit dare exemplũ p̃dicatorib⁹ q̃ nõ semp debent esse in publico. Ad hoc assignari p̃nt tres rõnes. q̃ xp̃s q̃nq̃ se retraxit a turbis.

¶ Prima rõ fuit ppter corporalẽ q̃tem vñ scribit Marci. vj. c. q̃ dñs discipulis dixit. Venite seorsum in desertũ locũ & requiescite pusillũ. Erãt em̃ q̃ veniebãt & ridebãt mlti & nec spaciũ mãducãdi habebãt

¶ Scõa rõ fuit ppter ofonẽ. hinc Luc. c. vj. inq̃t. Exijt in mõtẽ solus orare & erat p noctãs in oratiõe dei. vbi dicit Ambro. q̃ ad p̃cepta vtutꝫ suo nos iformat exẽplo

¶ Tertia rõ quare xp̃s q̃nq̃ retraxit se a turbis fuit vt doceret fauorẽ humanũ vitandum. vnde supillud Mat. v. c. Videt iesus turbas ascendit in mõtem vt p hoc nõ in ciuitate & foro. sed in mõte & solitudine sedit. erudit nos nihil ad ostentationẽ facere. & a tumultib⁹ abscedere maxime cũ de necessarijs oporteat disputare?

¶ Sed cum hic agit de vita contẽplatiua. aliqs posset q̃rere. Utrum religiosi vt quietiori modo possint agere vitam contemplatiuam: si possent vitam heremiticã eligere. Respõdetur q̃ sic de licentia suorum prelator̃ et cellas siue habitacula in heremo siue locis vbi nõ sit hoim̃ habitatio de propinquo capere: & mutare possunt etiã religiosi mendicãtes. vt in. ca. cum ex eo. de excessio. prelato. lib. vj. Sed prelati nemini debent dare licentiam / nisi iam in societate perfectis cum sit periculosissimũ solitarie habitare iperfecto cui dicitur vae soli: quia cum ceciderit non habet subleuantem. Et ideo dico q̃ vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis: q̃ mutuo se instruunt verbo / et exemplo / & correctione que ad pfectionem pducunt. Solitudo autem cõpetit iam pfectis: qui aliorum regimine nõ indigent. Et ideo si absq; exercitio precedenti talis vita assumatur piculosissima nisi suppleat p diuinam grãtiam. Dicit em̃ hieronymus in quadã epla. Primũq; tractãdũ est. Utrũ solus aut cum alijs in monasterio viuere debeas. Ubi placet vt habeas sanctor̃ contubernium: nec absq; ductore ingrediaris viam quã nunq̃ ingressus es: statimq; tibi in partem alterã declinandum sit vt errori pateas: plusq̃ aut minus ambules q̃ necesse est: & currens lasseris: moramq; faciens obdormias. In solitudine cito surrepit superbia. etsi parumper ieiunauerit: hominẽq; non viderit putat se

Universidad de Deusto

alicui⁹ esse moneti Oblituscꝫ sui vñ quo venerit: intus corde. fons lingua vagat iudicat cõtra volũtatẽ apli alienos suos quo gula poposcerit porrigit manus dormit q̃tũ voluerit. neminẽ verecundos se in feriores putat: crebruscꝫ in vicinis⁹ q̃ in cellula est: ꝛ inter fratres simulat verecundiã: q̃ plateariũ turbis colliditur. Quid igit solitariã vitã reprehendim⁹? minime quippe quã sepe laudauim⁹ licet vt pferatur solitaria vita periculosa est: ne abstracti ab hoiũ frequẽtia sordidis ꝛ impijs cogitationib⁹ pareãt et pleni arrogãtia. et supcilij cuctos despiciãt: armẽtꝫ ligulas suas vel clericis/vel monachis detrahendo. sed de ludo monasterioꝝ volum⁹ huiuscemodi egredi milites: quos heremi dura rudimẽta nõ terreãt: qui speciẽ conuersationis multo tpe dederit qui olim fuerint minimi. vt primi oim fierent. quos nec esuries aliqñ nec saturitas supauit: q̃ pauptate letãter quoꝝ habit⁹. Hmo: vult⁹ incess⁹ doctrina est. Laudat enim Aug. vitã heremiticã in sermonib⁹ ad heremitas de filio prodigo dicẽs. Cãta. O vita sctã heremitica. vita solitaria. vita pfectorũ: vita angelica nõ humana: vita penitẽtiũ vita mũdũ pugnãtiũ: vita ad deũ fugientiuꝫ. vita deifica: nõ humana. vita filiorũ qui errauerũt ad patrẽ redeũtiuꝫ: Eandẽ laudat hieronym⁹ in quadaꝫ epla dicẽs Quid agis tu frater in seculo qui maiores mũdo? pauptatẽ times beatos pauperes xps appellat. labore terreris: sed nemo athleta sine sudoribus⁹ coronat. De cibo cogitas. sed vera fides famẽ nõ timet. Sup nudã metuis humũ exesa ieiunus mẽbra collidere. sed dñs tecũ iacet Squallidi capitis horret inculta cesaries. sed caput tuũ xps est. infinita heremi vastitas terret/ s̃ tu paradisũ mente deambula. quoties illuc cõcẽderis. toties in heremo nõ eris O desertũ xpi floribus⁹ vernãs O solitudo in qua illi nascũt lapides de q̃bus⁹ in Apocalypsi ciuitas magni regis extruitur. O heremus familiaris deo gaudens ꝛ c. Ad que etiam illud apostoli. Non sunt condigne passiones hui⁹ tpis ad futuram gloriam que reuelabit in nobis. Cur enim timido animo xpianꝰ? filij hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet tu ãplas portic⁹ tingentia tectoꝝ spatia metiris. Hereditatẽ expectans seculi coheres xpi esse nõ poteris. Rudos amat herem⁹. Corp⁹ assuetũ tunice lorice onus nõ fert Caput optũ linteo galeã recusat. molẽ octo manũ durus erasperat capulus. Sed cur inquit pgis ad heremũ? videlicꝫ: vt te non audiã non videã. vt tuo furore nõ mouear vt tua bella non patiar: ne me capiat oculꝰ meretricis. ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexꝰ. Respõdebis Hoc nõ est pugnare. s̃ fugere. Sta in acie. aduersarius armatus obsiste. vt postq̃ viceris coroneris. Fateor imbecillitatẽ mea. Nolo spe pugnare victorie. ne pdã aliqñ victoriã. Si fugero aut vincendũ mihi est aut cadẽdũ Quid aũt necesse est certa dimittere. et incerta sectari? Aut scuto aut pedib⁹ mors vitanda est. Tu q̃ pugnas et supari potes et vincere. Ego cuꝫ fugero non vincor in eo qõ fugio ne vincar. Nulla securitas est vicino serpente dormire. Potest fieri vt me nõ mordeat Tamen potest fieri vt aliqñ me mordeat. Fuga. n. nõ in fidelitatis sed prudẽtie indiciũ est. ne frustra nos offeram⁹ piculis. s̃ nup egypti deserta vidisti. intuit⁹ es angelicã familiã. Quãti ibi flores sut? quã spũalib⁹ gẽmis prata vernantia? Vidisti serta q̃b⁹ dñs coronat. Ille tibi ignis in pectore exestuet. et illa quotidie cogita: tracta: cõsidera et quasi quodã carcere tẽt⁹ exclama. heu me q̃ prolõgata est pgrinatio mea. Et in paradisuꝫ mẽte cocendens totiens in terra nõ eris quotiẽs terrena despexeris. Eadẽ nobis certe cũ his qui habitãt p deserta cõditio est. Eadem oculi: totidẽ et man⁹. q̃sdeꝫ infirmitatib⁹ vel vtutibus subiacemus. Si te aque potus verat: quãti nobiles nõ dica vina nescĩt: s̃ carnes ignorãt. ꝛ fuso tãtũ legumine sustentãtur? si balneaꝝ te lauacra solicitãt. Quanti pncipes ciuitatũ siue obculpaꝝ ppriaꝝ siue ob inuidiã ad insulas deportati sine eterno pmio ppetuaꝝ mercede absq̃ balneis pseuerant. Nemo ad necessitate pati nõ pot: qõ pro deo pati volũtate detrectat. Habebis cellulã q̃ te solũ capiat. Immo nõ eris solus. Angelica turba vrabit. tot socij quot sanct: Leges euãgeliũ fabulabit tecũ ies⁹. Replicabis apostolos vel pphetas. Nũquid poteris talẽ aliũ tuis sermonib⁹ habere cõsortem Terra sum⁹ et cinis: et p oĩa mometa de nostra salute suspẽsi cõtinue in puluerem dissoluẽdi. Quid ret ractam⁹ facere de ne cessitate vtutez? Certe qñq̃ moriẽdũ est. Quãcito mũdi dereliquam⁹ ãgustias. et si forte ob cõtinẽtiaꝫ (qõ tñ raro accidit) dolere stomachũ est uare febrib⁹ repimus ppetue vite ingressuri ianuã morbũ putem⁹. Quãti enim in medijs opib⁹ ꝛ inter insulas cõsolat⁹ repentina morte subtracti sũt. Quid ergo desideram⁹ vbiũ frequẽtiã: qui de singulare cẽsemur. Mihi enim oppidũ carcer: et solitudo paradisus est. Secularium quoq̃ maxime potẽtũ ꝓsortia deuita. Quid tibi necesse est illa sepi⁹ videre quoꝝ cõtemptu monach⁹ esse cepisti Rã monachũ solitudo facit nõ pupliciũ

Secũdũ dubium est de xpi mãducatiõe. Cur vꝫ xps nõ semp austerã vitã duxit. vt Johannes baptista. nec semp ieiunauit s̃ mãducauit et bibit etiã cũ publicanis ꝛ pctõribus⁹? Ad qõ ita Rñdet. s. Tho. Q̃ cõueniẽtissimũ est cũ q̃s cũ alijs q̃uersat vt se illis in cõuersatione cõformet scꝫ illud j. ad Cori. ix. c. Omnib⁹ oĩa fctus sum. q̃re xps cõuersãs cũ hoĩb⁹ ppt eoꝝ salutẽ voluit sicut ceteri in cibo ꝛ i potu se habere Sicut enim licita et laudabilis est vita illi⁹ q̃ a cõsortio hoĩm segregat⁹ abstinẽtiã seruat. ita et vita alterius q̃ in societate positus mãducat et bibit. Rã abstinẽtia cibi ꝛ pot⁹ nõ p se ptinet ad salutẽ scꝫ illo ad Ro. xiiij. c. Regnũ dei nõ est esca ꝛ pot⁹.

Tertiũ dubiũ erat de xpi ieiunatiõe. Cur voluit in deserto xps ieiunare. Non est dicendũ q̃ ad refrenãdũ sensualitatẽ q̃ erat pfecte obediẽs rõni. nec ad elevationẽ mẽtis q̃ erat vnita deo pfecte. nec ad vtutes acq̃rẽdas q̃ erãt oĩs in ipso. Ergo ieiunauit pter nostrũ exẽplũ. Vñ Chrysostl. super. Matth. inqt. Ut discas q̃ magnũ bonũ est ieiuniũ et q̃liter statutũ est aduersus diabolũ. et q̃m post baptismũ nõ lasciuie sed ieiunio oportet itẽ dereipse ieiunauit nõ

co indigẽs. sed nos instruẽs.

Quare aũt tãto numero ieiunauit. ratio est scdm Chrysost. ne minor videatur moyse et helya q̃ tot diebus ieiunauerũt nec vlteri⁹ ptrarit ne diabolus ipm supra hominẽ aliquid existimaret duꝫ eximios pphetarũ in quãtitate diey superaret.

Sed hic q̃rũt nõnulli cum xps nil comederet illis q̃dragita dieb⁹ et q̃dragita noctibus et nõ esurierit. a quo facta fuit illa sustẽtatio vt nõ esuriret? Et ad hoc dicere possumus q̃ trib⁹ de causis põt aliqs nõ sentire famem.

Primo ex redũdãtia glie aie in corpus scdm q̃ vsq̃ corpi aliq̃ qualitas gloriosa p modũ habit⁹ vt dispositionis vt sit impassibile ꝛ sic erit in beatis p modũ habitus immanẽtis. Vñ Apoc. vij. c. Nõ esurient neq̃ sitiẽt ãplius Et sic potuit fuisse in xpo. vt sicut dimisit gliaꝫ aie redũdare in corp⁹ q̃tũ ad claritatẽ in trãsfiguratione p modũ dispositionis trãseũtis ꝛ nõ imanẽtis ita agere poterat q̃tũ ad impassibilitatẽ humidi a colore.

Secdo põt aliqs nõ sentire famẽ ex aliq̃ vtute cibi preassupti fortificatis humidũ radicale ꝛ speciei vitutẽ. et hec siue illa vtus sit natural' illi cibo sicut erat in ligno vite. vl' sup naturalit data sicut in cibo data helie. iij. Regũ. xix. c. i cu. 9°. o. titudine ãbulabat q̃dragita dieb⁹ et q̃dragita noctib⁹. Sic potuit esse in xpo q̃ passũ pisset aliquẽ cibũ cui talis vt⁹ fuit diuinit⁹ data

Tertio potest contigere q̃ aliqs nõ sentiat famẽ ex suspẽsione actiõis caloris naturalis p virtutẽ deitatis immediate. ita q̃ vita remaneat. nulla ex supioribus⁹ causis existẽte. Et hoc fuit diuine vtuti solũ i xpo cui⁹ eẽ diuinũ erat esse existere illi⁹ hoĩs.

Si vero diceretur q̃ ex quo xps non esuriebat ieiunãdo nõ pbuit exẽplũ penalitatis et patiẽtie. Rñdem⁹ q̃ hoc nõ seq̃t q̃ postea esurirẽt. isup sicut martyres ppt excessuꝫ diuine dilectionis ꝛ pformationẽ volũtatis diuine ꝛ expectationẽ glie q̃ñq̃ nõ sẽtiebãt tormẽta nec tñ min⁹ merebãt aut dabant exemplum patientie. Ita hic christus. Sed ois dubitatio solui⁹ qua

postea esurit. Cōtemplare nūc fidelis anima illū q̄ iantib⁹ cūctis alimēta pstat. et vitā pro tuo amore fame ac/siti q̄ sepius laborātez. et cōpatere illi atq; inspice diligēter q̄ precipue tribus vicib⁹ exurit et nō inuenit ad comedendū siue bibēdū. Esurit equidem post ieiunū et ante ministeriū angelorum non habuit nisi lapides. Esurit adhuc in via dum ex bethania descēdens pergebat hierlm et non inuenit nisi folia ficus. vt scribitur Math. xxj. ca. Tandem sitiuit in cruce et oblata fuit ei eius spongia aceto plena que si ad sensum mysticū referamus cū continuo xp̄s esuriat et sitiat salutē nostram. Plerisq; illi lapidea corda omni duritie plena presentāt. nec illum timēt nec diligūt. vt vel timore vel amore abducātur a vicijs. Alij vero folia sibi et bona verba sine fructibus prebent. sicut faciebant pharisei quos redarguit. Mat. xv. c. dicens. Ypocrite bene de vobis prophetauit Esaias. Populus inquit hic labijs me honorat cor aūt eorū longe est a me. Nōnulli insuper acetū ei porrigunt ad bibendū. hi sunt q̄ vel mundano amore inebriati vel vana sapientia et curiositate decepti non solū non corrigunt sua delicta. sed quod grauius est detrahunt xp̄o et impia verba siue blasphema temere loquuntur de deo Aiunt quādoq; si xp̄s in cruce voluit mori. quid nobis? imputetur sibi. si de⁹ erat cur non abstq; ignominia sue crucis indulsit humano generi. Et similia sacrilegis buccis publice resonātes erga xp̄m nulla pietate mouēt. O pessimū genus hoim. O mētes nequissime. O deniq; ingratissimi pctōres sustinuit saluator noster ab vtero virgis vsq; ad patibulū crucis tot labores: tot cruciatos et penas vt quātūnos diligebat cognoscerem⁹. Post vero eractos quadragita dies ieiunij sui voluit pro nobis peccatorib⁹ esurire.

Secūda questio

est de xp̄i tētatione. q̄re. s. diabolus tētauit cū. tc̄. Resume totā De qua Mat. ita sequitur. Accedens tētator. i. diabolus vt patet Luc. iij. ca. dixit ei. tc̄. Ubi tria dubia sunt declarāda.

¶ Primum dicitur inductionis.
¶ Secundum apparitionis.
¶ Tertium rationis.

¶ Primū

dubiū declarādū, ꝺ inductionis. Quo. s. motuo diabol⁹ inductus est vt tētaret xp̄m virt⁹ nāq; ei⁹ demonib⁹ nota erat ꝺ ri eni Luc. iiij. c. Exibāt aūt demonia a multis clamātia t dicētia. Quia tu es filius dei et increpās nō sinebat ea loqui q̄ sciebāt ip̄m esse xp̄m. mirū ergo videt q̄ diabol⁹ xp̄s tētauerit. nā tētare est experimētū sumere q̄ nō fit nisi de re ignota. Ad q̄ respōdet. s. Tho. iij. pte. q. xli. q̄ sicut Aug. dicit. ix. li. de ciui. dei Christ⁹ tm̄ inotuit demonib⁹ q̄tū voluit non p id q̄ est vita eterna. sed p q̄daz tpalia sue virtutis effecta. ex q̄b⁹ quādaz coiectura habebāt xp̄s esse filiū dei. sed q̄ rursus in eo quedā signa humane infirmitatis videbāt nō p certo cognoscebāt eē filiū dei. Et ideo diabol⁹ eū tētare voluit. Hinc ait. Chrysо. Q̄ audiēs diabol⁹ in xp̄i natiuitate āgelū pastoribus ānūciantē angelor⁹ multitudinez iubilātē digito demōstrātē. t pfe in baptismate testificātē spūs sctūs in colūbe specie descēdētē. et nūc quadragita dieb⁹ et noctib⁹ ieiunātē eum esse dei filiū suspicatus est. Sed postmodū vidēs eum esurisse ip̄m esse dei filiū plurimū dubitauit. Nō eni credebat posse dei filiū esurire. Et hylari⁹ sup Mat. dicit. Tētare xp̄m diabol⁹ nō fuisset aus⁹ nisi in eo p esurītionis infirmitatez que sunt hois recognosceret. Et Greg. exponēs illud. Si filius dei es inquit Quid sibi vult talis ꝑmonis exor⁹ nisi q̄ cognouerat dei filiū venturū esse. sed venisse p infirmitatē corporis nō putabat.

¶ Secūdū

dubiū declarādū ꝺ apparitiōis. q̄ liꝫ s. apparuit xp̄o diabol⁹ in hac tētatioe t ad hoc dicit Glo. Dia q̄ de xp̄i tētatioe h dieūf corporeis sēsib⁹ ꝓpleta fūt. Et ꝑm quosdā creditq; tētator ille fuit lucifer prim⁹ peccator et maxim⁹ tētator. in rta illis q̄ saluator nf dixit. Johā. xij. c. Uenit. n. princeps mūdi hui⁹ t in me nō hz quicq̄.

¶ Tertiū

dubiū declarādū ꝺ rōnis. q̄re. s. xp̄s tētari voluit. ad q̄ assignāt tres ꝑcipue rōes.

¶ Prima fuit propter nostraz instructionē. instruxit quippe nos vt scirem⁹ paratam esse nobis diaboli pugnā a qua null⁹ quantūcunq; sanctus immunis exist. ideo Hilarius sup Mat. ait. in sanctificatis maxime diaboli tentamēta crassantur q̄ victoria magis est ei exoptāda de sctis. Et sapiens. Eccli. ij. ca. inquit. Fili accedens ad seruitutē dei sta in iusticia t timore et prepara animā tuam ad tētationem Et. aug. cōtra faustū. Null⁹ est homo tāta iusticia preditus/cui nō sit necessaria tētatio. vel ad proficiendū vel ad probādum. Et Greg. xxiij. moraliū. Us⁹ nostri itineris nequaq̄ pagitur sine munere tentationis.

¶ Hic tñ ozit difficultas. Q̄m christ⁹ tentioni se exposuit. Cum ergo eius tentatio sit nostrū exēplū. Uidetur q̄ etiā alij debeant se ingerere ad tētationes. quod tamē videtur esse periculosuz cum potius tētationū occasiones vitare debeam⁹? Ad hoc respōdet. s. Tho. q̄ duplex est tētionis occasio. Una q̄dem ex pte hominis: puta cū aliquis se peccato propiquū facit occasiones peccādi nō euitans. Et talis occasio tentationis est vitanda sicut dictum est Loth. Gen. xix. c. Ne steteris in omni regione circā sodomā. Alia vero tentationis occasio est ex parte diaboli qui sempi uidet ad meliora tendētibus et talis occasio nō est vitanda. q̄m vt inquit Paulus j. ad corin. x. ca. fidelis deus qui nō patit vos tentare supra id quod potestis. sed facit cū tentatione prouētum. Ex hac vero tentatione cum dei adiutorio deuicta corona victoribus datur. Un̄ iacobi. j. c. dicit. Beat⁹ vir qui suffert tētationē q̄m cū probat⁹ fuerit accipiet coronā vite/quaz repromisit deus diligētibus se.

¶ Secūda ratio quare xp̄s voluit tentari fuit propt tentatorum cōsolationē. vt. s. tentatis cōsolationem daret. Fuit quidez tentatus statim post baptismū. quādo. s. a patre filius fuerat appellatus. et spirit⁹ sanctus in columbe specie manserat sup eum et celi sibi visi sunt aperiri. et dieb⁹ quadragita et noctib⁹ ieiunauerat vt daretur intelligi vt si aliquis tentatur ꝓpt hoc non est minus dei filiationis dignus. nec sua penitētia deo est minus accepta.

¶ Tertia ratio. quare xp̄s tentari voluit fuit propter diaboli confusionē. vt ip̄e dolo inuidia et malicia plenus supat⁹ a xp̄o confusus abi ret. sicut apparebit in sequētibus. Patet secunda questio.

Tertia q̄stio ta-

lis erat. Quō christ⁹ supauit tē. Dic totā. Scire eni debem⁹. q̄ diabolus spirituale hominē nō statim de peccatis grauib⁹ tentat. Sed paulatim a leuioribus incipit vt ad grauiora perducat Iccirco ꝺ triplici vicio conat⁹ ē xp̄s tētare

¶ Primo de gula.
¶ Secundo de inani gloria.
¶ Tetio de auaritia.

¶ Primo

tētauit xp̄s de gula dicens. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Hic hieronymus ita loquitur Uane agis demō si filius dei est decipi non poterit. si pur us hō lapides i panē ꝑuertere nō valebit Tñ multa fuit astutia diaboli quia cogitabat intra se. Si faciat quod suadeo cognoscā ipsum esse deū. Si non faciat adducā eū ad p̄sumptionē faciendi. Nec tentauit eum de cibis delicatis. sed tantū necessarijs. q̄ arbitrabat eū virum bonū. qui tñ si purus homo fuisset non deus p̄sumēs lapides in panes cōuertere vt corpali sue fami subueniret ob hanc in ordinationē vitium gule incurreret. At xp̄s qui deus verus/lapides in panes cōuertere noluit q̄ vtiq; facere potuisset. q̄ miracula fienda erant ad vtilitatem fidelium nō ad instantiam diaboli. nō enim diabol⁹ suppliciat sed tentat. Anno vero sequēti pia mater impetrauit. q̄ aquā in vinū cōuerteret in chana galilee. Respōdit itaq; diabolo xp̄s. vt sic dubius remaneret atq; deuict⁹ Scriptū est Deutronomij. viij. c. Non in solo pane viuit homo: sed in omni vbo q̄ procedit de ore dei. quod potest intelligi de verbo predicato quo anima viuit per gratiaz vt sit sensus. Sicut panis est cib⁹ corpis. ita cibus scripture est cib⁹ anime Unde et xp̄s dixit iohā. ca. vi. Verba que ego locutus sum vobis/spirit⁹ et vita sūt Tante efficacie vba xp̄i fuerūt tanq̄ gra-

uiter doctissimeq; plata vt nesciret diabol⁹ aut contradicere aut replicare. ꝛre ꝓcessit ad id in quo spūales viri qñq; defi ciunt. vt. s. aliqua ad ostētationē operēt qđ pertinet ad inanem gloriam. Ideo.

¶ Secūdo de hoc vicio ipz tentauit. inqt nāq; Matthe⁹. tūc. s. finita priori tētione assūpsit eū diabol⁹ qđ pōt dupl'r intelligi.

¶ Uno mō q supra se accepit. Et sic (vt dicit Greg) Mens hoc refugit humana. ꝛ hoc audiens expauescit. sed nō est mirū q; pmisit se sic a diabolo assumi. si consi derek q; permisit se a mēbris diaboli. s. ex eius instigatione flagellari et crucifigi.

¶ Alio modo potest intelligi p cōcomi tationē. quasi dicēdo venias mecum. sic Math. xvij. c. assumpsit iesus Petrū Ja cobū et Johānez. Et Luce. xviij. Assum psit duodecim discipulos. ꝛc. Diabol⁹ ita q; assumpsit xp̄m vel primo modo (vt di ctū est) Et ſm Chrysost. Agebat quātuz in se erat. vt ab omnib⁹ videret. Et xp̄s di abolo nesciente faciebat vt nemo illū vi deret. Uel assumpsit eum secūdo modo in sā ctaz ciuitatem. i. hierl'm que sic nominat qz diuino cultui erat deputata. Et st atuit eū supra pinaculū tēpli quidam dicunt q; pinaculū erat loc⁹ eminēs siue pulpitum vbi lex promulgabatur. Nicholaus vero de lira dicit. Mierat tectum tēpli qđ erat desup planū quia sic fiebant tūc dom⁹ palestinoꝝ Dixit ergo diabol⁹ xp̄o. Si fili us dei es mitte te deorsum. Scriptum est enim. s. in ps. Angelus suis deus manda uit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. que scriptura secūduz Aug. de mēbris dicitur non de xp̄o allegauit vero dia bol⁹ scripturaz. quoniaz in priori pugna fuerat a xp̄o per scripturā cōclus⁹. sed ipe deus incarnat⁹ iterū sibi respōdit. Scrip tū est Deut. vj. ca. Non tentabis dñm de um tuū Dominum q; tentat cum habet naturali auxilio vel ratione quid faciat et tñ cōmittit se in periculo. vt experiat an de⁹ possit vel velit liberare. mittere itaq; se deorsuz periculuz erat scm̄ naturā et mi raculū facere tunc non erat expediens.

¶ Tertio diabol⁹ tētauit xp̄m de auaritia produxit quidem tentationem ad id quod tam nō est spiritualiū virorū sed carnaliū. s. vt di uitias et gloriā mūdi concupiscāt vsq; ad contēptuz dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit. si at filius dei es. non ast in tertia que nō potest spiritualib⁹ cō uenire. Sequitur ergo euangelista. Iterū assumpsit eū diabol⁹ in mōtē excelsum. qui ſm aliquos distat a loco quarātene siue ieiunij duob⁹ miliarib⁹. Et ostendit ei omnia regna mūdi. ſm Chrysost. Non est intelligēdū q; videret ipsa regna vel ci uitates. vel aurū vel argētū. Sed ptes in quibus vnumquodq; regnū vel ciuitas posita est. Diabol⁹ ergo digito demōstra bat ei vniuscuiusq; regni honorē et statū verbis exponebat. vel ostēdit qz vanitatē pompe mundane quā ipse diabol⁹ dilige bat q; speciosa sit et desiderabilis verbis demonstrauit. vt ad amāduz illā ipsū in duceret. Uel ſm Dugenez ostēdit ei quō ipse p diuersa vitia regnabat in mūdanis in quibusdā. s. per superbiā in quibusdā p auaritiā in quibsdam per luxuriā. vt ex emplo multitudinis posset ad consentien dū facili⁹ inclinari. Prima expositio ma gis cōsonat littere sci euāgelij. Propte rea vt scribit Lucas. iiij. c. diabol⁹ dixit. Omnia mihi tradita sunt et cui volo do illa. mentitus est qui est mendax. ꝛ pater mendacij. qz vt inquit dauid in ps. Dñi est terra et plenitudo eius orbis terraꝝ et vniuersi qui habitāt in eo. ꝛ iterū Tui sūt celi et tua est terra orbis terrarū et pleni tudinē eiꝰ tu fundasti Mēdatio itaq; suo satagebat diabol⁹ xp̄m seducere. Et sub didit. hec oia tibi dabo si cadens adora ueris me. Tūc dixit ei ies⁹. Uade sathana s. ſm hieronymū in infernū qui paratus est tibi et angelis tuis. Scriptū est enim. Dñm deū tuū adorabis et illi soli seruies Mō dixit hec verba exprobatiua in prima et secūda tentatione. sed in ista. qz hic diui nū vsurpare volebat honorē Tūc reliqt eū diabolus. Et ecce angeli accesserūt et ministrabāt ei. Relinqrūt eni angeli ipm iesuz vt dicit Nicholaus de lyra ad tēp⁹ vt diuinitas eiꝰ diabolū magis lateret et vt conueniens locum tentandi haberet ꝛ vt victoria ipsius xp̄i excellentior appare ret ex hoc q; solus ipsum deuinceret. et is

victo tentatore ꝛ p cōfusione recedēte ac cesserunt ageli et ministrabāt ei sicut ve ro dño ppij serui Ex quo apparet diuini tas xp̄i qz nulla natura est supra āgeli caz nisi diuina. Credūt aūt ministrasse il li etiam cibū naturalē. sicut fecerūt helie. insupercibarūt illū spirituali delectatiōe collaudādo et benedicēdo sctm̄ nomē eiꝰ quod ꝛ nos semper benedicam⁹ dicendo O dñe deus: qui omnia ab eterno preuidi disti. benedictū sit nomē tuū i eternū: eo q; feciſti nobis tātā misericordiam vt nō solū dignat⁹ sis nos ad ymaginē tuā crea re: verūetiam carnē nostrā infirmā sume re voluisti: et in ea nobis exēpla virtutis ostēdisti. Laus/honor et gloria tribuatur dñe deus tue diuine bonitati/qz ipsa est in tanta excellentia et nobilitate q; infun dit gratiā ꝛ benedictionē humano generi licet ipsuz hoc nō suis meritis mereatur: qz quotidie videm⁹ q; ꝓpter modicū ser uiciū tibi ab hoib⁹ impensuz: largiris eis manu benifica et liberali dona innumera bilia et bona que non possunt vllo modo estimari. vnde bñdict⁹ et exultat⁹ sis dñe deus in omnibus operibus tuis in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xij. de mirabili trāsfi guratione xp̄i. Thema.

OLoria dei israel erat sup eos. i. sup testes qui fue rūt adducti in transfiguratione dñi nr̄i iesu xp̄i. habēt hec verba Ezechi elis vndecimo capi.

¶ Prologus.

BEm. Grandem atq; mira bilē opatus est xp̄s in sua trāsfiguratioe iocunda Ad cui⁹ spectaculū delectabile nō oēs aplos voluit adesse. Tū qz secreta nō sūt oib⁹ reuelanda. tū qz Dñs a maioīb⁹ in alios derivare ſicut fit in celesti hierar chia vt refert dyonisi⁹. Tū etiā vt Damas cen⁹ dicit. Ne indas indign⁹ interueniſſz q; nec sol⁹ repellēd⁹ erat ne ad inuidiā in dignationē q; ꝓuocaret. Admissi sūt vero tres. Petr⁹ ppt ꝓrogatiuā feruoris fidei: Johānes ppt excellētiā v̄ginitatis. ꝛ Ja cob⁹ ppt priorit atē martyrij. qz primꝰ su stinuit martiriū ꝓpt xp̄z. vt patet Actuū xij. c. Dis reuelata sūt altissima mysteria xp̄i q; null⁹ valeret ingenio ac/ꝓprius sensi b⁹ cōprehendere. Que tñ postmodū ab eis p dicata sunt ꝛ ab euāgelistis descripta ad vtilitatē ꝛ eruditionē nostrā. propterea vt mens nr̄a illustret veritatis splēdore ꝛ do minū nostrū iesū xp̄z pio veneremur affe ctu. In presenti sermone. Tria dubia cō tēplabimur.

¶ Primū. Cur xp̄s trāsfigurat⁹ ē i mōte ¶ Secūz An soluz xp̄i corp⁹ fuit trāsfigu rabile. ¶ Tertiuz Utruz cōueniēt in trāsfiguratione testes adducti fuerunt

AD primū dici tur. Dō grādia facta sunt i mō tib⁹ celebrata legunt. Post di luuiuz reqeuit arcba in mōtib⁹ armenie: vt scribit. Gen. viij. c. In mōte bethel ste tit Abraā egress⁹ a patria. vt patet. Gen. xij. c. In mōte galaath stetit iacob fugiēs laban. Gen. xxxij. In mōte sinay moy ses legē accepit. Exodi. xx. c. In mōte ga rizim filij israel adorauerunt dñm qñ pri mo intrarūt terrā pmissionis. Paralipo. vj. c. In mōte moria edificatū fuit tēpluz Salomonis. iij. Regū. lx. c. In mōte Ta bor trāsfigurat⁹ est xp̄s. Mat. xvij. c. Dñs xp̄s volebat orare mōtem ascēdebat. In mōte caluarie christus fuit crucifix⁹ De mōte oliueti ascēdit ad celos. Actu. j. In mōte syon aplis fuit dat⁹ spiritussanctus In mōte aluerne p̄ri meo Sctō frācisco i pressa fuerūt stigmata. Et ne singula com plectamur. Ad q̄stionē ꝓpositam Rūdet Quod duplici ratione xp̄s trāsfiguratus est in monte.

¶ Primo ratione demōstrationis. Ideo voluit transfigurari in monte vt sic depre hendi posset operis magnitudo.

¶ Secundo ratione contemplationis. Transfigurari voluit in monte vt demō straret. Quod illi sunt apti ad cōtemplā dū celestia q; eminēt in cōtēplatiua vita. Sicut mons eminet oīb⁹ vallibus. Et etiā ad denotādū q; cōtēplatiui debēt esse

a tumultu secularium segregati. O aia deuota. Si desideres vitam contemplatiuā ascende mōtem cōtemplationis. i. segrega te a tumultu vanitatum. siue viciorū. Et si hoc feceris nō videbis xp̄m trāsfiguratū in mōte. thabor. Sed ad dexterā patris regnātē. Et sic patet primū dubium.

A Dsecundū posset āliquis dicere. Quod nō solum xp̄i corpus. ꝛc̄. Sed etiā et aliorum hominū. Quod probatur veteri et nouo testamento.

¶ Primo ꝛc̄. Nam scribit de moyse Exodi. xxx. iiij. Cunq; descenderet demōte sinay tenebat duas tabulas lapideas testimonij. Sup quę verba ait ysydo. descēdēte moyse cū tabulis facies eius glorificata videf Sed tamē velamine tegitur in quo significabat legem mystico velamine esse cooperta et infidelibus occultam. sermo enim legis habet scientiā glorie: sed secretam habet et cornua duorū testamentorū quibus contra dogmata falsitatis incedit armata. Cuz enim moyses legitur velamen exp̄situ super cor eorū et manifeste dum legis ꝛ prophetarū scripturā carnalit accipiūt infideles: tota facies moysi quodam velamine tegitur vt nō possint loquentis legis glorā sustinere. Sed si conuersi fuerint ad deū/auferet velamē. Decidens littera monetur viuificans spiritꝰ vinificabitur. Dñs enim spiritꝰ est. et ler spiritualis est. Unde reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Dicit etiam ysydo. Ascendit moyses denuo in montem iterūq; dat ei legem deus in alys tabulis ad instar priorū ercisis. sed qs primū accepit sine mora confregit: q̄ ymaginem gerebant prisce legis: que non pōt longo interuallo pro populi peccato cessauit. Ille vero ad instar priorum excise nouum significabat testamenta: que non sunt fracte: quia nouum testamentū manet in eternum. Unde merito decē verbis signantur vt per ipsum numerum figura crucis exprimeret: quē significat. ꝛ. lfa q̄ in specie crucis formatur. Christus enim non vult legem solnere/sed adimplere/p passionez. s. crucis cuius imago fuit in tabulis Sequitur testus superius inceptus Et ignorabat q̄ cornuata essz facies sua. Dicit. Nicholaus de lyra. Erant eni quidam radij miri splendoris procedētes ab tum ad modum cornuum. quos Apl's vocat gloriā vultus moysi. q. Exo. iij. c. Usi in hebreo habetur. Et non cognouit q̄ cornuta esset lux facici sue. sed quare nō habuit ante cum locutus fuisset cū domino diu in monte Dicunt aliqui q̄ non habuit tunc ita lympidam cognitionem de deo sicut postea ad quod denotanduz aparuerunt tales radij. Alij dicunt. q̄ hoc factum est. vt populus qui per idolatriā peccauerat magis cuz timeret et haberet in reuerentia. Rab. Sa. dicit q̄ hoc fuit ex hoc q̄ dominus posuit manum suam super faciem eius. Sequitur textus. ex cō sortio sermonis domini. ꝛ sic patet veteri testamento. quod corpus xp̄i. ꝛc̄.

¶ Secūdo Idem probat nouo testamento. dicit glosa sup verbum matthei. i. ca. Non cognoscebat eam donec peperit filiū suū primogenitum. qz ioseph mariaz facie ad faciem videre nō poterat. Tanta erat claritas in eius facie. Insuper Legitur de sācto dionysio Arriopagita philosopho athenienſi: q̄ cum esset conuersus ad fidē per beatū paulū motus fama bate virginis desiderio videndi ipsaz perrexit hierl'z Cunq; a beato Johanne euangelista fuisset ductus ante illam atq; in eius vultū aspicere voluisset. statim ac si in luminibus oculorū esset percussus solaribus radijs ex splendore emanante de pulcherrima facie beate virginis remansit attonitus. Postmoduz vero aliquantulū ad se reuersus dixit Ni si crederem in filiū tuū de quo mihi per paulum predicatum est. nunc plantis tuis prouolutus. vnū te diuine maiestatis signe adorarez. Et nisi fides adesset haud mihi persuadere possem deum orbis autorem te esse pulchriorez. sz nouit q̄ is incōprehēsibile lumē ihabitabat a quo tu ad nos radijs es destinata vt lummares eos quos prima mulier cecos pturuit. Ex his potest cōprehēdi q̄ nō solū xp̄i corpꝰ fuit trāsfigurabile s etiam et alia corpora.

¶ Ad hoc respondet. q̄ aliter fuit similitudo glorie in facie moysi in beata v̄gine ꝛ in corpore xp̄i. In facie nāq; moysi ꝛ beate v̄ginis fuit similitudo claritat' q̄ erat alterius generis simpliciter q̄ claritas glie Sed i corpore xp̄i fuit claritas q̄ erat eiusdē generis cum claritate glie. et si non simpliciter tñ fm partē. Et hoc est qz radius claritatis in facie moysi fuit a consortio dei quē habebat spūaliter in mēte. Similiter radius claritatis in facie v̄ginis erat ex consortio dei: quē nō soluz habebat in mente spūaliter. sed etiā corporaliter in ventre. Sed i corpore xp̄i fuit claritas ex vnione cū diuinitate et aia in pte supiori btā. Et ꝓpter hoc nulla alia ostēsio claritatis debuit dici trāsfiguratio sicut ista. q; solum illa q̄ est in expssa similitudine ad glīam debet dici trāsfiguratio. Et si ad hoc dicerēt q̄ claritas moysi fuit maior claritate xp̄i eo q̄ non poterat percipi nisi velare. Ergo magis fuit ostēsiua claritatis glie. Respōdet Alexāder. q̄ non fuit copiosior claritas glorie moysi q̄ claritas corporis xp̄i. Nā q̄ claritas faciei moysi nō posset videri fiebat nō qz maior esset. sz qz ostēdebat ꝛ disgregabat visum. Sicut etiā videmus de claritate solis q̄ ꝓpter hoc nō pōt videri. Sed claritas apparēs in facie xp̄i erat delectās visum ꝛ cōfortās. sicut claritas glie q̄ ꝓfortat ꝛ corroborat visum. vñ Apocal. xxi. c. Claritas ciuitatis supne cōparat iaspidi cuius claritas demulcet et delectat aspectum.

¶ Sed his obijci pōt. qz dicit q̄ claritas corporis christi fuit similis claritati solis q̄ videri non pōt. Ergo nec ita videri potuit claritas corporis xp̄i. Respōdem9 q̄ claritas corporis xp̄i dicit' silis claritati solis. qz sol excedit i lumine oēs planetas Tamē glo. dicit Mat. xvij. c. Resplēduit facies ei9 sicut sol. plus certe q̄ sol sed nō habuit exemplum maius cui cōpararet.

¶ Si vero aliqs q̄reret Cur non cōparata fuit claritas illa claritati iaspidis sicut solis. Dicim9 q̄ licet claritas iaspidis sit delectabilis nō tñ ita est omnibus nota sicut claritas solis.

¶ Sed aliquis posset ōrere. Utruz claritas illa quā xp̄s ostēdit in facie fuit i eius corpore sicut in subiecto. Respōdet Alex. in. iij. volumine summe. Q; claritas illa fuit in corpore xp̄i tanq̄ in subiecto nō tantū in aere circunstāte. Inq̄t enī Lucas. ix. c. Facta est dū oraret spēs eius altera. i. alterata. vt dicit glosa. qđ nō pōt esse nisi fieret imutatio circa ipsam. Aliter tamē erat claritas in veste. ꝛ aliter in corpore. qz in corpore erat ab exteriori vt dicef. ꝛ ita vt in subiecto sed i veste ab exteriori. s. a supfuso splēdore faciei. Ratio autē: quare claritas fuit in corpore sicut in subiecto: non in veste. quia vestis non erat glorificabilis. sed bene erat glorificabile corpus. et ꝓpter hoc ad ostendēdam gloriā q̄ erit in futura resurrectiōe: q̄ erit in corpore sicut i subiecto. Sic debuit esse claritas illa in trāsfiguratione.

¶ Preterea: posset etiam queri. Utrum illa claritas fuit gloriosa? Ad hoc respondet sctūs Tho. iij. pte. xlv. q̄ claritas illa quā xp̄s assumpsit in trāsfiguratiōe/fuit claritas glie q̄tum ad essentiā. nō tñ q̄tū ad modum essendi. Claritas est corporis glorioſi deriuat ab aie claritate. vt Aug. di. in epist. ad Dyoscorum. Similiter claritas corporis xp̄i in trāsfiguratiōe deriuata est a diuinitate ipsius. vt Damascen9 dicit. ꝛ a glia aie eius. Q; esset a principio cōceptiōis glia aie nō redundaret ad corpus ex quadā dispensatione diuina factū est. vt in corpore passibili nostre redēptionis expleret mysteria. Non tamen p hoc adepta est potestas xp̄o deriuādi gloriam aie ad corpus. Et hoc idē fecit q̄tum ad claritatē in trāsfiguratione. aliter tñ q̄ in corpore glorificato. Nam ad corpus glorificatū redundat claritas ab aia sicut q̄dā qualitas pmanēs corpus afficiēs. Unde fulgere corpaliter nō est miraculosum in corpore glorioso. Sed ad corpꝰ xp̄i i trāsfiguratiōe deriuata est claritas a diuinitate. ꝛ aia ei9. nō p modū claritatis imanēt' et afficiētis ipsuz corpus. Sed magis per modū passionis trāseūtis. sicut cū aer illuminat a sole Unde ille fulgor tūc in corpe xp̄i apparēs miraculosus fuit sicut et hoc

ipm q ambulauit sup aquas maris. Ex quo nō tenetur opinio Hugonis de sctō victore. qui dixit q xp̄us assumpsit dotes claritatis in transfiguratione. agilitatis ambulādo super mare. Subtilitatꝫ egrediēdo de clauso virginis vtero. quia dos noīat quādam qualitatē immanētez corpori glorioso. sed miraculose habuitea q̄ pertinēt ad dotes. Et est simile q̄tum ad aiam de visione qua paulus vidit deū in raptu Illa ergo claritas fuit claritas gloriе modo dicto. sed nō corporis glorioſi. Ideo inquit Beda sup. xvj. ca. Matth. In corpore mortali ostendit nō immortalitatē. sed claritatē similem future immortalitati. Placuit eni sibi sic trāsfigurari z claritatē ostēdere. q̄m prenunciata passione sua discipulis: vt scribit Mat. xvj. c. illos induxit ad sue passionis sequelaz dicens. Si ꝙs vult post me venire. s. meā doctrinam z facta sequendo abneget semetipm. i. affectū humanū nō solū meā passionem nō impediendo. sed etiā in mei hoc imitando. z tollat crucez suā. i. paratus sit in animo volūtarie crucē portare in qua crucifigatur ignominiose. scōm Nicolaum de lyra. Oportet autē ad hoc q aliquis directe procedat in via q̄ finez aliqualiter precognoscat. et precipue q̄n via est difficilis/aspera/et laboriosa/finis vero iocundus. Cum ergo christus per suā passionem ad hoc pervenerit vt gloriam obtineret non solum anime quā habuit a principio conceptionis sed etiā corporis scōm illud Luc. vlti. ca. Oportuit pati christum: et ita intrare in gloriā suam. Ad quam etiā perduxit eos qui vestigia sue passionis sectantur. Ideo conveniens fuit vt discipulis gloriam claritatis ostenderet. cui suos electos configurabit. Unde Paulus ad Philipenses c. iij. dicebat. Saluatorem expectam⁹ dominum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratuz corpori claritatis suе. Adest secundum dubium.

AD tertium dubiū respōdetur. q̄ ex quo varia apō hoīes de christo esset opinio. Aliqui dicebant eum esse heliam ꝛc. Jo circo necesse fuit tales testes adduci. vt infra dicetur. Dicit enim C hrysostom⁹ Alq̄ dicebant eum esse heliam. Alq̄ hieremiam. aut vnum ex pphetis. Ideo capita prophetaruz induxit vt differētia appareat inter seruos et dominū ostendendo. q̄ non erat helias. neq; Moyses. sed illis superior immo et dñs se angelorum et hominum manifestaret. Ecce inquit Matthe⁹. Apparuerunt illis moyses et helias cum eo loquētes. Pro clariori vero intelligētia huius partis tria sunt hic dubia declaranda.

¶ Primum. qualiter apparuerūt mōyses et helias.

¶ Scom quō discipuli cognouerūt illos

¶ Tertium. quid loquebantur.

¶ Ad primum dubium diuersi modo respondetur a multis. Quidā eni dicunt q̄ moyses et helias non apparuerunt ibi vere/sed imaginarie. Alq̄ vero q̄ angeli pro personis eorum in assumptis corporibus in ipsorum. s. moysi z helie similitudine apparuerunt. Nec fuit fictio quia illud angeli fecerunt z de intentiōe eorum quod ipsi personaliter fecissent. Sicut etiam dicitur. Dñs locutus est ad moysen quando angelus in persona dñi loquebatur. Nonnulli autem asserūt q̄ apparuerunt ibi moyses et helias vere. Sed apparuit moyses in suo corpore reassumpto ad tēpus. Hoc videtur dixisse Aug. in lib. de mirabilibus sacre scripture. Nec mirum est p tam magna re ad tēpus resurrexit z realiter venerit. Alexāaūt i. ig. dicit q̄ apparuit ibi helias i corpore z aia. Moyses vero in aia tantum. Uteni inquit Aug. ad paulinū in lib. de cura pro mortuis agenda. Alq̄ sunt humanaz limites rez. Alia diuinarū signa virtutū. alia sunt q̄ naturaliter. alia q̄ mirabiliter fiūt. Appitio itaq; aiaz post mortē p̄m limites rez nō est possibilis. Sz solū p̄m signa diuinaz vtutū sine solū p̄m diuinā potētiā z nō p̄m rez naturā. Aia igit moysi appuit ibi vē p diuinā potētiā sicut dicit aug. q̄ aie martyz p diuinā potētiā pñt hoib⁹ apparere. Et de pfessore

felice refert ipsum apparuisse ciuibus nolanis pie a se dilectis. cum a barbaris nola oppugnabatur.

¶ Sed tūc restat q̄stio. Dñs si aia moysi tm̄ sine corpe appuit cū ipsa sit insensibilis quomodo potuit appere aspectib⁹ apl̄oz Ad qd dicēdum q̄ substātia spūalis apparet sensui duob⁹ modis. Uno mō p corp⁹ assumptū sicut apparet angelus. Alio mō p solā similitudinē corpis quā facit i sensuz. z p quā imutat sensuz. Sicut eñ angelus potestatē hz supra corpa vt sibi corp⁹ possit assumere et appere sensui p illud. Ita hz potentiā vt possit aliquā corpis similitudinē i oculo efficere z p illā oculū imutare. vt ab oculo p illā pcipiat. Sicut ergo mediāte corpore pōt facere similitudinem q̄ cōprehendit. ita z sine corpe. sic aia sctā q̄ gloriosa est hz istā potentiā. et hoc modo potuit aia Moysi apparere oculis corporalibus apl̄oz sine corporis assumptiōe.

¶ Ad secūdū dubiū respondet. s. Ambro⁹. q̄ discipuli cognouerūt moysen z heliā ex habitu ỳbis z iterna reuelatione. q̄ (vt pie credi pōt) q̄primū ibi apparuerūt post ea ad pedes iesu humiliter et reuerenter dixerūt. Adoram⁹ te xp̄e z bñdicimus tibi q: venisti per crucem z passionem tuam redimere genus humanum.

¶ Ad tertiū vero dubiū. dicit Lucas q̄ loq̄bant de excessu quē cōpleturus erat in hier'm. Et vocat excessum passionē ei⁹.

¶ Primo. ppter excedentē pauptatem: q: nō habuit i cruce vbi reclinare caput.

¶ Scdo ppter excedentem humilitatem et obedientiam.

¶ Tertio. ppter excedentē charitatē q̄b⁹ ỳtutib⁹ veluti quattuor gēmis exornantur quattuor cornua crucis. O q̄ affabilis erat ex vtraq; pte collocutio illa. O q̄ benigna erat vox saluatoris. dū moysi et helie aplis audiētib⁹ loq̄bat. Tūc petrus prorupit in mediuz z dixit. Dñe bonū est nos hic esse. si vis faciam⁹ hic tria tabernacula. tibi vnū. moysi vnū. et helie vnū. Et vt dicit Lucas etiā z Marc⁹. Nesciebat petrus quid diceret.

¶ Primo. q: ibi ppetuo esse cupiebat tā q̄ si i visione claritatꝫ corpis bītudo ꝓsisteret: cū bītudo essentialr ꝓsistat i visione clara ipsi⁹ diuinitatꝫ. licet aspect⁹ hūanitatꝫ xp̄i faciat ad p̄mtū accidētale quo sctī maxime delectant. Petrus aūt i illa trāsfiguratiōe nō vidit diuinā essentiā. sicut paulus i raptu. sed tātum eius humanitatem in forma glorioſa.

¶Primo ꝓpter triūphi gl̄iam ostendendam. De quo venerabilis Beda sup Lucā. inq̄t. Christus nō ex impotētia curādi cicatrices retinuit: sed vt in ꝑpetuū gl̄ie triūphū ostēdat. ⁊ Chrisо. sup Mat. inq̄t Crux ⁊ cicatrices xp̄i solarib⁹ radijs clariores in iudicio apparebūt. Ille em̄ cicatrices in xp̄o sunt nō ad deformitatem: sz ad magnā pulchritudinē. vñ Chrisо. vbi s. ait. Sicut honor est militi deꝓlio reuertenti deferre scutum fractū: sic est xp̄o honor deferre victorie sue triumphum.

¶Secundo hoc fecit ꝓpter discipulorū ⁊ oīm alioꝝ fidē ꝓseruādā. vñ Luce. xxiiij. Dixit discipulis suis: ostēdēs eis corpus suū sacris stigmatibus insignitū. Videte manꝰ meas ⁊ pedes meos: qz ego ipe sum. vbi glo. ait. Ad dubitātiuꝫ corda sanāda vulnerū sunt suata vestigia. ⁊ Joh. xx. c. dixit Thome dubitāti de eiꝰ resurrectiōe Infer digitū tuū huc et vide manꝰ meas: ⁊ affer manū tuā ⁊ mitte in latꝰ meū ⁊ noli esse incredulus: sed fidelis. Quod cum fecisset thomas dixit. Dñs meꝰ: ⁊ deꝰ meꝰ

¶Tertia ratio: quare retinuit cicatrices fuit ꝓpter placationē patris facilioꝰ obtinendā ⁊ fiduciā pctōribus prebendā. Ei catricū em̄ rep̄sentatio est q̄dam apud patrem p̄ nobis aduocatio. Sicut miles tacens ab iperatore ipetrat q̄ vulnera q̄ p eo ptulit sibi demōstrat. Unde legit⁹ hystoria scholastica q̄ antipater idumeꝰ pf magni herodis in quodā servitio speratoris fuit multis vulneribus cōfossus. Qui tandē ab emulis accusat⁹ apud imp̄atorē reiectꝰ vestib⁹ totus denudat⁹ dixit. Ego cesar nolo me vbis apud te excusare: sed ista vulnera q̄ suscepi p̄ te loquanť p̄ me si ego diligo te. Tūc autē cesar ip̄m i gr̄az suā recepit. Et fil⁹ christ⁹ cicatrices suas patri demōstrat vt q̄tum nos dilexit ⁊ q̄ chare emerit ostēdat: ac sic ad miam illū inducat. vñ beat⁹ Anselꝰ. assumēs illū vsiculū. ps. lxxxiij. dicētis deo. Respice in faciē christi tui. dicit. Si nō vis pater respicere in nos respice in filiū tuū q̄ tam chare emit nos. Ipse ergo dei filiꝰ ꝓtinue supplicās patri p̄ nobis ostēdit illi vulnera q̄ p̄ nobis ptulit dicēs illud. zacharie. xiij. His plagis plagatus sum in domo eoꝝ q̄ me diligebāt. ex quo rogat patrē ne sinat sanguinē suū ianiter esse effusū. vñ Ber. sup Cant. inq̄t. O homo securū habes ac cessuꝫ ad deū. vbi habes matrē ante filiū: filiū ante patrē. filius ostēdit patri vulnera ⁊ latꝰ. mater ostendit filio pectꝰ ⁊ vbera: nulla ergo poterit esse repulsa: vbi tot sunt charitatis insignia.

¶Quarto ⁊ vltimo retinuit cicatrices sue quinq̄ plagas ꝓpter miam ⁊ iusticiaꝫ ostēdendā. Propter miam dico vt salvati videāt q̄ta mia sunt redempti. Dānati vero cognoscāt q̄ iuste eternis deputant incēdijs: cū de tāto fuerint bñficio ingrati. vñ ꝺr Joh. xix. c. Videbūt in quē trāsfixerūt. ⁊ Apocal. j. c. Videbit eū ois oculus: et q̄ eum pupugerūt. Nō solum autē i corpore xp̄i ineternū remanebunt cicatrices immo etiā in corporibus martyꝝ. vt inq̄t Aug. vlt. de ciuita. dei ꝺr. In corporibus martyrū remanebunt post resurrectionē cicatrices quas xp̄i noie ptulerūt in signum victorie preterite: ⁊ in eoꝝ gloriam ⁊ cōsolationē. Clama hic cantādo/ ⁊ contēplādo diuinā sapiētiā et misericordiā dei. Deus q̄ facis/ ⁊ ordinas oia sapienter tue sapiētie ⁊ misericordie ois laus ⁊ gl̄ia tribuat: qz sicut sapiēter ⁊ ordinatissime cicatrices post tuā resurrectionē servasti ad ostendendā triumphi tui gloriā: ostendē. dāq̄ iusticiā ac misericordiā: sic digneris in nobis miseris ⁊ caducis pctōrib⁹ ifundere tue sapientie munus. quo mediante valeamus puenire ad illaz gloriam sempiternā in quagloriosi sancti exultabunt intēndo tuā gloriosā humanitatē in tanta honoris et reuerētie dignitate. O dñe deꝰ qui p̄ transmissionē verbi tui mūdi pditū per peccatū reparasti omnis laus benedictio et gloria tue humanitati gloriosissime ab omnib⁹ prebeat: que glorificat sanctos in suis sensib⁹ corporalib⁹ in gloria paradisi pro quib⁹ sensus spirituales fortificantur gloriando in tua potentissima deitate. Tanta est proportio sensuum corporalium cum sensibus spiritualibus q̄ sensus corporales spiritualibus sunt illic occasio atq̄ causa multiplicationis glorie et augmenti: et econuerso spūales corporalib⁹. Domine deꝰ sicut tua diuina essentia gloriosa est illud in quo gloriantur nostri sensus spirituales in celesti patria paradisi: sic tua beatissima humanitas est subiectum inquo gloriantur nri sensus corporales sanctoꝝ in gloria similiter paradisi. Unde et sensus spirituales et corporales haberēt in celesti patria a quo perfectam gloriam reciperent in seipsis: oportuit te deum et hominē simul esse Deus a cuiꝰ vivificatione omnia sumūt vitam: causa cur sancti gloriabuntur de tua humanitate in gloria paradisi erit: qz videbūt tuam benedictam humanitatez esse cum tua diuina essentia vnitaz in vnitate persone/ et eam laudari/ glorificari/ ⁊ benedici ab angelis: archangelis. patriarchis/ prophetis/ apostolis martyribus virginib⁹ cofessoribꝰ/ ⁊ a tota curia celesti beatoruꝫ. Igitur quando sancti videbūt i celesti patria q̄ natura humana erit adeo honorata: vt cum diuina natura erit vnita in vnitate persone et q̄ decore mirabili resplendebit/ ex tali intuitu/ habebunt sancti tantam gloriam in seipsis q̄ eam nullus humanus posset percipere intellectus. O deus qui in trinitate personaruꝫ es veraciter vnus deus: quando sancti auribus corporalibus audient in celesti patria paradisi laudes/ et exultationes glorificantium: quas tibi tribuent angeli/ et archangeli/ et beati ceteri tue gloriе possessores. tunc sentient tantam gloriam in seipsis vt a quouis extimari aut dici non possit. Est ne ergo aliqua carnalis concupiscentia seu voluptas que gloriе quam sancti habebunt ex auditu tantarum laudum in celesti patria paradisi valeat cōperari: certe non. Deus cuius presentia est vbiq̄ licet sancti ciues celestis ciuitatis hierusalem odoratus sapoꝛem nō sentiant sensualiter/ neq̄ gustus (quod est contra id quod ásserunt sarraceni) propter hoc non minor erit gloria paradisi: Quia tantam gloriam habebunt intuendo potentissimam tuam humanitatem/ et audiendo cantus angelicos/ et humanos/ et laudes/ et gloriosam exultationez que ei a tota celesti curia tribuentur. et qz videbunt se humanitati tue similes esse: q̄ nequaq̄ illic appetent comedere vel bibere/ nec aliquaz aliam carnalem concupiscentiam exercere. Nam summa perfectio gloriе erit in ipsis sanctis omnibus. et beatus/ qui predictis illis poterit frui Nam predictas carnales voluptates/ vel alias que possunt intelligi minime effectabit. Multo maiorem gloriam sentient sancti in tribus sensibus corporalibus. s. in visu/ auditu/ et tactu/ eo q̄ tua natura divine essentie est vnita: q̄ si tue deitati/ tua humanitas non esset vnita: et quam si sancti in paradiso gustu/ et odoratu corporaliter vterentur. Deus a cuius sapientia/ solum habent originem ordinata. benedicta sit tua humanitas/ nunc⁊ semper in qua gloriantur tam angeli q̄ archāgeli in celesti patria paradisi: quia cum anima rationalis cum angelis sit similis nature/ ob id gloriantur angeli vehementer: nam cum tua anima sacratissima natura sunt similes. Ergo tue glorioſissime humanitati/ omnis laus ⁊ benedictio ab omnibus tribuatur. postq̄ in ea gloriantur in extimabiliter omnes ordines angelorum/ et omnium aliorum civium paradisi. et benedicatur pro omnibus tua omnipotens et eterna deitas/ que cuz humana natura voluit vnirī. vt maioꝛē daret gloriam possessoribus eterne beatitudinis paradisi. Nunc igitur/ in terra populitibus fleꝛis corde cōtrito/ supliciter te oramus o bone iesu. vt in die iudicij gra-

tia tua opitulãte inueniamur inter illos qui recepturi sunt illam tuam sanctissimam benedictionẽ. Venite benedicti patris mei. ꝛc. Qua tandem habita/ valeamus habitare in illa gloria paradisi per infinita secula seculorum. Amen.

¶Sermo.xv. de peregrinatione iesu christi.

¶Thema.

Duena ego sum apud te: et peregrinus: sicut omnes patres mei. Scribũtur hec verba. pſ. xxxviij.

¶Prologus.

Dilectissimi fratres. Hesterna die vobis predicaui de quinq; plagis domini nostri iesu christi. Quantum potui inuitaui vos ad earum deuotionem ꝛ cõtemplationem. Conamini igitur eas toto corde amare. Hodie corde concepi predicare de peregrinatione domini nostri iesu christi. O si sciretis quanta pulchra et salutifera vobis hoc mane declaraturus sum nullus vestrum recederet a sermone. Semper cum spe lucrãdi vnã animam. Sed vt sermo noster habeat aliqs principiũ. More solito mouet talis q̃stio.

¶Que fuerunt proprietates peregrinatiõis christi? Et quas tribulationes pertulit pro nostro amore in sua peregrinatione.

¶Sed anteq̃ declarem vobis hanc questionẽ. pro maiori intelligẽtia notãdũ ẽ. q; octo signa amoris noster clemẽtissim9 iesus in sua peregrinatiõe nobis ostẽdit.

¶Primum signum amoris diuini erga hominem licet peccatorem est beneficium creationis. Ait enim Ber. in quodam sermone. Parũ ne tibi videtur o homo cogita qualem te fecit deus. nempe secundum corpus egregiam creaturam. secundum alam magis imagini creatoris insignem: rationis participẽ: beatitudinis eterne capacez. porro ambo sibi cohærere fecit artificio incõprehensibili: et sapientia inestimabili. nec hoc ante promeruit qui ante non fuit nec spes retributionis fuit quoniam bonorum nostrorum non eget Ex quibus patet immensa bonitas et dilectio dei in creatione etiam illius quem preuidebat debere sibi esse ingratum ꝛ inobedientem.

¶Secundum signum diuini amoris dicitur gubernationis. Parum prodesset homini q; creatus sit nisi in esse cõseruaretur. Quod naturaliter apetit omnis creatura dicẽte philosopho. q. de anima. Omne quod est naturaliter apetit cõseruationem sui esse. Clama. O igitur infelices peccatores. Quis vos gubernat. vos alit/ pascit/ sustentat: et nutrit? procul dubium est ille pater celestis benign9 omnium dominus. Inquit Greg. in morali. Cito omnia in nihilũ tẽderẽt nisi manus conditoris ea tenerent. Considera: ergo aia peccatrix quanta fecit tibi deus et cũ admiratione dic illud Job. vij. Quid est homo quia magnificas eũ aut fili9 hominis quia reputas eũ. et quare apponis erga eũ cor tuũ. O benedicte deus cur tãta beneficia sceleratis peccatorib9 tibi inimicis quotidie p̃stas/ idolatris/ infidelibus. ꝛc. Numera hic oẽs peccatores eos acriter increpãdo semp tñ salua honestate. Quib9 reprehensis. dic tu dñe iesu x̃pe impasti terre vt sustineat illos: pducatq; fruct9 q̃b9 viuere possint: tu fisti soli/ lune ac/ stellis vt suos exerceãt mot9 ad illorũ vtilitatẽ: mãdasti omnib9 q̃ in celis terris q; reperiunt. vt istis pditis inimicis tuis defuiãt: ex q̃bus apparet infinita dei charitas. et benuolẽtia erga peccatores.

¶Tertiũ signũ diuine dilectionis appellat associationis. s. angelice custodie. Dicit Chrisost. sup Mat. Hõ sol9 angel9 in auxiliũ humane salutis mittitur. sed oia agmina angelor; opãtur ad salutẽ nr̃az. De quo beneficio alias tractur9 sũ. Cũ ero facturus v̊ba de natura angelica deo duce.

¶Quartum Signum diuini amoris dicitur supportationis. Quam magna sit dei charitas et dilectio erga peccatores apparet ex eius supportatione. Licet enim perditi peccatores mererentur omnibus bonis priuari. quia priuilegiũ meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. Cap: priuilegium. xj. q. iij. Tamen misericors deus loga tempora illos supportat. vt ad penitentiam possint reuerti. Sed veh. obstinatis ꝛ inueratis in peccato. quia tanta maiora supplitia expectant. quanto longiori tempore a deo fuerint supportati. Ideo inquit paulus ad Roma. ij. An diuitias bonitatis eius et patientie ꝛ longanimitatis contemnis an ignoras: quia benignitas dei ad penitentiam te adducit. secundum duritiam autem tuam: et cor impenitens thesauriz as tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei et pſ. vij. inquit Dauid. Si conuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illum. Ex quo igitur. O peccatores tanto vosmet pote supportat deus. cognoscere potestis quantum vos diligat. Et ideo conari debetis totis visceribus cordis ad eum redire per veram penitentiam.

¶Quintum signum diuini amoris dicitur coniunctionis. Secundum philosophi sententiam. ix. Ethic. amicitie signũ apparet in amico in bonis colloquijs. conuiuijs. atq; operationibus bonis. Ut igitur x̃ps signuz amicitie sue peccatoribus ostenderet cum ipsis sepe manducauit. Propterea. Math. ix. dicebant. Scribe ꝛ pharisei discipulis ei9. Quare cũ publicanis et pcõrib9 mãducat magister vr? quasi dicerẽt Deberet eos cõtẽnere sicut facim9 nos: o q̃b9 x̃pheta uit. pſ. c. di. Superbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam. Quibus dominus Respondit. Non est opus valẽtibus medicus. is male habentib9. Hõ eni ibat x̃ps ad cõmunia vt gulositati opam daret sicut multi hodiernis temporibus faciũt: is vt bono exemplo suo et verbi pabulo peccatores conuerteret et bonos meliores faceret. Unde Johan. iij. discipulis eum roganti bus vt manducaret. Respondit. Ego alium cibum habeo manducare quem vos nescitis aperte insinuans q̃ cib9 eius principalis erat salus peccatorum. Loquebatur enim de Samaritana et samaritanis quos conuertendos cernebat. Vocaturus etiam Johan. ad celibatuz: inuitatus ad nuptias iuit ipse et mater eius vna cum discipulis suis. vt habetur Johã. ij. Et tunc vt dicit Hieronymus: traxit Johannem a nuptijs: et matrimonio ad virginitatem seruandam. Similiter vocaturus Mattheum publicanum ad apostolatum voluit vt sibi conuiuium præpararet in quo nonnulli alij publicani et peccatores fuere. vt habetur Math. ix. Et pie creditur q; ad penitentiam sint conuersi. Zacheo quoq; conuertendo dixit. Luc. xix. zachee festinans descẽde. quia hodie in domo tua oportet me manere. et tunc cum eo manducauit ꝛ conuersus ẽ. Deniq; vt habetur Luce. vij. Magdalenam peccatricem in domo Symonis leprosi qui ad prandium dominum inuitauerat simul cum ipso ad verũ ipsius amorem conuertit: ex qua familiari collocutione et cõmestione cum peccatrice patet quantum diligebat illorum salutem Tacco q; nunc etiam peccatoribus præsentibus sacramentum sui precios corporis et sanguinis communicat. Unde Jo. vj. dicit Caro mea vere est cibus et sanguis vere est potus. s. animam et corpus omnium bonorum ꝛ peccatorum conuersorum reficiens in signum dilectionis.

¶Sextum Signum diuine dilectionis dicitur vocationis. Non enim cessat omnipotens deus peccatores multipliciter ad penitentiam vocare. Primo inspirationibus. Unde Johannis sexto. Saluator inquit. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum. s. per inspiratiõnem intrinsecam. Ideo Dauid pſ. xliv. ait. Audi filia et vide ꝛ inclina aurem tuã. s. ad inspirationem diuinã. Et ieh. j. dicitur q; deus illuminat omnẽ hoiem venientẽ in hũc mundum. Ob hanc aũt causaz Luc. xv. c. dicitur q; erant appropinquãtes ad iesum publicani ꝛ pctores vt audirẽt eum:

nō enim ei appropinquare potuissent nisi sicut calamita eos ad se traxisset per intrinsecā inspirationem ⁊ etiā per vocalē inuitationē. Vñ in cruce pendens vocabat pctōres dicens illud Joh.xix. Sitio. scilz salutē peccatorū. Unde dicebat illo Matth.xi. Uenite ad me oēs qui laboratis. s. in peccatis ⁊ onerati estis iniquitatibus: et ego reficiam vos. s. pane gratie mee. Et propterea Bern. in sermone de passione ait. Ascendit iesus xp̄s oēs noster in altum crucis vt ab oibus videret. voce magna clamauit: vt ab omnib⁹ audiretur. ⁊ clamori lachrymas addidit: vt homo ei cōpateretur. Qui enim ad eius clamorē nō excitatur: ad eius vocem nō cōpungitur: ad eius lachrymas nō cōteritur: grauior est terra: durior petris: ⁊ fetidior ipso sepulchro. Hec ille. Ex quib⁹ oibus patet duritia peccatoꝝ obstinatorum in sceleribus suis: qui tam benigna voce saluatoris non commouētur ad penitentiam et amorem ipsius.

¶Septimū signum diuini amoris dicitur demonstrationis. Tria nobis manifestauit. que nos latebant. Primū est summi boni veritas. Secundū est mundi falsitas. Tertium est dei sublimitas.

¶Primū quod manifestauit iesus. ⁊c. Errabat quippe mundus varijs diuersisq; opinionibus circa summum bonū. nec inter philosophos inuentus est quispiam qui suo ingenio illud valeret attingere. Quinimmo cum de illo varia fuissent locuti. tandem absq; immortalitate concludebant hominem fieri posse beatum. Ideo inquit Lactantius in tertio libro diuinarum institutionum contra tales. Summum bonum quod beatum facit non potest esse nisi in ea religione atq; doctrina cui spes immortalitatis adiuncta est. Hec ille. Quisnam beatum censeat eum qui vel voluptati animi siue corporis oblectetur. vel ingenio ⁊ sciencia polleat. vel honestate nitescat. vel diuitijs affluat. vel gloria temporali prefulgeat. et huiusmodi cum omnia ista velocissime transeant atq; deficiāt. Propterea christus dicebat. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. sed fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Aqua christi est dei gratia qua mediante acquiritur eterna vita. Apparet itaq; q̄ summum bonuz esse non potest vbi eternitas deest. Hanc autem eternitatem christus preconizauit cum dixit Johan.ij.ca. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenituz daret vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitā eternam. Et iteruz. vj.ca. Hec ē volūtas patris mei qui misit me. vt omnis qui videt filium et credit in eum non pereat: sed habeat vitam eternam. Et. x.c. Oues mee vocem meā audiunt et ego do eis vitam eternam. Et Matthei.xix ca. Omnis qui reliquerit domum aut agros. ⁊c. propter nomen meum centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Et.xxv. cap. Ibunt hi in ignem eternum. iusti autem in vitam eternam.

¶Secundum quod manifestauit iesus est mundi falsitas. dum dixit Samaritane. Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. In hoc siquidem decipit mūdus dilectores suos. q̄ dum desiderata bona temporalia largitur. nunq̄ tamē animū satiare mentemq; quietare potest. Hinc Hieronymus ad Demetriadem virginē ita pulchre dicebat. Divitiarum amor insatiabilis est. expleri nescit. Honoruz cupido celerem rei habiture finem sine fine queruntur. Unde Bernar. in libro Meditationum ostendit falsitatem mūdi dicens. Utinam saperēt amatores huius mundi et intelligerent ac nouissima prouiderent. Dic mihi vbi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt. nihil ex eis remansit nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sunt et quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu. comederunt: biberunt: riserūt et vedurerūt in bonis appetib⁹ dies suos in pūcto aūt ad inferna descēderūt. Hic caro eorum vermibus: et illic anima ignibus deputātur: donec rursus infelici collegio colligati: sempiternis involuantur incendijs: qui socq; fuerunt in vitijs. Una namq; pena implicat quos vnus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria? breuis leticia: mundi potentia: carnis voluptas: false diuitie magna familia: et magna concupiscētia. Ubi risus? vbi iocus? vbi saltus? vbi iactantia? vbi arrogātia? de tantilla leticia quāta tristicia. Post tantillam voluptatem grauis miseria. De exultatione illa ceciderunt in magnam miseriam: in grādem rumam: et magna tormēta. hec ille. Caue igitur anima ne decipiaris a falsitate mundi. fuge eum: et sequere tuū dulcissimum sponsum iesum qui dignatus est tibi ostendere malignitatē huius mūdi.

¶Tertium quod christus manifestauit. est dei sublimitas quia non est ipse dominus omnium aliquid corporeum. et vile: vt falso estimarunt pleriq;. Ideo christus dixit mulieri samaritane. vt habetur. Jo. iiij.ca. Spiritus est deus. et eos qui adorant eum in spiritu et veritate adorare oportet. Et q̄ absolute deum non esse corpus Tripliciter ostendi potest.

¶Primo quidem: quia nullum corpus mouet non motum. quia omne quod mouetur necesse est ab alio moueri. Sed deus est primū mouens immobile. Igitur deus non est corpus.

¶Secundo vero modo. quia necesse est. id quod est primum ens esse in actu. ⁊ nullomodo in potentia. Omne autem corpus est in potentia. quia cōtinuum in infinitum huiusmodi diuisibile est in infinitū. Impossibile est ergo deum esse corpus.

¶Tertio. quia deus est id quod est nobilissimum in entibus. Impossibile est aūt aliquod corpus esse nobilissimum in entibus. quia corpus aut est viuum aut non viuum. Corpus autem viuum manifestū est: q̄ est nobilius corpore non viuo. corpus autē viuū non viuit infinitum corpus. quia sic omne corpus viueret. oportet igitur quod viuit: viuat per aliquid aliud: sicut corpus nostrum viuit per animam. Illud autē qd̄ viuificat corpus ē nobil⁹ q̄ corpus. Impossibile est igitur deū esse corpus.

¶Octauum signum diuini amoris dicit.

66

peregrinationis. Nunc o deuota anima ad questionem tibi prepositam sic respondeo. Multas equidem cōditiones peregrinatio christi habuit.

¶Prima fuit cōditio penalitatis. Uolūtarie lāguores q̄ppenfos tulit dolores q̄ portauit. Quis nam enarrare sufficiat labores christi quos tulit vigilando orando. et predicando pro peccatis et ingratitudine hominum sepissime lugendo. Plorauit christus quando natus est. Quando circuncisus est. quando lazarum resuscitauit. Ploravit super hierusalem. ploravit etiam in cruce videns ingratitudinem hominum. expergiscere fidelis anima et intuere regem celorum / et dominum. non solum semel defatigatum sed fatigatum in presepio augusto. Fatigatū in brachijs maternis dum fugit herodem. Fatigatum in egypto. Fatigatum in reuersione ad terram israel. Fatigatum in ieiunio. Fatigatum in oratione. Fatigatum in predicatione. fatigatum in sudore sanguineo: fatigatum sub pedibus capientium illum. fatigatum in vinculis. fatigatum in illusionibus. fatigatum in sputis / et fetidis osculis fatigatum in columna. fatigatum in cruce. O dura mens hominum. O durities cordium nostrorū fatigatur christus ex amore. patitur ex amore. effundit sanguinem ex amore. Moritur ex amore. et nos eum qui nos tantum diligit diligere nolumus. Propterea. Augustinus in lib. contra quinq; hereses. inducit christum ita ad hominem ingratum loquentem. Cum esses inimicus patris mei / reconciliaui te. Cum inter montes et silues errares quesiui te. humeris meis portaui te. laboraui / sudaui / caput meum spinis opposui manus meas / et pedes meos clauis obieci. vt te mihi copularem: et tu diuidcris a me.

¶Secunda cōditio perigrinationis christi fuit paupertatis. Dum enim in hac vita manfit pauperem vitam gessit. Ex quo dicebat. Math. viij. cap. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Notandum tamen q̄ quandoq;

habere voluit cum apostolis aliquid in communi quod colligitur ex euangelio. vbi dicitur. Discipuli autem abierunt in ciuitatem vt cibos emerent. Sed propter hoc dicit Augustinus. xij.q.j.in. c. habebat. Habebat dominus loculos a fidelibus oblata conseruans et suorum necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat. Et super ps. idez August. inquit. Habuit dominus loculos sicut dictū est de quibusdam religiosis feminis q̄ ministrabāt ei de sua substantia futurus erat paulus nihil tale aliquando querens et omnia pronincialibus donans. Sed quia multi infirmi ista quesituri erāt magis infirmorum personam suscepit Christus. sublimius paulus nunquid et christo sublimius. Christus quia misericordius. Cum enim videret paulum ista non esse quesiturum. prouidit ne damnaret quesituruz et prebuit exemplum infirmo. Hec ille. Et licet ita esse firmiter sit tenendum nihilominus paupertatem semper verboz exemplo sublimiter commendauit.

¶ Tertia conditio peregrinationis christi dicitur diuturnitatis. Triginta enim tribus annis multipliciter patiendo vt predictum est. animas nostras errabundas quesiuit. Nec ardor huiuscemodi sitis de animabus inueniendis vllo vnq̄ tē pore potuit in eo extingui. Sitio dixit samaritane da mihi bibere: Sitio insuper clamauit in cruce. Sitiebat vtiq̄ nostraz salutem. O iesu benedicte. O fili dei altissimi. tu sitis salutez nostram. et nos totis viribus illam recusamus. Tu preciuz tui sanguinis pro debito nostro soluis et nos illud contemnimus. Tu pie dolēs in cruce clamans. Sitio. Sitio. Sitio. et nos obaudimus. Et que est nostra ingratitudo? que pertinatia? quene scuitia? Auctorem vite audire nolumus quia malitia nostra nos excecauit.

¶ Et nota o anima deuota q̄ xp̄o peregrino in sua peregrinatione euenit quod solet accidere alicui peregrino. qui aliquando a socijs proditur. quandoq̄ ab hospitibus occiditur. Et quandoq̄ a latronibus expoliatur. Et similiter christ⁹ a suo socio. s. iuda. fuit traditus. Eua iudeis inter quos fuerat hospitatus: fuit vulneratus z occisus vt dicitur zach. xiij. capit. His plagis plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. i. diligere debebant. A militibus quoq̄ fuit vestibus expoliatus. vt prophetatum erat ps. xxj. Diuiserunt sibi vestimenta mea. s. pallium quo totum corpus superius tegebat. et super vestem meam miserunt sortem. s. super tunicam inconsutilem qua christus iuxta carnem interius tegebatur.

¶ Preterea etiam notandum est. q̄ omnia illa que solet habere peregrinus in peregrinatione habuit christus in sua peregrinatione.

¶ Peregrinus debet habere sclauinam loco cuius christus habuit carnem quā beata virgo in vtero ei fecit. que primo fuit albissima. i. purissima de purissimis sāguinibus virginis facta. De inde facta fuit in cruce rubea. quia tota fuit sanguine aspersa. Unde angeli admirantes dicebant Esa. lxiij. ca. Quare rubeum est indumentum tuum sicut calcantiuz in torcular. vltimo facta est tota nigra quan in cruce remāsit mortua z liuorib⁹ plena.

¶ Secundo. saculum in quo solet portare aurum et argentum. et alia necessaria Loco cuius xp̄s habuit aiaz triplici thesauro plenaz. s. gr̄e sapie z gloꝛie. ¶ Tertio pileū loco cui⁹ xp̄s habuit coronā spineā.

¶ Quarto. Baculum. Loco cuius. pōssimus iesus noster peregrinus portauit crucem. qua percussit diabolum. Unde Chrisost. inquit. Ubicunq̄ demones crucem vident territi fugiunt. tumentes baculuz quo plagam acceperunt.

¶ Quinto. Calceamentum. Loco cuius christus habuit pacientiam.

¶ Preterea peregrinus in sua peregrinatione solet habere aliquādo vias planas. Aliquando declinas. Et aliquando mōtanas. Iste autem noster peregrinus nil habuit de via plana. sed tota via sua fuit descensus vel ascensus. Primo enim fecit magnum descensum. quando de celo venit in mundum Johan. xvj. Exiui a patre et veni in mundum. ꝛc. Deinde fecit magnum ascensum: quando de mundo ascendit ad patibulum. Deinde fecit magnum descensum: quādo de cruce descendit in lymbum. Et inde fecit magnū ascensum quando de lymbo rediens z de sepulchro resurgens ascendit in celum.

¶ Alterius contemplandū est: q̄ quat tuoꝛ sunt q̄ nō permittunt in via errare.

¶ Primum est ferramentoꝛ impressio.

¶ Secūdum est crucis erectio: quia cruces in via recta eriguntur.

¶ Tertium est ramoꝛum et plantarum reflectio.

¶ Et quartum est lapidum aggregatio. Et ideo quia christus est via voluit habere ista quattuoꝛ insignia. Habuit ergo ferramenta id est quinq̄ vulnera in corpore suo cum ferramētis impressa. Habuit crucem quam super humeros baiulauit: et super quam ascēdit. Habuit reflectionem plantarum. id est coronationem spinarum. Item aggregationem lapidum: quia pluries iudei eum voluerunt lapidare. Qui igitur non vult errare sequatur christum. Ab eius enim tramite declinans multum errat a via recta.

¶ Solet etiam peregrinus ter in diem intrare hospicium. scilicet. in tertia ad prandendum: In meridie ad bibendum et quiescendū. Et in sero ad cenandum et dormiendum: Et similiter christus tria hospicia intrauit. Primum fuit vterus virginis gloriose. quod hospicium intrauit in tertia. id est in tertio tempore. s. gratie.

¶ Secundum hospicium fuit patibulū crucis. et istud hospiciuz ingressus est in meridie sitiens. sed iudei obtulerūt ei aceto cum felle mixtum.

¶ Tertium hospicium fuit sepulchrum vbi dormiuit. id est corpus suum mortuū iacuit Istud autem hospiciuz ingressus est in sero. et fecit cenā omnibus qui erāt in lymbo.

¶ Ex oib⁹ istis o aīa contemplatiua peregrinationis tui sponsi conditiones poteris cognoscere. quatenus tuus dulcissimus sponsus fuit vere peregrinus. vt te de hac peregrinatione ad illam patriam (que finem nō habz) reduceret. O paupercula anima que peregrinaris hūc mūdū plenū sordib⁹. ¶ lama ad spōsum tuū et dic. Heu me quia incolatus meus prolongatus est. O bone iesu qui pro me fuisti peregrin⁹: reduc me de hac misera peregrinatione quia conuersatio mea debz esse in celis. O chare mi sponse quādo te videbo? Quando tuis dulcibus amplexibus inherebo? Quando potero dicere. Quod querebam inueni. et quod desiderabam teneo. Heu me infelicem. q̄ misera sum. quia non video facie ad faciē dilectum meum. O dilecte mi. da mihi fontem lachrymarum vt deflere valeā scelera mea quib⁹ te q̄ sepissime offendi. Roli (te obsecro) reminisci peccatoꝛ meoꝛ. neq̄ vindictam sumas de eis. ¶ onfiteor nimis me peccasse in vita mea. Parce tu qui misericors es. pius ac clemēs. p me factus es pegrinus. p me cūcta passus es. Igitur noli me condēnare secm demerita mea. Sed concede mihi gratiū in presenti et in futuro gloriam. per infinita secula seculoꝛum. Amen.

¶ Sermo.xvi. de morte xp̄i ac eius sepultura.

¶ Thema.

Ego dormiui et somnum cepi. Scribuntur hec verba. ps. iij.

¶ Prologus.

Dilectissimi xp̄es heri locutus suz vobis de peregrinatiōe dñi nr̄i iesu xp̄i. hoc mane deo adiuuāte mēte decreui fdicare vobis de amara xp̄i morte quā p nobis passus est in ligno crucis. et de ei⁹ sepultura. Multa pulchra hoc mane dictu⁹ sum q̄ forsitan nunq̄ audistis. Caueatis igit ne nullus vestrū tētatus a diabolo discedat a sermone. Sed vt ꝑmo nr̄ habeat aliquē ordinē more solito mouetur talis questio. ¶ Utrum fuerit necessariū gen⁹ humanū reparari p morte xp̄i? Respōdet

q̄ tripliei lege per mortem christi genus humanum debebat reparari.

¶ Prio lege eternali. Ab eterno. n. fuit p̄destinatū xp̄m mori. Deꝰ in prio signo intellexit se tanq̄ sūmū bonū. In secūdo signo intellexit omnes creaturas. In tertio signo aliquos homines predestinauit et circa aliquos habuit actum negatiuum.

In quarto signo vidit aliquos casuros in Adā. In quinto signo. Prouidit de remedio eorum quomodo redimerentur p passionem filij sui/tanq̄ per meritum. Et q̄ ab eterno hoc fuit predestinatum. Habetur Luc. xvij. Filius quidem hominis secundum q̄ diffinitum est vadit. Et licet christus sit deus et homo: non tamen tradebatur et paciebatur secundum diuinitatem in qua impassibilis est. Sed tantuꝫ secundum humanitatem/Secunduꝫ q̄ diffinitum est in prouidentia dei pro salute mundi. Et ex hoc aliqui volunt/q̄ si adam non peccasset. Ratione huius predestinationis legis eterne: christus incarnatus et mortuus fuisset. Et ꝓbatur vnico medio. Cum enim quilibet fidelis teneatur deum diligere toto corde: tota anima. et tota mente. vt precipitur in lege. sequitur q̄ fuit congruum deum facere omne illud per quod melius flecti posset. et magis moueri ad talem dilectionem. Si enim deus nō fecisset in natura humana id per quod ipse magis ab ea diligi posset. nolet se totaliter et intime diligi ab ea. quod est impossibile. Cum ipse sit sūmum bonum et per consequens summe diligibile. Uel vellet se diligi summe et totaliter a natura humana ipso non faciente in ea totum illud per quod plus euꝫ debet diligere. Et sic requireret ab ea qd nō debet exigere. et vellet rationem amoris potius fundari in ea/q̄m a seipso. quod est impossibile. Si enī (vt ait philosoph9 j. Metaphi) Unumquod q̄ ens unitatem nititur natura sibi propria. Et commentator ibi. Metaphi. Unumquodq̄ secundum q̄ se habet ad entitatem ita se habet ad operationem. Et deus est infinita bonitas. debet dilectio magis fundari in eo: q̄ in natura humana. que est finita/et per consequens congruum fuit ad monendum creaturam humanam ad diligendum euꝫ q̄ hūana natura assumeret a diuina. ita q̄ deus et homo esset in vnitate suppositi et persone. Et hanc rationem approbat Aug. in lib. Cur quando. Et quomodo deus cap. vj. dicens. Deus homo fieri dignatus est quatenus tanto illuꝫ plenius diligamus atq̄ laudemus. quanto clariꝰ eius beniuolentiaꝫ erga nos cognouimꝰ Sed maiorem beniuolentiam dei cognoscere non potuissemus q̄m q̄ sibi nostram naturam assumpsit etiaꝫ homine non peccante. Et maxime cum homo sit compositus ex duplici substantia. s. intellectuali et sensibili. et secundum vtramq̄ est beatificabilis. Sed non potest secundum partem sensitiuam beatificari in videndo diuinam essentiam. quia oculis corporeis non potest cerni Ergo beatificabilis erat secundum hanc partem videndo christi humanitatem. ergo si deus non fuisset incarnatus homo non fuisset quantum ad vtramq̄ partem beatificabilis. vel perfecte beatus. Et hoc est quod dicit. Augu. lib. de spiritu et anima. Ipse deus factus est homo. vt totum hominem in se beatificaret. et pascua inueniret intus et foris. foris pascua in carne saluatoris. intus in diuinitate creatoris. ergo tum vt totꝰ homo beatificaretur. tum etiam vt deus ab homine toto corde amaretur etiam si homo non peccasset deus incarnatus fuisset et mortem passus fuisset. vt totaliter hominem ad amorem suum traxisset. quia vbi est maius signum dilectionis ibi debꝫ esse maior dilectio. Sed maius signum amoris deus non potuisset homini ostendere q̄m naturam humanam sibi vnire in vnitate suppositi et mortem pati. Teste saluatore nostro. Charitatem maiorem nemo habet vt animam suam ponet quis pro amicis suis. Patet igitur secundum legem eternam q̄ christus debebat mori.

¶ Secundo lege naturali. Idem probatur: Lex enim naturalis secunduꝫ Isodorum in. vj. ethic. Est quidam instinctuꝫ naturalis communis omniuꝫ. Unde hoc naturali instinctu. sunt quedam animalia que induetā sibi ipsis mortem procurant. vt patet de fenice. que post quingentos annos cum sit auis sola igne succenso seipsam proiecit et occidit. Ex cuius puluere nascitur vermiculus. et de illo iteruꝫ dicta auis renouatur. Preterea est quedam alia auis que vocatur Pellicanus. Nam serpens hanc auem persequitur. Et dum abest. nidum inuadit et pullos pellicani occidit. Pellicanus rediens tribus diebus suos pullos plangit. tertio die rostro se vulnerat et de sanguine suo spargit super eos. et ita ipsi vnificantur. Maiori ratione hoc christus debebat facere erga filios suos capaces eterne felicitatis. quia serpente antiquo. i. diabolo erant occisi spiritualiter. qui non poterant seipsos vnificare nisi per sanguinem eius: et ita patet lege naturali quatenus christus debebat mori pro salute humani generis.

¶ Tertio lege ꝓphetali. Scribitur Esa. liij. ca. Si cut ouis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. idem clamant patriarche. Clamant alij ꝓphete omnino christum mori debere. vt prophetarum dicta implerentur. oportebat ipsum mori: Clama. O iesu benigne. nos male egimus. et penitentiam fecisti. Et tunc verificata fuit prophetia dauid. Que non rapui tūc exsoluebam. O iesu amantissime quanta passus fuisti pro nobis peccatoribus. O mens dura cur negligis dominum tuo compati. qui pro compassione tua voluit crucifigi. O iesu mi. quantum nos dilexisti. Sed tenos miseri non diligimus. Deh nobis. quia dubito ne cito ira dei propter nostram ingratitudinem super caput nostrum descendat. Plora et ingemisce misera anima. Plora o misera anima. vt deus tui misereatur.

¶ Addo Et quarram legeꝫ que est iuristarum et canonistarum. Dicunt iuriste. C. de Actu. Et cano. xiij. q. j. c. Siluester. Quiex adulterio est natus. non est capax hereditatis nisi legitimetur. Ad propositum. Usq̄ ad passionem christi ex peccato primorum parentum natura humana erat spuria non erat capax eterne hereditatis. ait enī philosophus. Natura humana multipliciter est ancilla. Et dauid in p̄s. Ego seruus tuus sum. et filius ancille tue. i. nature humane. Igit vt natura humana esset capax eterne hereditatis ad quam est creata necesse fuit q̄ christus per suum sanguinem ipsam ligitimaret. Aliter frustra deus hominez creasset. Sat ergo ista lege quatenus necesse erat christum mori. Clama. O immensa igitur bonitas iesu christi qui mori voluit pro nobis. ꝛc.

¶ Cum in hoc Sermone agim9 de morte xp̄i aliqs posset querere. Cur christus in aere mori voluit? Ad quod Respondemus. Q̄ hoc congruuꝫ factum est Tripliciratione.

¶ Primo Ratione medietatis: ad innuēdum q̄ sicut aer est medius inter celum et terraꝫ Sic ipse inquantum homo fuit mediator inter deum et hominē. Et nota q̄ mediū dicitur tripliciter.

¶ Primo quantum ad conuenientiam nature.

¶ Secundo quantum ad conuenientiaꝫ proprietatis.

¶ Tertio quantum ad conuenientiam persone.

¶ Prio mō est mediū in coloribꝰ. Et sic non est medium inter deum et hominem quoniam non potest esse natura media.

¶ Secundo quantum ad conuenentiam proprietatis christus potest dici medius quantum ad humanam naturam inter deum et hominem. quoniam habet proprietates conuenientes cum vtroq̄. cum deo. s. beatitudinem plenitudineꝫ gratie et scientie. Et habet alias proprietates in quibus communicat cum homine. s. mortalitatem et alios communes defectus. Cum ergo dicitur q̄ necessarium est medium communicare cuꝫ extremis. Intelligendum q̄ deus et homo non sunt extrema secundum suas naturas. sed quantuꝫ

ad suas proprietates. Unde deus dicebatur extremum ratione sue immortalitatis et beatitudinis. Homo vero ratione sue miserie et mortalitatis. Christus aũt quantum ad naturam humanam vtriusq; communicat alteram proprietatem.

¶ Tertio dicitur christus medius inter deum et hominem. s. quantum ad conuenientiam persone eo q̃ eius ypostasis est in duabus naturis. Unde Damascenus q̃ eius ypostasis est ex duabus naturis. quod sic exponitur. id est duabus naturis subsistit. s. diuina et humana nec mutatur diuina in humanã. nec ecõuerso. Sed vtraq; in sua perfectione remanet. Christus ergo q̃tum ad humanitatẽ potest dici mediator dei et hoim. quia licet quantuz ad naturã cõmunicet cũ hoibus solũ Rõne tamẽ persone cõmunicat cuz deo. qm̃ personã habet filij dei nõ personaz creatam aut cõpositã sz eternã et simplicẽ.

¶ Secũdo christus mori voluit crucifixus in aere. Rõne cõmunitatis. Quia sicut aer oibus est cõmunis ita eius passio. Mã passiones aliorũ sanctoꝝ fuerũt proprie. quia petrus passus est propt se. Paulus propt se. ita et ceteri. Christ9 vero passus est cõmuniter propter oẽs. Eius enĩ passio fuit cõmunis illis qui sunt in celo. i. ãgelis qz sunt repati. illis qui sunt in mũdo isto qz per suã passione sunt saluati. Unde ad col. j. ca. Apostolus dicit. Pacificãs per sanguinẽ crucis eius siue que in terris. i. hoies siue q̃ i celis sũt. i. ãgelos. Fuit etiã cõmunis illis q̃ erãt in inferno. i. patrib9 inde liberatis. Licet nõ fuerit eois demonib9 z reliqs dãnatis per diffinitiuã sentẽtiã q̃ remãserũt i suis supplicijs desolati.

¶ Tertio christus mori voluit crucifixus in aere. Rõne sanctitatis. Ut aereꝫ sanctificaret Sanctificauerat quidẽ terrã triginta tribus annis super eã ambulando. Sanctificauerat aquam in ipsa se baptizari faciẽdo. Sanctificatur9 erat ignẽ. spiritum sanctũ in specie ignis mittendo. nõ restabat nisi vt sanctificaret aerẽ nõ sub tecto sed in ipso moriendo. Ideo Chrisost. in ꝓmone de passione ait. In excelso ligno z nõ snb tecto passus est vt etiã ipsi9 aeris natura mundaret. Sed et ipsa terra filr beneficiuz sentiebat decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Uide homo quo amore te dilexit dñs deus tuus vt vestigia eius sequaris pro te ligat9 est vt te a vinculis peccatoꝝ absolueret. pro te flagellatus est. vt te a flagellis eterne dãnationis liberaret. pro te coronat9 est spinis. vt te coronaret in celis. pro te vulnerat9 est medic9. vt tu sanareris egrot9 p te crucifix9 est. vt tuas cõcupiscentias crucifigeret p te mortu9 ẽ. vt te a mortuis suscitaret p te sepult9ẽ. vt in te vitia sepiliret. Contẽplare hic passionem siue mortem christi exclamãdo z dulciter cãtãdo.

¶ De9 a quo ordinatissime cuncta fiũt tibi vt9/z bñdictio tribuat. q̃ ordinasti vt mundus recreeꝫ z saluef ꝓpter maximas tribulationes/angustias passiones: quas fuisti passus p humano genere restaurando. Unde bñdict9 sis tu q̃ ordinasti vt tue passiones sint causa et occasio nostre saluatiõis. Dẽs fideles debẽt gaudere q̃plurimũ in tua passiõe: z in oibus tuis angustijs/z laboribus: quos in carne tua fuisti passus põ fuisti nobiscũ i hoc sclo ꝓuersatus. qz vsq; adeo fuerũt labores tui nobis fructiferi et salubres/q̃ natura hũana q̃ ceciderat q̃si i maiorẽ iordinationẽ q̃ esse poterat cõuersa fuit p tuã passionẽ in statũ melioris ordinationis q̃ aliquaten9 posset esse. Dñe iesu xp̃e vt aduentus tuus in carnẽ esset ordinat9 ad humanã speciẽ redimẽdã: placuit tibi aptissime ordinare: vt substãtia diuina ab ifidelib9 i humana natura quã tu assumpsisti minime videref: qz si ipsi vidissent tuã deitatẽ i tua humanitate: nullus fuisset q̃ te in hoc sclo occidisset. z nisi tua hũanitas fuisset mors tua: laboresq; z angustias fuisset passa nõ potuisset ita cõgrue hũanũ genus a pctõ primi parẽtis aliomodo redimisse. Pater ꝯipotẽs imortalis: nulla est pene iflictio neq; aliq̃ vilissimum gen9 mortis: debet tue passioni/vel tue morti vllaten9 cõparari. qz tua passio et gen9 austerissimũ tue mortis quasuis alias passiones: z queuis mortis genera excesserũt. Unde omes isti excessus tue passionis et mortis fuerũt in te ꝓm rectã ordinationẽ/et cõsonãtiã ra-

tionis: z hoc ꝓpter peti magnitudinẽ q̃ deleri oportuit per ipsos. Unde bñdictus sis tu dñe iesu xp̃e/q̃ tot passiões/tribulationes/angustias/labores/derisiones/z opprobria/sustinuisti: vt p hoc mundus posset pdit9 recreari. O dñe de9: fere quot quot dedecora possunt esse ignominie/derisiones/vituperia/z opprobria: z etiam plura q̃ possunt humanis mẽtib9 cogitari: sustinuisti in patibulo tue mortis: qz tu fuisti suspẽsus cũ latronib9 in vili loco z eminẽti: vt ab oibus videreris. z in medio loco mũdi vt pãderet tua mors vilissima oib9 habitãtib9 circũq; Et i morte tua fuisti a tuis discipul' derelict9: vt nullũ amicũ gẽtes cernerent te hr̃e et illo q̃ cessit i maximũ vituperiũ vilissimi hoies toti9 mũdi/vt vili9 potuerũt te occidere. occiderũt: z preterea absq; aliqua causa/occasiõe/siue ratione. at oia hec oportuit ita fieri quẽadmodũ sunt facta: qz sicut ex tua passiõe debebat seq̃ maxima vtilitas toti mũdo/opportuit vt in toto mũdo nõ esset aliq̃s q̃ tot posset passiones amarissimas sustinere quot sustincre potuit tuuz corpus. O saluator oim de9. sicut natura hũana cecidit in iordinationẽ/erroꝛẽ/et deuiationem ꝓpter pctm̃ primi parẽtis: z hoc ꝓpmaximũ sapoꝛẽ siue delectationẽ quã ipe hr̃e credidit ex comestione ꝓhibiti sibi fruct9: sic oportuit vt hũana natura recrearef a te/ꝓpt maximas amaritudines z dolores. O dñe iesu xp̃e cũ tua passio sit causa z pfectio nostre saluatiõis finaliter et modo pñsentialiter sit causa nr̃e cõuersiõis ad tuoꝝ obseruãtiã mãdatoꝝ humiliter te depcor z deuote: vt ipsa conseruet me tuo seruitio et amori/dãs amorẽ viscerib9 cordis mei: z lachrymas oculis meis: z bona opa meis manib9 i hac vita z sic pcor te vt ad fruitiũ tuũ ordines cetera mẽbra mea. Sanctissima xp̃i passio te adoro/te laudo/teq; glorifico/z tibi deuota mẽte supplico q̃tũ possum: vt semp tui reminiscar in oibus actib9 meis.

¶ Sed iterũ quis posset q̃rere. Mortuo dño in cruce. Quis modus sepulture ei9 fuit? Rñdeo. Q̃ cũ btã virgo staret iuxta crucem iesu filij sui iã defuncti ibiq; associata a iohãne euãgelista. et magdalena. et alijs deuotis mulieribus amarissime deploraret. et iã sero appinquãte cogitaret quõ filij sui corp9 de cruce deponeret: Ecce q̃ vidit a lõge venire. Nicodemũ z Joseph ab arimathia cũ scalis et maleis ceteris q̃ instrumẽtis idoneis ad deponẽdum corp9/libras q̃ centũ myrrhe et aloes ad vngẽdũ seu inuoluẽdũ cũ eis ip̃z corp9 iesu: quos illa ꝓspicies: et qz pre multitudine lachrymaꝝ eius oculi caligabãt nõ cognoscẽs: cepit valde expauescere dubitãs ne essent scribe et phairsei venientes vt de corpore filij sui sic mortui etiã diuersas strages facerẽt: trahẽtes illud p totã ciuitatẽ sicut magnis malefactoribus fieri cõsueuit. quo pauore pterrita. ad Johannẽ et socias dixit. Heu me: qz canes rabidi indei veniũt nõdũ saturati morte crudelissima filij mei vt corpori ei9 noua opprobria inferãt. et hic dictis interrã semimortua collapsa est. Quã circũdãtibus marijs: et eã sicut meli9 poterãt cõfortãtibus interim btis iohãnes et ipse pauefact9 aliquãtisper obuiã illis prexit vt videret et intelligeret ad q̃d pagẽduz cũ illis scalis venirẽt cũ vero cognouisset Nicodemũ et ipm̃ ioseph stati ad ip̃az vginem cucurrit ꝓsolãs eã z dicẽs. Bono aio esto dña et mr̃ mea. illi enĩ qui veniũt sunt discipuli filij vestri/mgri ac/dñi mei. qui ad auxiliũ nr̃m veniũt Un9. n. est nicodem9 amic9 nr̃/alter Joseph ab arimathia q̃ licẽtiã sepiliẽdi dñm obtinuit a pylato. Ex q̃b9 vbis vgo bñdicta aliquãtulũ recreata surrexit Aduenientes ergo p̃dicti viri deuoti. nigris vt pie credit vestib9 indu ti. prio q̃dẽ filiũ dei in cruce pẽdẽtez genuflexi adorauerũt cũ ploratu magno. Deinde eũtes vt visitarẽt vginẽ pissimã. videntesq; ip̃az mestissimã mr̃ez squalidã et afflictã: z totã lachrymis madefactã ceperũt lachrymas emittere et gemit9 nihil p̃ doloꝛe loq̃ valẽtes. demũ aliq̃liter spũs resumẽtes postq̃ bñdicte vgini lachrymosis vbis ꝓdoluerũt de morte filij ad petitionẽ vgis ip̃m corp9 sanctissimũ de cruce deposuerũt. Cõsidera igit. alia deuota et diligenter attende depositionis modum. Ponunt due scale a lateribus crucis oppositc. ioseph ascendit scalam lateris dextri et nicodemus ascendit scalam sinistri la-

Universidad de Deusto

teris. Joseph igit reuerēter extrahit clauum manus dextre postmodum nicodemus extrahit aliū manus sinistre. Deinde descendit nicodem⁹. et venit ad clauum pedis. Joseph vero sustentabat corpus domini. Tūc pijssima mater que stabat pedibus q̄tum poterat eleuata brachijsq; extēsis vt filiū in sinu suo reciperet. Primo manū dextrā pendētem suscepit reuerēter posuitq; ad vultū suum intime deosculās eā cū lachrymis r validis suspirijs. dicebat q; vba tāta cōpassione digna q; etiā saxea corda ad pietatē flectere potuissent. Euulso autē clauo pedū pauliſp descendit Joseph. r ipsa bñdicta vgo accepit corpus filij sui in brachijs. illud tenerrime osculabat. postmodū in terrā sedens ponit illud in gremio. et osculabat. nūc caput. nunc manꝰ. nūc os. nūc pedes nunc vulnꝰ lateris. oēsq; eiꝰ plagas amaris lachrymis lauabat ploratibꝰ oibus q̄ astabāt. Poterat esse dicere pia mater virgo. O fili dilectissime. cur mihi nō loqueris? nōne hoc est os illud bñdictum quod iudeis sic dulciter predicabat? nonne iste sunt ille manus que tanta miracula faciebant? nonne isti sunt illi pedes quoꝝ scabellū adorat. O fili dulcissime. vbi est ille tam delectabilis aspectꝰ. vbi vultꝰ tuus lerꝰ et iocūdus? vbi est facies illa serena? vbi est visus ille amabilis. O fili mi speciose pre filijs hoim quomodo factus es deformis r opprobriū hominū? Ubi est o fili loquela tua suauis r conuersatio māsueta? quare remanet sine filio mat? qualis erit vita mea sine te fili mi? Tu mihi pater eras. tu mihi mater. tu mihi frater. tu mihi sponsus. tu mihi blandus filius. tu mee delitie. tu mea gloria. tu mihi oīa eras fili mi.

¶ Si quis autem q̄reret. quare ioseph r nullus alius accessit ad pylatum vt peteret corpus iesu? Respondet Beda dicens. Magne quidē ioseph iste dignitatis apud seculū: sed maioris apud deū meriti fuisse laudatur. vt et per iusticiā meritorum sepeliendo corpore dominico dignus foret. et per nobilitatem potentie secularis idē corpus accipere posset. Non enim quilibet ignotus aut mediocris ad presidem accedere/et crucifixi corpus poterat impetrare. Unde Chrisostomus. Q[nullus audebat sicut iste qui insignis iudeorum erat. et pylato notus.

¶ Imminente iam hora completorij Joseph et Nicodemus instabāt vt corpus sepelirent: vt corpus sepelirek. Quare nicodemus protulit mixturā myrrhe et aloes quasi libras centum. r licet tali vnctione a putrefactione conseruatiua christus nō indigeret quoniā corpus eius corrumpi non poterat nec debebat: tamen nicodemus hoc non intelligēs ex deuotione sua ad vngēdum corpus christi tulit vnctionem predictam. Acceperunt ergo corpus iesu et ligauerunt cum lintheis. idest pānis ligneis inuoluerunt cum aromatibꝰ sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est ortus et in orto monumentum nouum in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorum. quia iuxta erat monumentum posuere iesum que omnia in mysterio facta sunt. Nam vt inquit Thomas. Sepeliri voluit christus rationabiliter. Primo quidem ad comprobādam veritatem mortis. non enim aliquis in sepulchro ponitur nisi qui iam vere mortuus est. Unde pylatus vt habetur Mat thei. xv. ca. Antēq̄ concederet christum sepeliri diligenti inquisitione cognouit eum esse mortuum. Secūdo quia per hoc q; christus de sepulchro resurrexit datur spes resurgendi per ipsum his qui sunt in sepulchro scōm illud Joh. v. ca. Omnes qui in monumētis sunt audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Tertio ad exemplum eorum qui per mortem christi spiritualiter moriuntur peccatis: qui scz absconduntur a conturbatione hominū: Unde dicitur Col. iij. Mortui estis r vita vestra abscondita est cum christo. Modus etiam sepeliendi rationabilis fuit. Nam in orto sepultus est ad designandū q; per mortē et sepulturā ipsi⁹ liberamur a morte quam incurrimus ppter peccatū ade in orto paradisi cōmissum. In aliena etiā posit⁹ est sepultura. vt dicit Aug. in

quodam ſmone) quia p aliena morieba tur salute. et etiā ppter abundantiā paup tatis p nobis susceptē. Nā q; domū in vita non habuit vt theophilus refert. post mortē quoq; in alieno sepulchro recōdit: r nudus erutēs a ioseph operit. Erat insup monumentū nouū (vt Hiero ait) ne post resurrectionē ceteri corporibꝰ remanēbꝰ surrexisse aliꝰ fingerēt. et vt Aug. dicit. Sicut cū i marie vginis vtero nēo ante illū nemo post illū cōceptꝰ est: ita in hoc monumēto: nemo ante illum nemo post illū sepultus est. Aduolutū etiā fuit saxū magnū ad ostiū monumēti: vt sic appareret omnimoda veritas sepulture sue Quare vt pricipes simus mortis sepulture xpi sepeliamꝰ r nos vitia nostra atq; pctā ficq; cōsurgem⁹ cum ipso accipiētes hic gram: r in futuro beatā gliam. Amē.

¶ Sermo.xvij. de amarissimis doloribus dñi nostri iesu xpi.

¶ Thema.

Vos omnes qui transitis per viam attēdite et videte si est dolor sicut dolor meus. Habentur hec verba Thren. j. ca.

¶ Prologus.

¶ Sed nota cum de hoc sint varie opiniones doctorum: q̄ cum queritur vtrum christus in triduo fuit homo? Homo potest intelligi dupliciter. s. materialiter et formaliter. Si intelligatur materialiter: sic dicitur q̄ christus in triduo fuit homo quia post mortē nulla entitas realis partialis fuit destructa: immo quelibet talis entitas fuit vnita verbo. Et ideo fuit homo materialiter in ꝑtum habuit: partes

sibi vnitas. Si autem intelligatur formaliter tunc christus in triduo non fuit homo: quia vt patet per auctoritatem Aug. prealligatā. Ad hoc q̄ aliquis sit homo requiritur vnio actualis anime cum corpore. Ideo dicit. Aristo. iij. Methe. q̄ homo mortuus non est homo nisi equiuoce. Sed in triduo anima christi non erat actualiter vnita cum corpore. Ergo christus in triduo non fuit homo formaliter. Scotus etiam tenet eandem conclusionem. s. q̄ christus in triduo non fuit homo formaliter. et habet talem rationem. Humanitas vel homo dicit entitatē absolutam vltra entitatem partium: et est illa entitas que resultat ex partibus vnitis. Als generatio et corruptio non terminarētur ad entitates absolutas. Sed xps in triduo non habuit istam entitatem: qz in triduo nō habuit partes hominis vnitas. Ergo christus in triduo non fuit homo. Ad hoc ergo vt non remaneret in ista imperfectione: congruum fuit: immo necessariū vt resurgeret a mortuis. Als sequeretur q̄ fuisset discordia inter humanam naturam que erat in christo et diuinam: quod est impossibile: cum essent vnite vinculo pfectissime charitatis. Et cuz anima semper appetat vniri suo corpori. viij. Ethicorum.

¶ Tertia ratio dicitur premiationis. Si enim per que quis deliquit per ea et puniri debet. Ergo quisq; per ea per que bene agit debet premiari. Cum igitur christus exposuerit corpus suum passioni pro charitate et tolerauerit tot acerbissima tormenta. Ergo congruum fuit: immo necessarium: quantum ad iusticiam vt in ipso corpore glorificaretur. Uirtuti enim est faciendus honor et retribuendum premium. vt dicitur. j. Phyſico. t. iij. Ethi. Quia igitur scriptum est. Luce. xiij. ca. Qui se humiliat exaltabitur. Cum xpus humiliauerit seipsum factus obediens vsq; ad mortem. Ergo iusticia exigebat: vt exaltaretur vsq; ad gloriam resurrectionis.

¶ Secūdo. principaliter probatur con

gruitas resurrectiōis christi respectu nostri. Et hoc etiam tripliciter.

¶ Primo. ratione confirmationis. s. in fide z spe. Primo in fide: quia per eius resurrectionem confirmata est fides nostra circa diuinitatē eius. Si enim non surrexisset homines nō credidissent ipsum fuisse verum deum. Unde in. ps. xxix. ipse inquit patri. Que vtilitas i sanguine meo/dum descēdo in corruptionem. Ubi glo. inquit. Si corruptum fuerit corpus meū et sanguis meus z non resurrexero nemini annunciabo: et nullum lucrabor: quia vero surrexit cognouerunt omnes q̄ vere erat deus. Nam omnis effectus naturaliter est demonstratiuus sue cause. vt inquit Auctor libro de causis. Cum igitur causa primaria resurrectionis mortuorū sit diuinitas: christus qui virtute propria surrexit ostendit se esse deum. Et sic confirmauit nos in fide diuinitatis sue. Nam corpus sequitur naturam sui capitis. Et ideo cum christus caput nostrum et noster dux et princeps resurrexit: possum9 z nos resurrectionē sperare. Alj si non resurrexisset perdita fuisset spes nostra. Unde glo. super Lu cā vltimo ca. inquit. Si nō est veritas resurrectionis christi non est fructus passiōis eius. Et apostolus. j. ad Corinth. xv. ca. ait. Si christus non resurrexit: ergo inanis est predicatio nostra. et ibidem etiam dicitur. Si christus non resurrexit neq; mortui resurgēt. Uerum qz ipse vere resurrexit. Ideo absq; vllo dubio et nos resurgemus. Et has duas confirmationes. scilicet. in fide et spe tangit Apostolus. j. Petri. j. dicens. Deus suscitauit euz a mortuis vt fides nostra z spes esset in deum.

¶ Secundo congrua fuit resurrectio eiꝰ respectu nostri. Ratione reconciliatiōis. vt. scilicet. nos per peccata nostra a deo auersos illi reconciliaret. Unde ad Hebreos. ix. ca. dicitur. Christus introiuit in celum vt appareat vultui dei pro nobis. Et ad Rom. viij. ca. iterum inquit apostolus. Christus iesus qui mortuus est: immo qui et resurrexit: qui est ad dexterā dei qui etiam interpellat pro nobis.

Tertio fuit necessaria et cōgrua ratiōe nostre instructiōis. vt inqt. s. Tho. in. iij. pte sum. q. lij. art. j. Et hoc triplr. Primo vt sicut xp̄us resurrexit a mortuis: ita et nos resurgam⁹ a pctis. Scdo vt sicut xp̄s post resurrectionē habuit nouā vitā: ita z nos i nouitate vite ambulem⁹. iuxta illd apli ad Ro. xij. c. Renouamini in nouitate sensus vestri. et ad Ro. vj. c. iterū inqt Paulus. Quomodo xp̄s surrexit a mortuis p gl'iam dei patris: ita z nos in nouitate vite ambulem⁹. Tertio ad istrūcduz nos q̄ sicut ipse resurrexit amplius nō moritur⁹. iuxta illud ad Ro. vj. c. Christus resurgēs ex mortuis iam non morit: ita et nos amplius nō debemus redire ad mortem pctōz: sed viuere semp cū xp̄o in gra Et dicere cū apl̄o ad Galatas. q. c. Christo cōfixus sum cruci: viuo autez iam nō ego: viuit vero in me christus.

Tertio. principalit fuit cōgrua z necessaria resurrectio xp̄i respectu beati. s. angelorz et aiarum sanctarz z corporz glorificādorz: vt cresceret illis gloria et consolatio in contemplanda humanitate christi. Unde de christo inquit apl's Petrus. j. c. sue. j. cano. In quem desiderāt angeli ꝓspicere. Non solū esn̄ scti delectant in cōtemplatione deitatis: sed etiā humanitatis iesu xp̄i sicut ꝓphetatū fuerat Esa. xxxiij. ca. Regem in decore suo videbūt. Et ob hāc causam necessaria fuit xp̄i resurrectio. vt sancti in aia et corpore beatificarent. In anima cōtemplādo diuinitatem z animā xp̄i gloriosam. In corpe vero videdo corpus xp̄i gloriosum omniq̄ gloria plenissimum. Et sic patet q̄ ex parte sui et ex pte nostri et beati cōgruum fuit z necessariū christum a mortuis resurgere.

Also q̄ congruum fuit xp̄m a mortuis resurgere. Hūc de gaudio z cōsolatione resurrectiōis iesu xp̄i q̄rendū est p modū contemplationis. Que fuerūt cōsolatiōes resurrectiōis xp̄i? Et ad hoc respōdeo q̄ multas cōsolationes de passione z resurrectione christi habuerūt diuersi. De quibus hic pauca enarrabim⁹. Dimissa igitur principali cōsolatioue que fuit ipsius xp̄i. De quo dici potest illud. ij. Machabeo. j. c. Tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat subnubilo. Ipse esn̄ sol iusticie christus qui i passione fuit sub triplici nubilo. s. mortalitatis quo ad corpus: passibilitatis quo ad animā: et multiplicis penalitatis quo ad vtrumq̄. Hodie de isto triplici nubilo exiuit et in mundo refulsit. Nam corpus eius induit imortalitatē: anima impassibilitatem: et vtrumq̄ omnimodam gloriam et felicitatem. Unde Leo papa ait. Post passionem xp̄i ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutem: mortalitas in eternitatē: et contumelia tranſiuit in gloriam. Omittendo etiam dicere de dotib⁹ corporis gloriosi ipsi⁹ dn̄i et de gloria aie illius: quia hec excedunt humani ingenij facultatem: ita q̄ nullus posset illa exprimere. Ideo de aliorum consolationibus dicemus.

Prima igitur consolatio dico q̄ fuit sanctorum patrum in limbo existentiū quā habuerunt statim post passionē christi ad quos descendit anima eius gloriosa: sicut ꝓphetatum fuerat per Dauid. ps. cvj. vbi inquit. Sedentes in tenebris et in vmbra mortis vinctos in mendicitate et ferro: z eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eorum dirupit: quia contriuit portas ereas z vectes ferreos cōfregit. Sciēdum est ergo q̄ aia xp̄i statim cū mortuus fuit cū maxima angelorz multitudine prexit ad iferos. Demones aūt in aere cōmorātes hoc vidētes statim annūciauerūt demonib⁹ infernalib⁹: mortuū quēdā cū maxima turba angelorz aducture q̄ videf velle infernū ipetuose intrare z eos debellare. Propter quod portas infernales clauserūt. Sed angeli pēūtes ad ianuas iferni pulsantes clamauerūt dicētes illud ps. xxiij. Tollite portas principes vestras z elenamini porte eternales z introibit rex gl'ie. Quib⁹ rñderūt demones. Quis est iste rex gl'ie? Rūq̄ esn̄ venit huc mortuus cū tali audacia. Et illi dixerūt. Dn̄s fortz z potēs: dn̄s potēs i ꝓlio. Et cū adhuc nō aperirēt: iterq̄ clamauerūt angeli dicētes. Tollite portas rc̄. Quib⁹ rñdētib⁹. Quis est iste rex gl'ie. Illi dixerūt, Dn̄s virtutū ipse est rex glorie. Quibus dictis ceciderunt z confracte sunt porte infernales. Et hoc figuratum fuerat. Judicum. xvj. vbi dicitur q̄ Sanson portas claustras Gaze ciuitatis apprehendit et asportauit rc̄. Unde territi demones dixerunt. O princeps noster tu lucifer pdidisti gaudia nra dū xp̄m crucifigi fecisti. Et nota vt possumus considerare deuote ꝑm quosdam doctores q̄ qñ xp̄s i cruce clamauit emittens spiritū terra contremuit z petre scisse sunt. Ut dicit Mat. xxvij. Unde illud fortasse in quo fuerat erur: adeo extensus est vt tranſiret vsq̄ ad ad lymbus in quo erant scti patres. Et p illud fortasse descēdit ibidez de sanguine xp̄i in cruce pendētis. Statiq̄ aduenīente anima iesu xp̄i apparuit lux magna in lymbo z lymbus miro lumine ac splendore est lustratus qui prius erat tenebrosus: et perspexerūt sanguinem illum de cruce fluentem. Unde Aug. inquit. Sicut aduenīente luce solis omnis tenebra in aere existens effugatur sic aduenīente anima christi in lymbo infernus illustratur. Quia vero Johannes baptista per modicum tempus perrexerat ad lymbum et annunciauerat christi passionem futuram in proximo ipse surrexit et dixit illis sanctis patrib⁹. Hec lux est illius agni immaculati qui hodie pro nobis in cruce pependit: quez ego digito monstraui. di. Joh. j. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Tunc surrexit Esa. propheta et dixit. Hec lux est illa de qua ego prophetaui. ix. c. mei lib. dicēs Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam. Ambulantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Tūc surrexit etiam zacharias propheta: dicēs Hic est sanguis de quo ego dixi. ix. c. mei lib. dicens christo. Tu quoq̄ in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Tunc etiam sanctorū agmina (vt inquit Augustinus) vocec lachrimabili dicebāt. Aduenisti desiderabilis redemptor mundi quez expectabamus. descendisti pro nobis huc ad inferos: succurre nobis miserando: resolue nos de captiuitate. O quāta leticia tunc gaudēdentes. dicebant. Benedictus qui venit in noīe domini. O quanta leticia perfundebantur cum videbant deitatem et gloriosaz animā xp̄i redemptorem q̄ et glorificatorem suuz. Omnes ergo procidētes adorauerunt eum et xp̄s dn̄s omnibus benedixit. di. Benedicti vos a dn̄o qui fecit ce. z ter. Benedicti a deo patre: benedicti sitis a me filio. Benedicti a spiritu sancto Nunc gaudete mecum: qz in vita credidistis z amastis me. Ecce ego deus vester Ecce ꝑtū vos ego dilexi/ qz pro vobis fact⁹ suz homo et veni in mūduz: laborauit: sudauit: esuriit: sitiui: et insup opprobria z penas pertuli. z sic narrant omnia mysteria que de ipso scripta erant per ipos ꝓphetas. Talibus et indicibilib⁹ consolationibus repleti sunt triduo. Tandem in xta dicta sancti vincentij contemplemur quō exorarunt christū vt resurgeret z eos liberaret. Nam vt idem dicit. Similiter et Lyra super Mat. x. c. z claret per Grego. xxiij. q. iij. c. Obtineri. Quāuis deus ab eterno preordinauerat christi resurrectionem ad hominum salutem tamen sic voluit vt orando mereantur homines ex dei gratia accipere beneficium quod ante secula disposuit deus donare. Contemplari ergo pie possumus quomodo primus omniū patriarcha Adam vna cū aliis. s. Noe Mathusalē. Melchisedech: abraham: isaac z Jacob: ceterisq̄ accedendo coram christi anima flexis genibus adorauerunt. Secundo quoq̄ Moyses cum samuele: Esaia/ Hieremia/ Daniele. rc̄. accesserunt et adorauerunt. Tertio Aaron sacerdos primus: cum Eleazar: Ithamar Fineesq̄. z sic de aliis. Quarto Dauid rex cum Ezechia z Josaphat aliisq̄ regibus rc̄. Quinto omnes sancti coniugati. z electi veteris testamenti: de duodecim tribub⁹ israel. Sexto Eua cū omnibus mulieribus electis et cum viduis et virginibus. Septimo Johannes baptista cū omnibus sanctis no. testamenti. s. Joseb spōso Marie. zacharia. Joachiz. Symeone et Innocētibus pro christo occisis. Et cū eis etiam latro pendens iuxta crucē. Isti et omnes electi adorantes dixerunt illud ps. Surge domine in requiem tuam. s. ce lestem: tu et archa sanctificationis tue. i.

corpus sanctificatū. Exurge dñe et libera nos propter nomen tuum. Jesus aūt rūdit illud ps̄. Propter miseriaz inopium ⁊ gemitus pauperū nunc exurgam. et statim cū oībus illis ascendit et venit ad sepulchrū. Et illis deū laudātibus/aia xp̄i corpus reassumpsit:⁊ clauso sepulcro exiuit ac supra sepulchrū stans ostendit omnib⁹ corpus gloriosuz cuz cicatricib⁹ dicens. Ecce charissimi. q̄tum vos amaui ⁊ qualibus vulneribꝫ vos redemi. Et mox oēs angeli ⁊ sancti dixerunt illud quod canit ecclesia. Gloria tibi dñe q̄ surrexisti a mortuis cū patre et sancto spiritu. ⁊c. Quantam vero exultationem habuerint sancti patres de eorum liberatione. patet considerando affectionem quam habebāt tanto tempore illum expectantes Scriptuz est enim. Proverb. xiij. Spes que differtur affligit animam:desideria aūt cū cōpleta fuerint delectationem pariunt. Unde ait Aug. in sermone de passione. Ihanc ergo tristiciam et penam totam christus cōuertit in leticiam et gaudium:dum sanctis patribus animam suam et diuinitatis essentiam ostendit:in qua omnis gl̄ia paradisi consistit. Si ergo abraham gaudens est de incarnatione xp̄i:vt dicitur Jo. viij. c. q̄asi in fine:multo magis credendum est ipsum et alios sanctos patres exultasse quando viderunt eum venientem ad eos. Valde enī gauderet quis si de carcere sarracenoꝝ vel turchorum liberaret. Multo igitur magis ipsi debuerunt gaudere q̄ndo fuerūt educti de carcere tenebroso:vbi diuina visione carebāt. De carcere horrendo. vbi horrēdorum demonuz vicinitatem habebant. De carcere ignominioso:quia sub terra in lacu iacebant. Et de carcere tam longo:quia per tot milia annoruz ibi manserant. Et ideo de eis predictum fuerat Esa. xxxv. Gaudium ⁊ letitiam obtinebunt:⁊ ab eis fugiet dolor et gemitus. Habuerunt enim gaudiuz q̄ assecuti sunt diuine visionis aspectum: habuerunt leticiam:quia euaserunt tam horribilem vicinitatem demonuz. Fugit ab eis dolor quem habebant propter locum tam ignominiosum. Et gemitꝰ quē habebant propter carcerem diuturnum.

¶ Secunda consolatio quē fuit omniuz prima post resurrectionem:fuit facta gloriose virgini marie de qua inquit Ambro. in lib. de virginibus. di. Uidit maria resurrectionez dñi prima vidit et credidit. Et hec fuit ratio quare ipsa nō iuit ad monumentum: quia sciebat eum resurrexisse: Non obstat modo quod dicit. Mar. vlti. q̄ surgēs iesus apparuit primo marie magdalene a qua ejecerat septem demonia. q̄ sicut intelligitur illud dictum quod habetur. rj. Inter natos mulierum nō surrexit maior Johanne baptistia. Ex quibus ꝺbis non sequitur quin christ⁹ et virgo maria qui sunt nati ex mulieribus: sint maiores ipso Johanne baptista. Sed per illa ꝺba voluit intimare q̄ iter eos qui ceciderant per peccatum originale nullus surrexit maior Johanne baptista. Ex quo excluditur christus et beata virgo maria: q̄ non ceciderunt per peccatuz. Et ita in p̄posito intelligitur dictum Marci q̄ prio apparuit magdalene peccatrici q̄ alijs peccatorib⁹. Uꝫ si q̄ratur Quare euāgeliste nō fecerūt mētionē de apparitiōe fctā gl̄iose ꝺgini? Rñdēt doc. q̄ appitiōes xp̄i exhibite mr̄i:et familiaria iter eos colloq̄a atq̄ amoris sublimia signa itūm fuerūt intellectū humanuz excedētia q̄nō potuerunt bene sciri nec ab inferioribus dici: nisi cum tanta diminutione q̄ illa dicere esset nobis eorum excessum quodāmodo denigrare. Item spiritui sancto et euangelistis propositum erat tantum apparitiones describere que carnalibus hominibus possent de resurrectione christi fidedignum testimonium prebere. Jdeo noluerunt ponere apparitionem factam matri:cuius testimonio pro filio non creditur ratione nimie affectionis. l. videamus. ff. de in lib. iu. Si enim verba extranearum personarum deliramenta visa sunt:multo magis matrez pro filij amore credidissent delirare. Aliam quoq̄ rationem assignat Bern̄. in sermo. de resurrectione domini. di. q̄ apparitiones de quibus euangelium loquitur non fiebant ni

si incredulis nec fiebant in specie gloriosa:immo fiebāt aliquādo in specie aliena puta in specie hortulani apparendo Marie magdalene:et in specie peregrini apparendo duobus discipulis in via:⁊ sic de alijs. Beate autem virgini Marie apparuit in specie gloriosa:⁊ non ad confirmationem dubij sed ad allegationem solatij. Sancta ergo mater ecclesia credit ⁊ tenet q̄ xp̄s primo apparuit post resurrectionē matri sue. Et in signum huius in hac die stationem celebrat apud sanctam mariā maiorem in ciuitate Romana. Ubi tempore magni Gregorij dum ipse in die pasche missaz cantaret et dixisset. Pax domini sit semper vobiscum. Angelus dei alta voce respondit. Et cuz spiritu tuo. Et ob hoc vsq̄ modo cum papa ipsa die resurrectionis ibidem celebrat cuz dicit. Pax domini. ⁊c. nil sibi respondetur a clero in testimonium huius miraculi. Potest quo q̄ probari hec apparitio sic arguendo. Prius et citius debuit christus consolari illos quos plus dilexit:⁊ a quibus plus dilectus est ⁊ a quibus plura beneficia accepit:et quos magis reliquerat tribulatos de passione sua et morte q̄ alios. Amor enim debet esse reciprocus. ix. Et hic.⁊ beneficiatus debet esse gratus ergabenefactorem suum. Cum ergo nullum habuerit chariorem amicū christus in hoc mundo:nec a quo plura beneficia recepisset q̄ matrem suam:cui ex precepto legis debebat particularem reuerentiam et honorez. Exo. xx. et Deut. v. Ergo necessario tenendum est q̄ primo eam consolatus est. Nullus enim erat in hoc mundo qui tantum doleret de morte ipsius domini iesu quantum cordialissima mater eius. Cum igitur ille qui in vno granatur: in alio debeat subleuari. Et q̄ fuit socꝰ passionum:sit et consolationum. Credendū est ergo indubitanter q̄ christus primo consolatus fuit matrem suam quam aliquem alium:ei totus iocundus apparens et gloriosus post resurrectionem. Quis enim nisi demens aliter credere posset. Si namq̄ esset aliquis filius in vltramarinis partibus constitutus de quo eius mater intellexisset q̄ mortuus esset: et tandem sanus rediens personas extraneas visitaret et ad matrem afflictam ⁊ tribulatam vltimo accederet: bonus nequaq̄ filius esset. Et ideo Bernardus vbi supra concludens q̄ christus primo apparuit sue dilectissime matri:sic inquit. Nulla fuit infruitionis gratia dignior:nulla expectationis desiderio feruentior: nulla deprecandi instantia vehementior:nulla apparenti intimior. nulla intoto orbe sibi chariorꝫ:nulla in discurrendo conuenientior. Non enim angelorum testimonium querebat: nec iuit ad videndum: non autem se potuisset continere quin ad sepulchrum curreret audita eius resurrectione nisi omnia sciret. Apparuit autem quibus non tantum tenebatur :ergo et ei cui pl⁹ attinebat. Si vero dicaf primo ei non apparuisse quia in euangelio non dicitur: eadem ratione credendum esset q̄ nunq̄ sibi apparuit:quia nec hoc enangelium dicit: Hec ille. De consolatione igitur dulci Marie in christi apparitione pro deuotione populi persequamur modo contemplatiuo prout traditur a deuotis doctoribus et predicatoribus de hoc scribentibus deuotam practicam. Contemplemur itaq̄ primo quomodo beata virgo Maria meroꝛe confecta et gemitibus fatigata in christi passione cuius animam pertransierat doloris gladius adeo vt semineccem vix inter manus sanctaruz mulierum in hierusalem deductam preminia debilitatione ad filij sui sepulchrū ire non valentez: vt dicit Augustinus oportebat quiescere in camera sua singulis horis ad diem resurrectionis flendo et plorando super vnici filij morte / nec cibum vel potum capiebat sed incessanter lugebat. Adueniente autem aurora huius diei quia sciebat secundum prophetias et christi prenunciationem q̄ die tertia deberet christus a mortuis resurgere cepit ardenter desiderare christum et indicibilē dulcedinē sētire i spū:ob qd̄ oīa do cepit talia dicere. O pf eterne deꝰ. Ecce iā instat p tēpus aphetis predictū susci ta ergo filiū meū. O fili dei dulcissime. O

amantissime nate mi te pridem vidi plagis repletum senissimis: vtinam iaz viderem te gloriosum. Dixisti O fili mi et totiens dixisti: tertia die resurgaz. En dies tertia imminet: surge ergo et pone finem gemitib9 meis et veni vt videaz te. O lumē oculorū meorum ostende mihi faciez tuam. sonet vox tua in auribꝰ meis. Vox enim tua dulcis. ⁊ fa. tu. de. ni. vt habetur cant i. ij. ca.

¶Item contēplemur secundo circa hoc quomodo interea dominus iesus cuz omnibus electis de inferno eductis et angelis beatis venit ad sepulchrum et ibi resurrexit: vt tactum est in prima consolatione superius dicta. Et primo Gabrieli archangelo mandauit di. Sicut tu annunciasti matri mee incarnationem meam. ita nunc vade annuncia sibi resurrectionem meam. Illeꝙ cum militia angelorū veniens ad cameram virginis: cepit intonare ceteris concinentibus. Regina celi letare Alleluya: quia quē meruisti portare Alleluya: resurrexit sicut dixit alleluya. ⁊c. Prout fuit reuelatū btō Gregorio qꝫ sic angeli cantabant Rome coram imagine virginis. ⁊c. Cunꝙ beata mater de tali dulci cantu miraretur. mox christꝰ ingenti lumine ei apparuit salutañ. Salue sancta parēs. ⁊c. O mater charissima cessent tua lamenta: gaude mecuz en ego ipse sum quem virgo cōcepisti/peperisti/ ⁊ lactasti/ac in cruce pendentē cōspexisti Ecce passiois mee cicatrices. Mox ipa adorauit dicens. Benedictus qui venit i nomine domini Et dulcit mater filiū amplexando osculabatur et cicatrices: Non sufficimus profecto cogitare et narrare quanta et q̄ dulcia inter eos tunc fuere v̄ba amicabilia et consolabilia.

¶Contemplari tertio etiam possumus quō ad cōsolationem matris xp̄i dns tūc enarrauit videlicet qꝫ aia seperata statiz cum multitudine angelorum descēdit ad infernuz ⁊ ipsuz confregit ac/ sanctos patres eduxit. Ostēdit quoꝙ ei omnē multitudinem angelorū assistentē et omnes sanctos patriarchas/ ⁊ prophetas/ ac electos. ⁊c. Et tunc processerūt angeli salutātes eaz dicentes. Aue regina celorū aue dña ange lorum: salue radix sancta ex qua mundo lux est orta. ⁊c. vt canit ecclesia. Itez processerūt Adam et Eua dicentes. Benedicta filia tu a dño: quia per te fructū vite cōmunicauimus: et genibus flexis petierunt veniā sup eo qꝫ ipsi peccādo vederūt causaz passionis xp̄i taz acerbe et cōpassionis marie. Itē processerūt patriarche di cētes. O gliosa dña excelsa super sydera. ⁊c. Dō eua tristis. ⁊c. Itē pcesserūt pphete cū oibus filiis israel et electis veteris testamēti dicētes illud Judith. xv. Tu glia hierusalē: tu letitia israel: tu honorificentia ppli nostri: nos te pdicauim9 sup oēs gloriosam. ⁊c. Itē pcesserunt sancti noui testamēti. s. Johannes baptista. Joseph sponsus marie: zacharias. Symeon. Anna. Innocentes et inter eos erat latro cui dixerat dns. Hodie mecū eris in paradiso. Hi oēs cecinerūt Felix nāqꝫ es sacra v̄go maria et omni laudabilis qꝫ ex te ortus est sol iustitie xp̄s deꝰ noster. p quē saluati sumus.

¶Si dicas quō ista oīa vidit Maria? Rndet Aug ipsa a deo talē gr̄am habuit vt p ppnas species videret sepius āgelos et oēs btōs spūs. Un et Ambro. lib. de v̄gi. di. qꝫ archāgeli et pcipue Gabriel ac/ pphete scti solebāt eā reficere v̄bis. Hec ille. Et sic patz. Deniqꝫ cogita quō maria ad pdicta dixit. Magnificat anima mea dominum. ⁊c.

¶Cōtēplemur. Quarto quō ipe xp̄s matri dixit. O venerāda mr̄ gaude: qz vt decet matrē dei te sup oēs āgelos et sanctos in celo exaltabo et ex meritis quiqꝫ vulnerū istoꝝ meoꝝ: quib9 summa cōpassione condoluisti facio tibi quinqꝫ gratias: iuxta quinqꝫ litteras nominis tui Maria: vt omnes inuocantes nomen tuum saluētur. Primo facio te matrem mie ⁊ gratie Secundo confirmo te adoptiuam matrez et auxiliatricem christianorum. vt confugiāt ad te oēs in oi necitate Mā ⁊ in cruce omnes fideles tibi in persona Johannis cōmendaui in filios vt tanꝫ mater procures salutē eoꝝ. Tertio facio te et cōfirmo reginaz angelorū et totius mūdi vt honorent te et obediāt tibi oia. Quarto dabo tibi imperādi iurisditionē sup oibus dcīs qꝫ volueris vt saluos quos vis. Quito vo

lo vt tu sis aduocata oīm peccātoꝝ et hominuz. Post hec xp̄s āplexans et osculās matrem vale fecit et recessit. Et nos ergo charissimi honorem9 matrē dñi sūma reuerētia: ⁊ rogem9 genibus flexis vt a xp̄o impetret nobis veniā ac gratiaz: et tandē gloriam. Amen.

¶Sermo.xxi. De eadē resurrectione christi.

¶Thema

Tu cognouisti sessionē meā: et resurrectionē meā Scribunt hec vba ps. cxxxviii. Uel istō surrexit dns vere. Luc. vlti. ca.

¶Prohemium

Charissimi Quamuis debeamus credere et nullaten9 dubitare xp̄m a mortuis resurrexisse. Nihilominus ad tollendaz infidelitatē et incredulitatem aliquoꝝ nephandissimorum hoim et ad nostraz cōfirmationem. Ex quo heri probauimus quaten9 fuit congruū et necessariū xp̄z a mortuis resurgere. Hodie vt clarior notitia habeatur: pro fidei augmētatione de veritate resurrectionis iesu xp̄i verba faciemus. In hodierno enim sermone plura q̄ in hesterno mirifica remanēt declaranda. Eleuate ergo. o xp̄icole corda vra et mēte eleuata cōsiderate: et videbitis qua via pbabit veritas resurrectionis dñi nr̄i iesu xp̄i.

Ad vandam igitur fidem alicui veritati tripliciter reperitur.

¶Prima dicitur ostensio sigilli autentici: quod patet i. c. scripta vero autentica. extra de fi. instru. Ubi Alex. iij. inquit. q̄ illa scripta sunt autentica et habent robur firmitatis: eisqꝫ adhibef fides: que sunt signata sigillo autētico. Sup qō. c. inquit. glo. Autenticum sigillum dicimus sigillū ep̄i cui creditur q̄diu contrarium non ostendatur. Sicut habef extra de proba. c. postcessionem et. xj. q. iij. c. eure.

¶Item sigillum capitul i dicitur autenticum. xxiij. dist. c. in nomine domini.

¶Item sigillum alicuius principis secularis cui creditur de consuetudine. vt habetur extra de fide instrumen. c. cum dilectus. et. xix. q. ij. c. statuimus hec glo. Si ergo litteris habentibus sigillum autenticum alicuius principis secularis. vel alicuius capli seu pontificis vel pape fides datur plenissima: profecto dabitur fides sigillo magnifico dñi nostri iesu xp̄i. qui est summe pontifex omniū pontificuz: dicente apostolo. ad hebreos. iij. ca. Habemus pontificez magnum qui penetrauit celos iesum christum. Et est rex regum ⁊ dominus dominātiuz. Apoc. xix. Ueritas ergo resurrectionis dñi nostri iesu christi qui est rex regum. ⁊c. probatur sigillo suo autentico non dico sigillo plūbeo vel aureo: sed sigillo mirifico suarum ciatricuz ⁊ sacrorum stigmatū que apparuerunt in manibus et pedibus et in latere eius post illius resurrectionē. Que quidam cicatrices fuerunt sufficiens argumentū q̄ illud erat corp9 verū ⁊ vinū. qō prius fuerat in cruce vulneratum. Et ideo ad ostēdendam veritatem sue resurrectionis ostēdit discipulis suis manus et latus. vt dicitur Joh. xx. ca. Et ibidem scriptū est. Gauisi sunt ergo discipuli. viso dño. Circa quod sciendum est scūm Alex. de ales in. iij. pte summe in tractatu. de resurrectione xp̄i. et. b. Tho. ibidem. q. liij. ar. iij. q̄ christꝰ resurrexit cum cicatricibus non soluz ad tempus demōstrandis: sed in corpore suo ineternum permanendis: propter quatuor rationes: quas habes in sermone de quinqꝫ plagis.

¶Secundo dico q̄ datur fides alicui veritati testium viridicorū affirmatione. vt habetur in. c. qñ contra falsam. extra de proba. In ore. n. duorum vel triū testium stat omne verbum. Deut. xix. Quo presuppositō. dico q̄ non soluz duorum vel trium testium affirmatione. sed multorū probatur veritas resurrectionis xp̄i iesu.

¶Primo testimoniū prophetarū Dauid

enim in ꝑsona xꝑi dixit ps. iij. Ego dormiui et somnū cepi et exurrexi qr dns suscepit me. In sacra eni' scriptura per dormitionem intelligitur mors. Ut hꝫ ad Gal. iiij. Itēps. xl. Loqꝫ in persona xꝑi dicens patri. Tu aūt dne miserere mei ⁊ resuscita me et retribuam eis: Et Esa. xi. ca. Uidens ꝓpheta resurrectionē xꝑi gliosaz. inquit. Erat radix iesse qui stat in signū populoz: ipz gētes deprecabunt: ⁊ erit sepulcrum ei⁹ gliosuz. Et sophonie. iij. vnicuq; secū resuscitando ex sctis patrib⁹ existētibus in lymbo/ait saluator. Expecta me in die resurrectionis mee. Usi Osee. vj. docebāt illi mortui qui debebant resurgere cuz xꝑo postꝙ intellexerūt ipm esse mortuū: confortantes se inuicez. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia sucitabit nos: qr. s. cum ipso resurgemus.

¶ Scdo probat. hec veritas testimonio ā geloz de quo hꝫ Mat. xxviij. vbi dr angelus aūt dni descēdit de celo: et accedēs reuoluit lapidē et sedebat sup eū. Erat aūt aspectus eius sicut fulgur: vestimenta ei⁹ alba sicut nix: pretimore aūt eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui dixitq; mulieribus. Nolite timere: scio. n. q Jesuz qui crucifix⁹ est q̄ritis: nō est hic surrexit sicut dixit vobis, venite et videte locū vbi posit⁹ erat dns. Marci quoq. xvj. dr q maria magdalene: et maria Jacobi ⁊ salome: valde mane vna sabbatoz. i. in hac die resurrectionis venerūt ad monumētū orto iā sole et dicebāt ad inuicez Quis reuoluet nobis lapidē ad ostio monumēti. et respicientes viderūt reuolutuz lapidē. s. a primo angelo. Et introeūtes viderūt iuuenē sedētez in dextris cooptū stola cādida et ostupuerūt qui dixit illis. Nolite expauescere Jesuz q̄ritis nazarenū: surrexit non est hic. Ecce loc⁹ vbi posuerūt eū: Sed ite dicite discipulis eius et petro. qr p̄cedet vos in galileā: ibi eū videbitis sicut dixit vobis. Triplici aūt de causa noluit. Petrū. Quarum vnā assignat Grego. di. Petrū vocauit ex noīe ne desperet ex negatione. Si eni noiatiz euz nō exprimeret qui magistrum negaturi venire inter discipulos non auderet. Indignuz enim se iudicabat discipulatu dū ter negauit magistrū. sed pcc̄ata non nocent que nō placēt. Scda causa est vt angelus sibi tanq̄ summo pōtifici honorem deferret. Si. n. quis pape ⁊ collegio cardinaliuz lras mitteret papaz noiatim exprimeret: cardinales vero in gñali proterret: Angelus igitur noiatim expressit petruz tanq̄ pontificē summū. discipulos aūt generaliter tanq̄ collegiū. Tertia causa est quia Petrus interpretatur agnoscens. q quod datur intelligi q illi xꝑm inueniunt qui deum ⁊ se veraciter agnoscūt. De apparitione quoq; angelica. habetur Joh: xx. c. vbi scriptum est q maria stabat sola ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monumentuz et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput et alium ad pedes vbi positū fuerat corpus iesu: qui dixerunt ei. Mulier quod ploras? Et istos duos angelos etiam viderunt alie marie. vt habet Luce. xxiiij. c. Cum ergo angeli beatinō possint nisi ꝙa testificari. ergo verissime tenēdum xꝑm resurrexisse. a mortuis vt testificati sunt predicti angeli.

¶ Tertio probat hec veritas testimonio apostolico siue sanctoz apostolorum qui christum resurrexisse probauerunt multis modis videndo/tangendo et comedēdo cum christo: et vsq; ad mortez pro hac veritate p̄dicanda se exposuerunt. Nā actum. x. c. Petrus loquēs iudeis de christo iquit. Hunc deus suscitauit tertia die cuius nos testes sum⁹ qui manducauim⁹ ⁊ bibim⁹ cū illo postꝙ surrexit a mortuis.

¶ Si autez queratur. Quid fiebat de illo cibo quez comedebat christus? Respondet Alex. de ales in. iij. p te summe: in trac. de resur. et. Tho. iij. pte te. q. liij. ar. vj. q christus vere comedebat post resurrectionez cū discipulis suis vt habetur Luce. xxiiij. et Joh. xxj. Sed cum corpus glorificatum nō indigeat refectione vt inquit. Aug. in lib. lxxxiij. questionum. ideo ille cibus virtute corporis glorificati resoluebatur in nihilum: sicut virtute solis aqua resoluitur in vaporem subtilem et consumitur. ⁊ sicut aqua missa in ignem annihilatur a calore ignis.

¶ Quarto probatur hec veritas testimo

niogentilico. Recitat eniz Aug. xviij. de ciuita. dei. ⁊ Lactantius in lib. diui. instit. aduersus gentes. q multe sibylle que fuerant ante aduentū christi de ipsius incarnatione multa dixerunt. De eius quoq; passione et resurrectione prophetauerūt quarū prophetias collectas recitat Aug. vbi. s. di. In manibus infidelium postea veniet: dabunt autem alapas deo manib⁹ incestis/et impuro ore/expuent venenatos sputus: dabunt vero ad verbera sanctum dorsum: et colaphos accipiens tacebit/ne quis agnoscat q verbum sit: vel vnde veniat vt inferis loquatur: et corona spinea coronetur. Uelum templi scindetur: et media die nox erit tenebrosa virtribus horis: et morte morietur. tribus diebus sono susceptis: ⁊ tūc ab inferis regres⁹ ad lucē veniet pri⁹ resurrectionis patro cinio renocatꝰ ostēso: hoc sibille dixerūt.

¶ Quinto probatur eadem veritas testimonio custodum positorum ad sepulcrum: qui vt habetur Matb. vlti. confessi sunt principibus sacerdotum omnia q facta fuerant. Et tale testimonium secūdum Chrysost. est validius. s. quia ab inimico datū. q postea tñ pecunia eis a sacerdotib⁹ data mētiti sunt dicētes. q discipuli xꝑi venerūt nocte et furati sunt ipsis dormientibus.

¶ Sexto probatur veritas resurrectiōis xꝑi testimonio sanctoz cū xꝑo resurgētiū: qui efficax testimoniū fecerūt de xꝑi resurrectione contra fictū mendatiū predictū: apparentes multis. Mat. xx. vij. Unde legitur q postꝙ Nicodem⁹ et Joseph xꝑm sepilierūt honorabiliter: iudei altero die querebāt contra illos consilia et Nicodemus intrepidus ostendit se eis. Cui dixerunt. Tu consensisti illi galileo. pars ergo tua secum erit. Ridit amē. Tunc et Joseph intrepide ait. Quare moti estis aduersuz me q iesum in sepulcro meo honorabilit sepulim. ego in hoc bene egi. vos aūt male fecistis eū crucifigēdo. Tunc principes sacerdotū et scribe icarcerauerūt Joseph in muro in quo nulla fenestra erat: signātes ostiuz et ponentes custodes vsq; dum transisset sabbatū. et tūc mane. s. diei dominice cōsiliati sunt quō Joseph interficerent. Interiz xꝑs resurgēs ipso die apparuit letus ipsi Joseph in carcere oranti et eū cōsolans osculat⁹ est: ac deinde salutis clausuris euz eduxit: et in domū suaz in arimathiam addurit. Sacerdotes aūt iusserunt illum ad cōciliū adduci: quo nō inuento in carcere et visis sigillis et clausuris intactis clauem anna et caypha habentibus exterriti sunt omnes. Cuz ergo de his altercarentur: ecce q̄dam de militib⁹ qui custodiebāt sepulchrū aduenerūt narrātes oīa que facta fuerāt sub hac forma. Nobis custodientib⁹ sepulchrū fact⁹ est terremotus magnus ⁊ angelus dni descendit de celo. cui⁹ aspect⁹ vt fulgur erat et reuoluit lapidē et sedit sup euz: et dixit mulieribus que venerant ad sepulcrū. Nolite timere scio eni q Jesuz nazarenū crucifixū queritis: surrexit nō est hic. Uenite et videte locū vbi positus erat: eūtes dicite discipulis q surrexit: et precedet in galileā sicut predixit vobis. Tunc iudei dixerūt que sunt iste mulieres et quare non tenuistis illas? Respōderūt que sint nescim⁹ nec tenere potuim⁹ q̄ p̄ timore angeli q̄si acrisia percussi ⁊ stupidi iacuim⁹ velut mortui. Dixerūt iudei. Nō credimus vobis. illi respōderūt. Multa miracula Jesum in vita facientē vidistis et non credidistis: quō ergo nobis credetis? Subdiderūt: Joseph eo q sepiliuit eum inclusistis in murū: et sine aptura cuasit: sic et ie sus euadere potuit. Propter talia iudei p timescētes. dederunt illis pecuniā vt mētirentur se dormisse et sic a discipulis furatum corpus. ⁊c. Tandē vno die cōgruo cum iaz magna fama de xꝑi resurrectione vera excreuisset: et milites aliqui confiterenꝫ et discipuli cōgregati principes iudeorum dixerunt. Quid faciemus cum tanta miracula audimus? Nicodem⁹ cōsurgens in medio eorum dixit. Ex scripturis scitis q Helias in paradisuz rapt⁹ requisitus est per viros ad id missos si posset inueniri. Et nos ergo mittemus viros qui de Jesu perscrutentur vbi esset. Placuit consilium et miserūt. Qui nunc̄ redeuntes dixerūt Jesuz nusq̄ inuenim⁹: sed Joseph inuenim⁹ in arimathia ciuitate sua Tunc miserunt epl'am salutantes eū pa-

tifice: ⁊ petentes vt dignaretur venire ad eos et veritatem aperire: Ille deus benedicens aduenit et honorifice susceperunt et interrogauerunt. quō liberatus fuerit. Et ille narrauit omnia quō xp̄s sibi apparuit. ⁊c. Mirātibus cunctis Joseph baddi dit. di. Miramini et bñ q audistis xp̄m resurrexisse: sed plus mirandum est q multos secum resuscitauit qui visi sunt a multis in hierusalē. Et dixit inter cetera. Sciens beatum Symeonem sacerdotem q̄ habuit duos filios Carinum et Leonciuz (q̄ oudū vt scitis) mortui fuerūt et nūc viuunt surgentes cum xp̄o. transite et videte eoz monumenta aperta: ⁊ ipsi nunc viuentes sunt armathiā hec audiētes Caiphas. Nicodemus: Joseph: Gamaliel et plures alij venerunt et sepulcra vacua vt dixerat Joseph inuenerunt. indicq̄ veniētes in armathiam illos orantes repperierunt osculāresq̄ cū omni honore perduxerunt in hierusalem et adiurauerūt in synagoga coram concilio clausis ianuis dātes legem in manibus illoz: vt per deum et legem adiurati dicerēt veritatē. Quis. s. suscitauerit eos et quō. Tunc illi in celum respicientes: et signo crucis linguas suas consignantes dixerunt. Date nobis attramentum et scribemus que vidimus et audiuimus. ⁊c. Quo dato scripserunt sic Jesus xp̄s quē vos crucifixistis ipse est rex viuorum et mortuorum resurrectio ipse nos de libo eduxit et suscitauit. Modum aūt eductionis illorū descripserunt quem in precedenti sermone prosecutus sum Addiderunt etiam scribentes quō xp̄s mādauit nobis esse inquīt in arimathia vsq̄ dum veniret hora in qua referremus sue maiestatis mysteria. Postq̄ aūt omnia conscripserunt. Carinus quod scripsit tradidit in manus anne et cayphe ac Gamalielis: sed Leoncius tradidit q̄ ipse scripsit in manus Nicodemi et Joseph. ⁊ ambo sunt subito tranffigurati et nō visi amplius. Scripture aūt eoz inuēte sūt equales: nihil magis aut min⁹ in vna litera q̄ in alia continen. Ad hec Nicodem⁹ Joseph et Gamaliel deum laudauerunt. Sed annas et Cayphas licet admirantes tunc: tamen ad malicism cordis obdurati dicere ceperunt q̄ mortuis non est credendum et sic perierunt in infidelitate.

¶ Probatur etiā veritas resurrectionis testimonio Pilati qui post resurrectionē xp̄i scripsit epistolam Tyberio imperatori. di. Super accidit quod ipse probauit iudeos se et suos posteros in crudelem dānationem per iniusticiam deiecisse. Nam cum promissum haberent q̄ illis de celo mitteretur sanctus sanctoruz qui eorum rex merito diceret. Ipsi cuz habuissent et vidisset eūcecos illuminasse: leprosos mūdasse: paraliticos curasse. demōes ab hoib⁹ fugasse: mortuos resuscitasse: dixerūt illū principes sacerdotum insidiantes ei magum esse: mihi autē tradiderunt alia prophetis mentientes contra legez eorū agere Ego autem credidi ita esse: et flagellatuz tradidi arbitrio eorū. At illi crucifixerūt eum. et eidez mortuo et sepulto custodes adhibuerūt. Ille vero militibus meis custodientib⁹ eū / die tertia resurrexit a mortuis: sed in tātum exarsit nequitia iudeoruz vt darent eis pecuniam dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte corpus eius rapuerūt. Veruntñ milites cū accepissēt pecuniam: id quod factum est tacere non potuerunt. nam ⁊ illum resurrexisse testati sunt: et se a iudeis pecuniam accepisse. Hoc autem ideo scripsi: ne aliquis aliter referens mentiatur et existimet credēdū esse mendatijs iudeorum.

¶ Septio ⁊ vltio p̄z veritas resurrectionis christi incredulorum. s. iudeorum punitione. Dz ppter incredulitatem et christi persecutionem dati sunt in captiuitatez Romanorum: et dispersionem opprobriosaz per mundū: sicut christ⁹ predixerat Luc. xix et sic eorum punitio est testimoniū veritatis fidei xp̄i a iusto deo. Nam si xp̄i persecutionem christi et discipulorum benefecissent et iuste debuisset foueri a deo taz spiritualiter q̄ temporaliter sicut semper fecit eis deus q̄diu tenuerunt fidē ebonā. Moraliter. Istis indeis magna pecunia mentibus mendacia sui erroris: similes sunt (heu heu proh dolor) nunc multi mali christiani: qui faciūt magnos sumptus et labores vt possint iusticiam penetrare vel aliena rapere: aut quecunq̄ peccata

perficere. Sed vbe genti peccatrici: filius sceleratis: qui tales peribunt cū iudeis. ⁊c.

¶ Tertio principaliter dico q̄ alicui veritati dat fides exhibitione actuum mirificoz. ex. de here. c. cū ex iniūcto. Unde vera miracula sunt sufficiēs testimoniū alicui⁹ vitatis. audiuim⁹. ex. de reli. ⁊ ve. san. Et hoc modō cōfirmat veritas iesu xp̄i. videlicet ex operibus miraculosis et stupendis. Et vt de ceteris taceamus.

¶ Primū miraculū fuit illud qd̄ habet. Mat. xxviij. Et ecce terremot⁹ factus est magn⁹: q̄ (vt inqt hiero. in q̄stionib⁹ ad veluidiā) nō est factus more solito: sed ita magnus vt concuteret omnia ⁊ eversionē terre minaretur.

¶ Scōm miraculū fuit ipsi⁹ xp̄i corporis reintegratio. Dz in passione fuerat totuz destructū ⁊ tā dire ⁊ crudeliter extēsuz ac p singulas iūcturas dissipatū vel diuīctū adeo vt dinumerari possent oia ossa. Fuit etiā ita p liuores iflictos deturpatū: q̄ nō erat ei aspectus neq̄ decor: ꝛ tanq̄ esset leprosi corpus. Fuitq̄ capillis ⁊ barbis dilaniatis deformatū. In resurrectione ergo fuit integre corpus reformatū p̄fecta reparatione: ita q̄ oia que ceciderant in sua passione in ei⁹ corpore sunt reformata sine diminutione.

¶ Tertiū miraculū fuit de sanguine xp̄i. Dz licet sanguis xp̄i effusus fuerit i terra bibit⁹ ⁊ pedibus cōculcat⁹ ⁊ multimode dispsus: tamē ab oi corruptione in triduo cōseruat⁹ fuit. Et postea angelico ministerio fuit recollect⁹. Nā vbi sufficit virtus angelica nō est necessaria vtus diuina imediate ⁊ totaliter ꝑm Aug. in⁹. de trinita. Propterea talem recollectionē sanguinis similiter etiā capilloz ac barbarū xp̄i dilaniatarū: fecit deus p angelos: quorum officiū est recolligere pulueres resurgendoz hoīm in fine mundi. Mat. xxiij. ca. O charissimi quid putamus cū quāta reuerentia ⁊ diligentia collegerūt angeli preciosum sanguinē xp̄i per quem hoies redempti sunt ⁊ angeli reparati cui⁹ stilla minima sufficisset ad delēda toti⁹ mūdi peccata. vt dicit Bernar. Itaq̄ contēplemur quomodo sanguinem xp̄i angeli summa reuerentia colligebant vbicunq̄ fuit dispersus nunc de terra nunc de cruce. modo de clauis ⁊ de lācea. et modo de colūna vbi flagellatus est: ⁊ de spinea corona. Et sic de alijs. Quādo igit sanguis xp̄i fuit recollectus per diuinā potentiam intra sepulchrū clausum introductus: qz cm̄ tunc oportuit duo corpora non gloriosa esse in eodē loco: ideo hoc est soli⁹ diuine potentie. vt patet. iij. senten. Denicq̄ ille sanguis fuit subito diuina vtute corpori remfusus. Nec videt sufficere vtus angelica ad hoc vt tam repente dispergeret ad singula mēbra ⁊ loca corporis. Statimq̄ aīa beata corpori fuit reunita. et sic corpus xp̄i mortuū fuit reuiuificatum: et nūq̄ morituū. iuxta illud ad Ro: vj. ca. Christus resurgēs iam non moritur.

¶ Quartum miraculū fuit ipsi⁹ xp̄i de sepulchro egressio sine apertione ipsius sepulchri. Nam licet dicat. Mat. xxvij. ca. q̄ descendēs angelus de celo reuoluit lapidē: hoc tñ non fecit vt xp̄s exire posset: ꝛ vt hoies videntes sepulchrū vacuū intelligere possent ipsum resurrexisse cū nō viderēt eū in sepulchro. vñ Beda in quodam sermone. inqt exponēs predicta vba Accedēs aūt angelus reuoluit lapidem: non vt egressuro dño ianua panderet: sed vt egressus illi⁹ iam fact⁹ hoibus ꝑberet indiciuz. Grego. quoq̄ in omel. pascha li inqt. Sicut in sua natiuitate exiuit xp̄s de vtero virginis clauso: ita in resurrectiōe exiuit nō aperto sepulchro. Amotio igit illa ⁊ revolutio lapidis facta fuit p angelum post xp̄m iam suscitatū. vt cēs doctores affirmāt. Hec est dubitandū q̄ angelus potuit et mouere terram et revoluere grandē lapidē. cū sit sentētia Aug. in. iij. de Trini. et scti Thom. in. j. parte. q. cx. et Nicolai de lyra super isto passu Matth. Q̄ q̄nis materia corporalis non obediat angelis ad nutum ꝛ soli deo quia omnis informatio materie vel est a deo imediate vel ab aliquo agēte corporali: non autē immediate ab angelo. Verūtamē omnia corpora obediunt angelis ad motū locale: qz natura corporalis nata est moueri imediate a natura spūali ꝑm locum. Vñ et philosophi posuerūt suprema corpora

moueri localiter a spūalibus substantijs.
¶ Quintū miraculū fuit custodū sepulchri pstratio. de qbus dicit. Mat. xxviij. ca. q facti sunt velut mortui. Et hoc prophetatū fuerat. ps. lxvij. vbi dicit pphetа Exurgat deus ⁊ dissipent inimici ei⁹: ⁊ fugiant q oderūt eum a facie eius.
¶ Sextum miraculū fuit aliox mortuox resurrectio. De quibus dicit. Mat. xxvij ca. Multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerūt cū eo et intrauerūt in sanctam ciuitatē ⁊ apparuerūt multis. vt supra dictū est in sexto testimonio. Et quibus oibus apparet veritas resurrectiōis dñi nostri iesu xpi. Dergo charissimi gaudeamus cum christo ⁊ laudemus deū dicentes Alleluya. Accedamus itaq ⁊ mēte videam⁹ christū suscitatū ac si presentē et osculemur ei⁹ vulnera/cantātes. Christe resurrexisti: exemplū dedisti vt nos resurgamus et tecum viuamus. Resurgamus inquā de culpa per penitentiam. Dchristi Jesu immēsa benignitas et charitas qua sic nos instruit per oia necessaria ad salutem in sua humilitate/patiētia/⁊ pietate. Et tu o infelix. o obstinate peccator. qd dormitas in peccatis? Quare non conuerteris ad dñm deū tuū? Quare non pperas corde cōtrito videre xpm Jesum gloriose resuscitatū? Exurge miser ne pcas: et obserua mandata. vt cum christo regnas in eternum.

Sed o mi auditor vt diffusi⁹ ⁊ amplius modo loquamur de ipsa resurrectiōe christi declarande sunt adhuc q̄plurime pulchre questiones pro animax salute ⁊ fidei confirmatione. Quibus declaratis modo cōtēplatiuo prosequemur alias consolationes que fuerunt in resurrectione christi.

¶ Prima igitur q̄stio est hec. Quare christus noluit resurgere patenter coram hominib⁹ mortalibus sicut passus est publice coꝝ omnib⁹: ⁊ etiam ascendit videntibus discipulis? Respōdet ꝑm Tho. iij. parte. q. lv. q ideo q: ea q̄ pertinēt ad futurā gliaz celestem: talia bona et tam maxima sunt q̄ oculus nō vidit nec i cor hominis ascēdit. vt dicit Esa. lxiij. et. j. Cor. ij. c. Unde ab hoie mortali cognosci nō possunt nisi q̄tum a deo reuelant aliquib⁹ per angelos vel per spiritū sanctū. Et q: xps resurrexit ad illam gloriā excedentē cōmunem hominū cognitionē. Ideo nō licuit videri a mortalib⁹ xpi resurrectio actu: sed debuit reuelari per angelos et tandem per apostolos ⁊ discipulos: quib⁹ post resurrectionem xps se manifestauit. Sed quia passio que facta est in corpore mortali cōmuni lege nota est omnib⁹ mortalibus: ideo fieri debuit publice coram omni populo. Similiter ascensio quo ad terminū a quo ꝑm q̄ a terra eleuabat in celū erat nota cōmuni lege/licet quo ad terminux ad quē. s. quomodo reciperet in celū esset trāscendēs hoim cognitionē cōmunem. Ideo quo ad primū erat nota discipulis tanq̄ testib⁹ preordinatis a deo licet esset occulta quo ad secundū. Dergo peccatorx munda oculos cordis vt possis in celo videre christum.

¶ Secunda questio est ꝑpt dictū euangeliste. Marci vlti. c. di. Emerūt aromata vt veniētes vngerēt Jesum. Et alibi dr. Cū preparassent aromata venerūt ad monumentū. Querit igit. Quare venerunt et qñ/⁊ ad quid venerunt?
¶ Quo ad primū punctū. Rndeo. q mote fuerūt vt venirēt ⁊ vngerēt corpus iesu ex pietate ⁊ benuolentia qua ad xpm affi ciebant. Maria nāq magdalena multa suscepserat a xpo beneficia. Ab ipsa eiecerat septē demonia. Sororē suā Marthā a fluxu sanguinis liberauerat. Fratrē sūm Lazarux quatriduanū suscitauerat. eāq̄ semp dulciter excusauerat tam apud phariseum q̄ dicebat ipsam imundā: q̄ apud sororē q̄ dicebat eā ociosam: q̄ apud Judam qui eam ꝑdigā appellabat. Maria autem iacobi minoris mater: ⁊ Maria salome. s. filia/xpm tanq̄ nepotē tenerrime diligebāt. Mā Anna tres habuit viros. s. Joachim: Cleophā: et Salome: ⁊ de istis trib⁹ virj habuit tres marias: q̄s duxerūt tres viri. s. Joseph: Alpheus: ⁊ zebedeus: Maria que nupsit toseph peperit christū virgo immaculata quem de spiritusctō

concepit. Maria que nupsit Alpheo habuit quattuor filios. s. Joseph iustū: Jacobum minorē: Simonem et Judā. Maria vxor zebedei duos habuit filios: Jacobū maiorē ⁊ Johānē euāgelistā. Iste ergo mulieres nō leuitate ducte sz amore sctō deuicte emerūt aromata vt veniētes vngerēt corp⁹ illud q̄ i sepulchro exaie iam reliq̄rat. Quātuz autē adhoc cōmendari merito debēt. qm̄ virtuosam amicitiā ad xpm se habere mōstrarūt. Pauci quippe sunt qui amicuz diligūt in vita cum vt in pluribus accidat verificari illud Ouidij dictū. lib. ij. de ponto. Vulgus amicitias vtilitate ꝑbat. Pauciores inueniūtur q̄ amicos diligūt in morte. Quinimo ꝙpe filij parentib⁹ aduersant. vxores viris: ⁊ viri vxorib⁹ dum salutem ipediunt morientiū aut negligēter illā ꝓcurant. Pauciissimi vo reperiri possunt q̄ diligāt post mortē. Quare q̄libet mortuus dicere pōt illud. ps. Obliuioni dat⁹ sum tanq̄ mortuus a corde. Iste aūt mulieres pstantissime xpm dilexerūt in vita: q: seq̄bant eum ꝑdicātem. vt p⁹. Luce. viij. c. Dilexerūt i morte q: sociauerūt eū in cruce pendentē vñ Joh. xix. c. dr. Stabāt aūt iuxta crucē iesu mater ei⁹ ⁊ soror matris ei⁹ maria cleophe: ⁊ maria magdalene. Dilexerūt insup post mortē: ideo vnguēta parauerūt ⁊ ad sepulchrū dñi ꝓperauerūt. Dubitat Cur q̄rebāt mulieres dñm in sepulchro q̄ totiens ꝑdixerat se resurrecturū? Rn. q q: ea⁹ fidē seua passiōis ꝓcella turbauerat.
¶ Sed pleriq̄ q̄runt. Cur ⁊go sacratissima que prę ceteris xpm dilexit nō visitauit sepulchrū filij cū his trib⁹ mulierib⁹? Ad q̄ respōdem⁹ q hoc potuit esse dupli ci de causa. Prima est q: in parasceue et sabbato tantū fleuerat q̄ pie numia debilitate subsistere nō valebat. Uñ ꝑm Bern. Dportuit q de loco passiōis iter man⁹ discipulox tanq̄ seminua ad domū ꝓpriā deferrēt. Scda causa ⁊ ꝓcipua fuit q: ipsa sciebat filiū die tertia rusurrecturū. Mā si de sua resurrectiōe discipulos crebro fecerat certiores q̄to magis de illa cū sua dignissima matre ꝓsepe cōtulerat. Jccirco pstolabat illū auidissima i loco oꝝonis. ⁊ forte illa hora q̄ mulieres ciuitatē exierūt filiū viderat vel colloq̄batur cum eo.
¶ Noto vlteriꝰ q̄ in diuinis processio capitur tripliciter. Uno modo actiue: et sic cōpetit patri ⁊ filio: qui producunt spiritumsanctū. Uerum est tñ q̄ verius dicif eorum quilibet producens. Nam processioni in actiua significatione nō est nomē impositum proprie. Secundo modo dicitur processio vt cōuenit filio ⁊ spiritui sancto: ita q̄ quilibet eorum dicatur procedere. Jta dicit Aug. v. de trini. c. xvij. Spūs sanctus procedit nō quomodo natus: sed quomodo datus. Innuitur ex hoc aliam esse processionez nature. Tertio modo dicitur processio proprie/ vt appropriatur spiritui sancto: sicut generatio passiua filio. Sic loquitur Athanasius in suo symbolo. Spirit⁹sanctus a patre et filio: nō factus nec creatus: nec genit⁹: sed procedēs.

¶ Nota etiam q̄ triplici ratione productio passiua spiritui sancto attribuitur. Prima ratio sumitur ex. j. topicoz. Proprium enim scōm philosophū: est cōmune nomen ad significandum ⁊ diffinitionem et propriam passionem. Tamē quia diffinitio habet proprium nomen quo significetur per propriuz. Propria passio intelligitur sic: quia passiua generatio proprie repzesentat filium: qui tamen procedit. Ideo processio spiritui sancto appropriatur. Secunda ratio vt propria processio speciali nomine significetur: sicut est productio spūssancti. Jn nulla enim creatura fit productio per voluntatē in natura eadē: solum in deo reperta est. ideo nō dicitur gignitio/sed processio. Tertia ratio. sicut pater proprie dicitur ingenitus: quia nec gignitur/nec est a generante: sic spūssanctus dicitur procedere: quia procedit/⁊ est a procedēte. Ideo magis proprie sibi cōpetit p̄cessio q̄ filio. Licet. n. filius procedat: non tñ est a procedente. Et hec de tertio termino.

¶ Quartus terminus est voluntas. Et vr tripliciter. Primo modo pro potentia distincta contra intellectum. Et isto modo dicit Ansel. Voluntas est instrumētū seipsum movens. Secūdo modo dicitur voluntas actus volendi seu volitio. Unī Aug. j. retractationū. c. iij. ait. Nihil est tam in potestate volūtatis q̄ ipsa voluntas. i. volitio. Tertio modo dicitur volūtas simul ipsa potentia ⁊ actus. sic accipitur a. b. Aug. in. x. de trini. quando ponit voluntatē tertiam imaginis partem. Debet. n. capi ibi voluntas p ipsa potentia cuz actu. Et vr voluntas a volito. tas. qr sicut res quasi ad aīam veniūt qñ intelliguntur: sic aīa quasi ad res volitat quando diligūtur. vnde est illud. Anima veriꝰ est vbi amat/q̄ vbi animat. Ibis visis.

¶ Respōdeo ad dubiuz: ⁊ dico quattuor cōclusiones esse declarandas. Prima est hec. Spūssanctus per actū volūtatis producitur. Secūda. productio paraclyti licet a libero principio p̄cedat: summa tñ necessitate completur. Tertia est hec. Pater ingenitꝰ optimū paraclytū a se p̄fecte producit. Quarta. ingenitus pater et genitus filius beatissimū spm̄ cōcordi p̄ducunt voluntate. Addo et quintaz/q̄ est hec. Et si a solo patre diuinus proceederet paraclytꝰ adhuc a filio esset distinctus.

¶ Prima igitur conclusio probatur per Aug. xv. de trini. dicentem. Spūsctūs p c edita pf̄e ⁊ filio nō quomō natꝰ: sz quomō datꝰ. Sed exire p modū doni est exire p actū voluntatis. ergo. ⁊c. Preterea. sicut se hz intellectꝰ ad generationē filij. ita volūtas ad p̄ductionē spūssancti. sed generatio filij est p actū intellectꝰ. ergo p̄du-

ctio spiritussci est per actum voluntatis.

¶Secūda conclusio q̄ productio spiritussancti sit necessaria: pbo quia summe perfecto conuenit nobilissima productio: sed productio spiritussci est nobilissima ergo.ꝛc. ¶Preterea:necesse esse si producitur necessario producitur: Sed spiritussctus est necesse esse:ergo necessario producitur Notandum autem q̄ illa necessitas nō ē coactionis:sed est naturalis determinationis. vel scōm aliquos:req̄site pfectiōis: sicut expositz est in dubio precedenti.

¶Sed ad hoc remanet dubium. Quō ista necessitas stet cū libertate. ¶Ponit enim volūtas diuina summe libera et cōtingēs? Ad hoc rñdet quadruplicit. Unus dicit q̄ volūtas pōt cōsiderari dupl'r. Uno mō vt natura ꝛ sic producit de necessitate. Alio mō inq̄tum libera est. et sic producit contingenter. et sic nō est principiū spūssancti. Alius dicit q̄ licet sit necessitas vt actus tēdit in obiectuz suuz:tñ nō est necessitas vt actus elicitur a potentia: Ali9 dicit q̄ voluntas vt elicit actū ibi libertas. vt aūt se terminat vl'firmat in actū sic est ibi necessitas. Alius aūt qui est Sco. dicit q̄ ibi est libertas et necessitas. quia sicut natura habet suā propriā necessitatē et suam cōtigentiam inq̄tum pōt deficere. Ita libertas bz suaz necessitatem et suam cōtingentiam. Qui potest capere capiat. Sicut dicit ipsemet in sua reportatiōe. Nā necessitas natural' nō stat cū libertate. sed necessitas volūtatis bene stat cum libertate.

¶Tertia cōclusio q̄ pater ingenitus. ꝛc. ¶Probat' ista cōclusio medio docto. subti. Ubicūq; seu in quocūq; est principiū productiuū nō habēs terminū adequatū sine imperfectione illud habens eo potest producere:sed pater in primo signo.s.a se huiusmodi habet principiū s.voluntatē que est principium productiuum spiritussancti. Igitur pater a se spiritūsctū producit Maior patet. Nihil enim aliud exigitur ad hoc q̄ aliquis aliquo producat principio/nisi q̄ illud habeat principiū a se sine transmutatione:et q̄ nō habeat terminū adequatū:q; licet habeat eandem voluntatem spūsctūs quā habet pater:tamē q; preintelligitur terminū habere adequatū Ideo illa nequit spirare. Minor probat. Pater enim primo signo originis intelligitur beatus:non intellecto filio/aut spū sancto.et tamē beatitudo cōsistit in intellectu ꝛ volitione. que est opatio volūtatz.

¶Sed occurrit dubium. Cum diuina essentia in filio iā habeat terminū adequatum. Quō potest iterū esse principium productiuū paracliti. Cum videam? q̄ intellectus diuinus post productionē filij non producat? Dico q̄ diuina essentia est illimitata ad productionē tam naturalem q̄ liberam. Ideo in ambas potest. non sic intellectus diuinus:immo solū ad productionē naturalem. Ideo non est simile. Pater igitur habet terminū adequatū in filio q̄tum ad productionem naturalē:non quo ad liberam.

¶Quarta conclusio. Pater ingenitus/ et genitus filius/beatissimuz spiritum cōcordi producūt voluntate. ¶Probatur eadem maiore sicut tertia supradicta. Quādo in aliquibus supposit; reperit aliquod principiū productiuū sine imperfectione non habens terminū adequatum suppositā illud habentia principiuz eo possunt producere. Sed pater et filius sunt huiusmodi:quia hñt voluntatē fecundā et non habentē terminū adequatū. et ita possunt producere spititumsanctum. Maior eni probata est. Sed minor declarat. ¶Pf eni in primo signo habet intellectū et voluntatē et scōm q̄ potentie sunt ordinate: ita in productiones suas exeunt. Cū igitur intellectus natura precedat volūtatē:ita primo intellectu pater producit filium:et eū producendo sibi cōmunicat voluntatem fecundam que nondū habebat terminuz adequatum:et per consequens ea/ambo producūt spūsanctum. Et est exemplum familiare. Ignis enim duo habet opa.s. calefacere et deficcare:nec potest deficcare nisi prius calefaceret.detur q̄ ligno cōmunicet eandem virtutem numero. vide licet deficcatiuaz quam habet mediante calore anteq̄ deficcet:tunc lignum eadez virtute qua ignis/deficcabit. Sic in proposito. Et nota q̄ pater et filius nectunt spiritu sancto sicut in cōmuni producto:

nō tñ habent cōmune productum inquātū distincta sed inquantū vnū et producūt vna ratione agendi simpliciter.

¶Ex quo infertur error manifestus grecorum: qui contra determinationē sacre ecclie tenent spūsctūm a solo patre procedere:auctoritatib9 male itellectis sanctorum adherentiū ꝛ rōnibus invalidis. vt patet in Scoto dist.xj.q.j.ar.j. et.iij. primi sen. Dz aūt spūssanctus procedat a filio probatur etiam sic. Eadē est potentia in patre ꝛ filio: sed nō esset eadē potentia in eis si filius nō produceret spūsctūm/ sicut et pater. Ergo.ꝛc.

¶Sed remanet magna difficultas. Uidetur.n.impossibile Si pater in primo signo sicut dicit tertia cōclusio producit spiritum sanctū q̄ filius post in secūdo signo eum producat:cum iū productum produci ne queat? Respōdeo q̄ qñ sunt duo producentia diuersis principijs ꝛ productionib9 producentia vñ currit difficultas. tūc.n. impossibile est q̄ producatur secundo qđ productū est primo. Sed qñ sunt duo producētia eodem principio ꝛ eadē productione producētia, tūc ertat bene possibile. Sic est in ꝓposito. Nam eadē volūtas est in patre ꝛ filio que est principium productiuū ꝛ eadē spiratio. Licet.n. sint duo producentia tñ nō producunt spūm.s.inquātum duo:sed inquantū vnū principiū. Et est exemplū clarū. Illa.n.opatio que modo ab aia separata elicitur post ꝓiunctionem cū cozpore a toto elicietur cōposito nulla facta variatione in operatiōe. Sic illa eadē spiratione qua pater in primo signo:qz a se spirat spūsctūm/ spirat in secūdo quia ab alio:filius.

¶Et si aliquis dicat. Quomodo possūt pf ꝛ filio? producere spiritūsctūm vt vnū principiū.cū pf producat a se: ꝛ filius ab alio? Dico q̄ in ista productiōe pūt pater et filio? tripl'r considerari. Aut quantū ad voluntatē fecundā ꝛ spirationem actiuā. ꝛ sic: vt vnū producūt: qz eandē voluntatē ꝛ spirationē habent. Aut secōo quantū ad productū. ꝛ sic idem producunt:qz spūsctm. Aut tertio in modo habendi. et sic distinguntur:qz pater a se/et filio? ab alio. Sed hoc nō facit varietatē in vnitate pricipij:sz i modo habēdi. ideo non valet.

¶Et nota q̄ pf nō spirat spūsctūm inq̄tum diligit filiū/primo: nec filio? inquātū diligit patrē:sz inquantū pf et filio? habēt essentiā diuinā presentē vt obiectū volūtatis sue. Simil'r spirant inquantū habēt essentiā psentē nō quantū amatā actu:sz inquantū amabilē presentatā actu itelligētie eoz. Et nota etiā q̄ nō ē ordo originis inter spirationē pfis et filij:sz est ordo spirantiū in spirādo. Et hec sufficiāt pro quarta conclusione.

¶Quinta ꝛ vltima cōclusio erat. Et si a solo pfe diuinus pcederet paraclyt9: adhuc a filio esset distinct9. pbatur cōclusio. Omne qđ est principiū essendi est principium distinguendi: sed dato q̄ spūsctūs non procederet a filio: adhuc filius filiatione esset filius:et spiritussanctus spiratione passiua/spiritus.ergo eis distingueretur. Cōfirmatur conclusio:quia quorū productiones sunt distincte:ꝛ producta sunt distincta. Sed dato q̄ filius nō produceret spūsctūm: adhuc alia productione produceretur filius/alia spūssanctus:quia filius modo naturali:spūssanct9 modo voluntatis sm Augustī:Igitur adhuc distingueretur. Probatur assumptū. Quia impossibile est vnum ꝛ idem produci duabus productionibus totalibus. Preterea probat' sic. Si spiritussanct9 procederet a filio ꝛ non a patre:adhuc distingueretur a patre realiter:qz si detur oppositum/cuz spiritussanctus sit productus a filio pater esset a filio. Ergo similiter:si procederet a solo patre et non a filio adhuc distingueretur a filio realiter. Et ideo notandum est q̄ aliqua possunt distingui realiter:vel per relationes oppositas: vel per relationes disperatas. Et tunc facta ꝓthesi. scilicet. q̄ spiritussanctus non procederet a filio licet non distingueretur p relationes oppositas:distinguerentur tamen realiter per relationes disperatas.

¶Sed insurgit dubium. Utrum eadem numero esset spiratio actiua q̄ modo ē si a solo pfe spūssctūs pcederet? Dico q̄ nō. Nā ista est cōicabilis duab9 psonis. s. pfi ꝛ filio. Alia aūt esset propria patri.

¶ Aliquis posset querere. Quare nō concedit ista. Sunt tres eterni: sicut duo spirātes: cū tā spirās q̄ eternus sint noīa adiectiua? Rñ. Dr noīa diuina subiectine sumpta significantia essentiā nō dicunk in plurali sicut non dr tres dū. Sic est de hoc noīe etern9. Ideo dico q̄ nō est sīle de hoc noīe spirās: et hoc noīe etern9. Quia eternus significat modū intrinsecū oīm diuinor. Spirās vero formalit significat spirationē que est quasi quoddā notionale. Et hec sufficiāt pro quarto dubio.

¶ Quitū dubiū declarādū est. Utrū in aliquo nature signo prior sit verbi gignitio productione paracliti? Primo maiori intelligētia ꝛ declaratione ipius dubij declarādi sunt tres termini.

¶ Primus igit terminus est signū. Signū dr triplicit. Unomō dr signū quoddā ens rōnis: siue quedā scīa intētio: quo/seu q̄/aliq̄d extra repsentat. Et isto mō actus habit9/et spēs/et ceteri aīe conceptus dicuntur signa: qr res extra signāt. Et isto mō gña et spēs dicunk esse rerū signa inq̄tū in vno cōceptu mētali plura significātur: vt in cōceptu homo/oēs hoies: ꝛ sic d aliis. Secdo modo dr signū qd a pte rei fundatur. et isto mō dicit aliq̄d qd natum est aliud repñtare/seu respectū repsētatiōis fundare. Isto mō dicunk aliqua signa inque natus est esse ordo: q̄uis actu nō fundent illū respectū. Et isto mō dicit Hugo in lib. de sacramētis in sentētia. q̄ aqua ē signū baptismale. Et istomō omnes res que nate sunt in aliud ducere/seu in alterius cognitionem dicuntur signum. Tertio dicitur signū pro ipso respectu fundato in repsentatiuo seu rebus ordinabilib9 Et sic non semp dicit respectū fundamētalem/seu actualē: sed aliqñ sic. s. actualē aliqñ solū fundamētalem: qñ non oritur in actu nisi mediāte intellectu qui nō semper intelligit nisi recurreretur ad intellectum: semper intelligentem cuiusmodi ē intellectus diuinus: vel alicuius intelligentie. Sed hoc tunc nō esset ex pte rei repsentātis sz ex pte rei cōcipiētis seu signū.

¶ Ex his duobus vltimis modis solet in diuinis triplex poni signum. s. nature perfectionis. et originis: et ordo fundatus eō sequēter inter ista signa. Est igit primo in diuinis signū nature: et vocak ordo nature in deo: nō q̄ sint plures nature in deo. sz q̄ in eadē natura: hoc est in primo signo illius nature. hoc in scdo. Sicut isto modo prior est intellectus q̄ volūtas et ordo positus inter hoc primū signū et istud scdm vocatur ordo nature. Secūdus signū vocatur originis/ꝛ ordo cōsequēs. Dicto q̄ppe originis est inter pducentē psonā et pductā: Nam producēs persona dr in primo signo originis eē: quia a se: et pducta in se cūdo: qr ab alio: ita q̄ esse a se ꝛ ab alio sūt signa originis: et relatio primi ad scdz/dr ordo originis. Tertiū signū vocak signū perfectionis: et est dū vnū dicit pfectionē formalr: reliquū non. et reperik inter essētialia et notionalia. Nam essentialia oīa dicūt perfectionē simpliciter: non notionalia. Nā si paternitas dicit pfectionem simpliciter aliqua esset perfectio in pfe q̄ non in filio. Ita q̄ primū signū dicik in eo quod dicit pfectionē simplr: scdz in eo qd nō dicit. Et ordo hinc ort9 dicik ordo pfectionis. In diuinis eni aliqua dicūt perfectionē et a se: et in se: sicut deitas. Alia in se: sed non a se sicut attributa. tertia nec a se: nec ex se: formalr q̄uis bene identice sint relationes.

¶ Secundus terminus est prior a priorita:te. Prioritas est q̄dam respectus positiuus. Unde prioritas a cōpatiuo descendit hui9 cōparationis pridez/prior/prim9. Et ita dimissis varijs acceptionib9 prioritatis in postpñtis. et. v. Metaph. Dico q̄ sicut primū reperitur in diuinis sic pri9. Ubi in diuinis est prius natura: prius perfectione modo exposito: et prius origine. Sed nota q̄ prioritas originis nihil aliud est nisi a quo aliud: et ipsuz a nullo: sicut filius a patre/et pater a nemine. Et fundak talis prioritas in his que dicuntur hac prioza sicut similitudo in his que dicuntur silia.

¶ Tertius terminus declarandus est pductio. Productio dicitur triplicit. Uno modo dicitur productio quasi procul ductio. Et isto modo dicitur q̄ sol producit radios: quia procul ducit. s. vsq; ad terrā. Secundo modo dicitur productio quasi

propter ductio. Et istomō producuntur creature a deo. Unde Sap. Dia propter se ipm opatus est altissimus. Tertio dicitur productio quasi prope idē ductio. Et isto modo est ꝓprie in diuinis: vbi producens et productū sunt eiusdez essentie licet differant realiter. Unde ista tria ex parte dei ita se habēt p ordinē. Opatio/productio/creatio. Omne eni quod creatur producitur: sed non ecōtra. Unde spirit9 producitur: sed nō creatur. Naz creatura semper differt in essentia a creatore. Omne enim quod producitur operatur: sed non econtra. Intellectio enim dei et volitio sunt opationes: non tamē producunk. Productū. eni semper differt a producēte realiter: nō sic intellectio a patre intelligente nec volitio a patre volente.

¶ His declaratis pono tres cōclusiones responsiuas ad dubium prepositum.

¶ Prima est hec. Nō differt verbi gignitio a ꝓcessione flammis: qr prima ab vno sit producēte: sed scda a duobus. Probatur ista conclusio sic medio dicto. subti. Quandocūq; alique due ꝓductiones ita se habent q̄ vna est libera: alia naturalis nō differt naturalis a libera: quia naturalis sit sub vno producente/sz libera a duobus. Sed ita se habent productio verbi ꝛ productio spūssancti. Igitur non differūt per hoc. Maior patet exemplo. Eadē. n. albedo sicut naturalit immutat visuz q̄ñ est in vno supposito: ita pariformiter immutaret naturaliter si esset in duobus per impossibile seu possibile. Et ita ad propositum. essentia diuina eque naturalit agit in vno diuino supposito sicut in duob9: et in duobus/sicut in vno. Sed minor probatur auctoritate. Aug. xv. de trini. Spiritussanctus procedit nō quomodo nat9 sed quō dat9. Cōfirmatur ratio quia isto modo non daremus statum in personis diuinis. Diceremus eni q̄ quarta differret a tribus psonis quia ꝓcederet a tribus personis nō alie: quinta differret a quarta: qr a quatruor ꝓcederet et sic de alijs.

¶ Et si aliquis diceret oppositū. s. q̄ iste ꝓductiones distinguūtur: quia ab eodem (vt dictum est) habet esse res ꝛ distingui

Ex quo igitur habēt sic esse iste productiones. aut ab vno. aut a duob9 videbet etiaz q̄ distinguantur? Dicendū q̄ istas ꝓductiones distingui/potest capi tripliciter. Unomō formalit: et sic scipsis distinguūtur. sicut rationale rōnalitate est rōnale: et quelibet res seipsa formaliter est talis. et sic loquitur Aug. in. xv. de trini. ca. xv. Uidebis quō: aut q̄uz distat natiuitas ꝙ bi a ꝓcessione spiritussancti. ꝛc. Secundo modo principiatiue: ꝛ sic distinguit intellectus a volūtate: qr volūtas est principiū spirationis: et intellect9 gignitionis. Tertio mō distinguuntur quasi ex signo. et sic distinguuntur ex ꝓductionibus: qr signū est ex quo solus deus pater producit filiū: qr agit per modum intellectus: quia intellectus est primū principiū productiuum ꝛ ex quo pater et filius producunt spūssctū quia agunt per modum voluntatis q̄ cōmunicatur filio a patre dum gignitur: q̄ he productiones distinguūtur: q̄uis etiaz possint dici principia distinctionis haruz productionuz: non tamen quo sed quod: seu non primum: sed secundum.

¶ Secunda conclusio hec est. Ex terminis seu formalibus/seu totalibus nō differūt sacra gignitio atq; processio. Probatur conclusio. q̄ non per terminos formales. Nā essentia diuina vna indiuisa: est terminus formalis tam generationis q̄ processiōis. vt innuit Augusti. contra maximuz. Sed probatur q̄ non per terminos totales. s. per filium ꝛ spiritumsanctum. Arguo sic. Nullus prius distinguitur per suum posterius: sed generatio actiua et spiratio/p̄cedunt origine filium et spiritumsanctū. Ergo non distinguntur per eos. Maior patet: quia res sicut se habet ad esse: sic ad distingui: eniz distinctio veniat ex esse rei. prius autem non capit esse per posterius. Sed minor declaratur. Quia quicquid ē prius prior ē: est pri9 posteriore: generatio autem actiua est prior passiua generatiōe cum sit a se: alia ab alio. genratio vero passiua prior filio sicut cōstituens constituto Ergo. ꝛc. Idem arguo de spiratione actiua respectu spiritussancti.

¶ Et si queratur. Quot sunt termini in qualibet harum productionum? Dico q̄

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres. Primus terminus dicit formalis: et est essentia diuina: q̄ sicut in creatis principalior pars compositi est forma. sic in diuinis psonis / principalius in psona est diuina essentia. Secūdus termin⁹ est quasi differētia īdiuidualis. in hoc tamē differt q̄ in creaturis differētia individualis determinat naturam et contrahit: vt sortetas humanitatē. non sic in diuinis. Unde paternitas ſm Damascē. nō determinat essentiā diuinam: sed personam. Tertius dicitur totalis sicut totum compositum in creaturis. sic psona in diuinis est cōstituta ex diuina essentia que est termin⁹ formalis: et sua relatiōe q̄ se habet ad modū differentie individualis.

¶ Tertia conclusio est hec. ex distinctis principijs verbi gignitio saeri flaminis p ductione precedit. Probatur ista cōclusio. Nam principia ita producunt / secundum q̄ ordinant: nisi impedimentū aliū de eueniat. Quod dico ꝓpter creaturas: quia licet forma substātialis prior sit forma accidētali: tamen nō operatur ante formam accidētalem: sed hoc est propter forme substantialis imperfectionem que anteq̄ introducat suum productū requirit trāsmutationē et alteratio que fit forma accidentalis: sed in diuinis est intellectus et voluntas que sunt principia productiua et sine imperfectione: et intellectus precedit voluntatem: quia teste August. nihil volitū nisi precognitum. Igitur et gignitio et spiratio sic se habebunt q̄ gignitio precedit spirationem.

¶ Et si obijcitur: quia videtur q̄ spiratio actiua precedit gignitionem actiuam. et ita generatio passiua generationem passiuam: q; cōmunior sunt priora ſm naturam. ſm Aristo. in postp̄dicamētis. spiratio autem actiua est communior gignitione actiua quia est cōmunis patri et filio. gignitio vero actiua est propria patri. Respons. docto. subti. dist. vij. primi sentēn. q̄ esse cōmunne potest capi dupliciter. Uel quiditative: et sic est verum q̄ cōmuniora sunt priora: sicut aial q̄ homo. Uel solū cōsecutiue per modū cōsequētie sic est bona cōsequentia. Ignis. igitur calidus: et non econtra. et sic non est verū. q̄uis em̄ ad ignem sequatur calidum esse et non econtra: tamen calidum esse non est prius igne. immo ecōtra. cum ignis sit causa eius. Ita in proposito. Spiratio em̄ actiua non est de esse quiditatiuo patris / aut filij / sed quasi aduentitia. Ideo non seq̄tur q̄ sit prior gignitione actiua: immo posterior.

¶ Sed restat vna difficultas: Quomodo ex distinctis principijs formaliter possunt progredi productiōes distincte realiter? Dico q̄ triplex est ratio.

¶ Prima radicalis. ſ. diuina essentia: q̄ quia infinita est de se cōmunicabilis idētate numerali tamen essentie.

¶ Secunda ratio est: quia distincta principia pfectissima habentia oppositos modos principiandi non possunt eiusdē esse principium productiuum.

¶ Tertia ratio. suppositalis ratio ex illis principijs: quia impossibile est idem seipsum producere: et ita ex illis principijs arguimus distinctionē et ordinem in personis et productionib⁹: q̄uis hoc habeat a diuina essentia. Et sic patet ad dubium q̄ videlicet in aliquo nature signo prior est verbi gignitio productione paracliti.

¶ Sextum et vltimum dubium declarandum est istud. Cum pater generat filiū: et ex patre et filio procedat spiritussanctus. Quomodo est possibile q̄ filius sit coeternus patri: et spiritussanctus sit coeternus patri et filio. Cum generans naturaliter precedat tempore generatū: et causa effectum suum? Respondeo q̄ omne producens per naturam a se sine transmutatione et sine dependentia necessario habet p ductum sibi coeuum: et consubstantiale: sed pater in diuinis est huiusmodi. Ergo ꝛc. Maior patet. Q̄ enim producens nō habeat productum sibi coeuum prouenit ex vna trium conditionum quarum opposite posite sunt in maiori. Aut primo: quia. scilicet. producit contingenter per modum volūtatis sicut est in productione creaturarum que q̄uis producātur a producente eterno: non tamen oportet q̄

sint eterne: quia contingenter producuntur. Eternitas enī excludit principium durationis non principium originis. Secunda causa quare productum non est eternum cum producente est: quia agens agit cum transmutatione sicut in generatione naturali creata. Dato enim q̄ Adā a deo ab eterno fuisset productus tamen filius suus ab eo genitus non fuisset coeuus: quia in generatione hominuz requiritur transmutatio materie in ventre mulieris que fit in tēpore. Tertia causa quare productum non est coeuum producenti est: quia producens non habet a se q̄ producat sed dependet a priori. Patuit clare in fornace ignis. Ignis licet sit causa naturalis: tamen non comburebat tres pueros: quia deus a quo ignis dependet et in esse et agere suam suspenderat actionem. Sed minor quo ad singulas declaratur partes. Primo enim pater in productione filij non se habet contingenter quia agit via nature qui est modus necessitatis. Secundo non agit cum transmutatione quia ista requirit imperfectionem et in producente qui requirit naturam. et in producto propter motuz. Imperfectio vero nulla est in diuinis. Tertio a nullo in agendo dependet: quia est principium primum agens: sed q̄ productum tale sit sibi equale probatur per illud quod canit sancta mater ecclesia in officio sancte trinitatis. Eterne mentis oculo: dum pater in se flectitur / in lucis sue speculo / imago par exprimitur. Natiuitas enim filij dei diuersimode exprimitur. Ut igitur ostendatur connaturalis patri dicitur filius. vt ostendatur coeternus: dicitur splendor: vt ostendatur similis: dicitur imago. vt ostendatur immaterialiter genitus dicitur verbum.

¶ Preterea: hoc non est semper verum: q̄ omne quod dat alteri originem illum precedet tempore: etiam in rebus creatis. Et potest dari tale exemplum quod ponit Augustin⁹ in quodam sermone. Si enim accendatur ignis in candela statim ꝛ sine medio temporis q̄ primum ille ignis est accensus ibi est etiam lux / flamma et calor. licet ergo ab illo igne originez trahat illa lux / flamma / et ab ambobus calor causetur: tamen in eodem instanti temporis quo est vnum etiam vtrūq; aliorū. Uñ si ignis ille accēsus in lumie esset eternꝰ coeterna quoq; esset lux / flāma cuz calore. Dicit etiam Aug. sic ad litteram vt supra. Sicut ex igne causatur splēdor: et ex vtroq; calor: sic ex patre generatur filius: et ex vtroq; procedit spiritussanctꝰ. Da mihi ignem sine splendore et calore: et ego dabo tibi patrem sine filio ꝛ spiritu sancto. Hec ille.

¶ Patet igitur rationibus / argumentis multis: ac varijs disputationibus: quatenus reperitur trinitas personarum cum vnitate diuine essentie scz. pater et filius et spiritussanctus.

Secundo principaliter idem probatur auctoritatibus sacre scripture. ſ. veteris et noui testamenti. Unde. Gen. j. cap. scribitur. In principio creauit deus celuz et terram. Exponitur enim ab August. ꝛ alijs doctoribus. In principio ideſt in filio creauit deus pater. Et subditur. Et spiritus domini ferebatur super aquas. Et. ps. xxxij. capi. dicitur. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritus oris eius / omnis virtus eorum. Uerbum autem domini filius est patris. vt inquit Grego. in sermone de apostolis.

¶ Item. Gen. j. cap. dixit deus. Faciamꝰ hominem ad imaginem et similitudinez nostram. Super que verba dicit Augusti. in lib. de fide ad Petrum. Si tantum esset vna persona patris et filij et spiritussancti non dixisset faciamus. Nec ista locutio dirigitur ad angelos: quia ipsi nō sunt creatores. Et si tres essent essentie non dixisset imaginem et similitudinez: sed imagines et similitudines. Et ideo in eo q̄ dicit faciamus et nostraz: pluralitatem personarum ostendit. In eo autem q̄ dicit imaginem ꝛ similitudinem: vnam esse deꝰ naturam declarat. Hec ille.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad id quoq; ostendendū. ps. lxvj dixit Dauid. Benedicat nos deus/deꝰ noster: bñdicat nos deus: ⁊ metuant eū oēs fines terre. Trina em̄ dei noiatiōe significauit trinitatē psonaꝝ. Cū ỹo singulariter subiūgit. metuāt eū/nō eos: vnitatez essentie ostēdit. ⁊ ps. cix. Idē dicit. Dixit dñs dño meo. ꝛc. ⁊ Esa. vj. ca. vi. Audiui seraphin clamātes: sctūs: sctūs: sanctus: dñs deus sabaoth. Ter em̄ dicit sctūs: et semel dñs. eadem de causa. Item hieremias ppheta hoc etiā de signauit dū dixit sui lib. ca. j. Ab. ab. ab. dñe deꝰ: ecce nescio loq̄. Cum em̄ tertio dixit ab. designauit trinitatē psonaꝝ. Quod autem ait. Dñe deus. designauit vnitatem diuine essentie.

¶ Auctoritatibꝰ noui testamenti idem declarat. vnde ipse saluator noster iesus xps Mat. vlti. ca. dixit. Euntes docete oēs gentes: baptizātes eos. In noie patris: et filij: et spūssancti. et. j. Joh. vlti. ca. vi. Tres sunt qui testimoniū dant in celo. pater. verbum. ⁊ spiritus sanctus et hi tres vnū sunt. ⁊ in Apocal. dicit. Ex quo omnia: et in quo oia: ipsi gloria in secula. Et nota q̄ hec prepositio ex dixit auctoritatem in esse a nullo. hoc autem patri conuenit: qui est principiū sine principio. Sed hec prepositio per notat operationem: siue mediū. ⁊ esse ab alio. Unde p hoc intelligit filius qui est principium de principio. Hec autem ppositio in: notat conseruationem: ⁊ esse ab alijs: ⁊ ppterea cōpetit spiritui sancto qui est continentia omnis boni. Augusti. quoq; in lib. de trinitate. ait. Credimus in sanctam trinitatem. s. patrem/et filiū/et spīrtūsanctū/ vnum deū omnipotentē vnius substātie: vnius potestatis: vnius essentie: creatoꝛē omniū creaturarū: a quo omnia: per quē omnia: et in quo oia: credimus patrem a semetipso non ab alio: filium a patre genitum: deum verum de deo vero: lumen verum de lumine vero: non tamen duo lumina: sed vnum lumen. Credimus spiritūsanctum a patre ⁊ filio equaliter procedentem consubstātialem ⁊ coeternum patri et filio. Pater est plenꝰ deus in se: filius est plenus deus a patre genitus: spiritus sanctus est plenus deus a patre ⁊ filio procedens. Non tamen tres deos dicimus: licet vnum deum omnipotentē eternum inuisibilem ⁊ incōmutabilem. Hec ille. Innocentius autē. iij. in ca. fina. de summa trini. ⁊ fide catho. inquit. Pater ab eterno filium generando suam substantiā ei dedit. Dici autē non potest q̄ partem substantie illi dederit et partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit: vtpote omnino simpler. Sed nec dici potest q̄ pater in filium transtulerit suam substātiam generando quasi sic dederit eam filio q̄ non retinuerit eam sibi. alioquin desisteret esse substantiam. Patet ergo q̄ sine vlla diminutione filius nascēdo substātiam patris accepit: et ita pater ⁊ filius habent eandem substātiam. et sic eadem res est pater ⁊ filius necnon ⁊ spiritussanctus. Hec ille. Sicut em̄ sol illuminat orbem ⁊ tamē in se remanet totus lucidus ita dici potest in ppōsito. Leo quoq; papa ait. Credimus sanctam trinitatē patrem et filium ⁊ spiritūsanctum. vnum deum oīpotentem vnius substantie: vniꝰ essentie: vnius potestatis. Multe sunt et alie auctoritates veteris ⁊ noui testamēti ac aliorum sanctorum doctoꝝ: quibus probari posset trinitas personarum cum vnitate diuine essentie: que causa breuitatis relinquo. De hac etiā sanctissima trinitate habetur in symbolo Athanasij qd̄ cantat sancta mater ecclesia in officio dominicali. Et in symbolo apostolorū. Teneamus ergo firmiter deum esse vnum et trinum: vnum per essentiam: ⁊ trinum in personis. s. patrem: et filium: et spiritum sanctum.

¶ Sed dubitat vtrū aliquis philosophus de hac trinitate fecerit mentionem? Respōdeo q̄ licet philosophi: nō cognouerint perfecte mysterium diuinarum personarum per propria que sunt paternitas: filiatio: et processio. secūdum illud apostoli. j. ad Coꝛ. ij. Loquimur dei sapientiaꝫ quam nemo principum huius seculi nouit. j. Philosophorum secundum Glosam.

Tamē cognouerūt q̄dam essentialia attributa q̄ appropriant diuinis psonis. sicut potētia appropriat patri: sapiētia filio: et bonitas spūisctō. Ipsi em̄ phi cognouerūt deū p creaturas quas ipse fecit. iuxta illō Macrobij in lib. de somno Scipionis dicētis. Deꝰ q̄ prima causa vocat: oīm q̄ sūt dñs ⁊ origo est. Et ideo videntes magnitudinē/pulchritudinē/ ⁊ bonitatē creaturarū deuenerūt i cognitionē creatoris dei. s. q̄ sit potētissimꝰ/sapiētissimꝰ/ ⁊ optimus artifex. Cōsiderātes em̄ ipsi phi celū ⁊ terrā ⁊ alia mirabilia creata cognouerūt illū esse sup oēm creaturā qui ea fecit: q̄ nulla creatura facere pōt vel destruere. Jtez ex creaturaꝝ eternitate: vt est celoꝝ ⁊ planetaꝝ ac stellaꝝ cognouerūt eternitatē creatoris. Et ex eoꝝ magnitudine eiꝰ oipotētiā: ⁊ ex eoꝝ ordinatiōe ⁊ gubernatiōe eiꝰ sapiētiā ⁊ bonitatē. Et sic cognouerūt in deo trinitatē pfectionuꝫ. vñ Arist. in. xij. Meta. ait. Dicimus deū esse sempiternū bonū ⁊ optimū cuiꝰ duratio in ifinitū est: in quo est summꝰ itellectꝰ: summū itelligibile: et itelligere: sūmaq; volūtas: sūme voluptuosa ⁊ gaudiosa. Ubi eiꝰ cōmentator pmēto. xxxvij. pbat et affirmat q̄ deo est itellectꝰ ⁊ volūtas ⁊ actꝰ eoꝝ. Et in fine dicti cōmēti replicat q̄ i deo ē trinitas pfectionū: adūgēs q̄ q̄dā putauerūt esse trinitatem suppositoꝝ. vt Plato ⁊ multi alij. sz ipse cōmen. eā negat. in quo est hereticus censendus. Idē quo Arist. j. de celo ⁊ mūdo ait. Omne ⁊ totū ponimus sup tria. Per hūc em̄ numerū adhibuimꝰ nos ipsos magnificare deū eminentē pprietatibus eoꝝ q̄ sunt creata. Plato etiā incipiēs librū quē fecit de mūdi creatōe. Unꝰ duo: tres. Deinde psequit librū suū. Per hoc quasi itendens q̄ trinitas est principiū totiꝰ vniuersi. Dicit quoq; Aug. vij. cōfessionū. se legisse in libris Platonis totum illud Joh. j. In principio erat vbū. ꝛc. vsq; ibi fuit homo missus a deo. et idē euāgeliū posuit Platonicus eius discipulus in lib. quē cōposuit. vsq; ad. verbum caro factum est. Et si nō ordinate saltem in sentētia. vt idē Aug. refert. Qui etiam inq̄t. x. de trini. c. iij. ⁊ xxiij. q̄ Porphyriꝰ qui fuit phs paganus cōfessus est sanctā trinitatē: et appellauit paternū itellectū dei filiū: ⁊ hoc mediū amorē spiratū. et. q. de trini. c. vj. etiā ait Aug. q̄ Plato q̄ tantis seculis ante puerperium vginis fuit: summe trinitatis atq; vnitatis pdicator ingentibꝰ extitit. Unde vnitatē/ac trinitatem predicās cursu mirabili: oculoq; clarissimo dilucidauit: q̄ siuit: inuenit ⁊ pdidit patrē deū: paternā mentē ⁊ vtriusq; amorem mutuū: ⁊ vnā summā eque trinā ⁊ indiuisam deitatē. nō solum oportere credi docuit: sed ita esse/rōne conuicit. Trimegistus phs etiā inq̄t. Monas gignit monadē et in se suū reflectit amorē. i. deus pgignit filium deū: ⁊ in se habēt spiritūsanctum. Jsta tñ vba a q̄busdā attribuuntur Porphyrio phō. Hermes quoq; phs. vt refert Aug. in lib. cōtra quinq; hereses fecit libꝝ q̄ vocat. Uerbū pfectū. in quo sic ait. Hic filius bñdicti dei. et Avicenna. x. sue Meta. c. xij. plura dicit de spūsctō. Ex q̄ bus oibꝰ patet trinitas diuinaꝝ psonaꝝ:

¶ Tertio principaliter ostēdit beata trinitas i figuris. Signat em̄ p tres āgelos quos Abraā hospitio recepit. Tres vidit. s. psonas diuinas i corporea imagine sibi apparētes: et vnū. s. deū adorauit. Gen. xviij. c. Jtē p tres puteos quos Jsaac effodit. vt vi Gen. xxvj. Figurat etiā p scalā triū graduū quā vidit Jacob. Gen. xxviij. Signat etiā per tres palmites in vna vite quos vidit Joseph. Gen. xl. ca. Jtē p tres solēnitates pcipuas quas Moyses instituit. ad quas cōuenire debebāt oēs iudei. Exod. xxiij. c. Signat quoq; btā trinitas p tres amicos Job. Jtē p tres ciuitates quas vidit Ezechiel. Jtē p tres digitos q̄bꝰ Daniel. ppheta iterpretatus est scripturā esse factā. i. ab vno deo qui in manu. i. essentia sua hz tres digitos. s. psonas. Daniel. v. c. De q̄ bus etiā vi. Esa. xl. ca. Qui appēdit tribꝰ digitis molē terre. Deus em̄ trinꝰ ⁊ vnus terrā et vniuersum orbem creauit. et gubernat. Item signat beata trinitas p tres ciuitates refugij equali spacio se distātes.

¶ Imago quoq; vnitatis ⁊ trinitatis diuine reperit in oibus creaturis. Nam oēs creature hūt vnū esse ⁊ tū sin

gule habēt modū/speciē/et ordinē. Item oēs creaturas fecit deus in pōdere: in numero: et mēsura. Sap. xj. ca. Itē creature omnes sunt in triplici numero. Nam aliq; sunt pure spirituales vt angeli: alie vō pure corporales: vt elemēta celi. Que dam vero mixte: vt homines.

¶ In angelis etiā est designata trinitas. Tres esū sunt hierarchie angelor. Itē in qualibet hierarchia est triplex ordo. Et i quolibet ordine sunt aliqui angeli supmi alq; medij: aliqui vero infimi.

¶ In creatura etiā pure corporali iuenif trinitat; m ysteriū. Et primo in icorrupti bili vt sunt celi: q; triplr sunt distincti. Nā aliq; ē mobile t difforme vt sydereū t pla netaruz. Aliud est mobile et vniforme vt chrystallinū. Et aliū ē imobile t vniforme vt celū empyreū. In planetis etiā est tri plex circul9. s. deferēs: equās: t epicicl9. i. punus circulus posit9 sup maiorē circulū ita vt epicicli centrum sit in linea maio ris circuli.

¶ In sole quoq; cū vnitate essentie appet lux: splendor: t color: ita q; splendor gna tur a luce: t color ab vtroq; pcedit. Item in sole cōsiderari potest quantitas: figura et splendor in eadem substantia.

¶ Itē. ignis ali9 est pur9 in ppria sphera. ali9 est ignis flāma: ali9 est ignis carbo. i aliena materia. Itē ignis hz speciē: colorē t splendorē. ¶ Itē aer hz supmū: mediū: t īfimū. ¶ Itē aqua: alia cōdēsa: vt in nu be: alia cōgelata: vt i glacie. alia liq̄da. vt in fonte: riuo: et stagno. Et sicut riuus hz aquā a fonte: sic filj9 imediate a pre: et si cut stagnū hz aquam a fonte: et a riuo: sic spūssanctus procedit a patre et filio.

¶ Terra etiā est trifarie diuisa. s. in Asiā: Affricā: et Europam.

¶ In corporalib9 quoq; corruptibilibus patet m ysteriū trinitat;: q; qlibet corp9 habet triplicem dimensionem. s. longitu dinem: latitudinem: t pfunditatem.

¶ Itē creatura mixta viuēs est triplex: q; q̄dā est vegetabilis solū vt plāta: q̄dā sen sibilis: vt brutū aial: et quedam intelle ctiua: vt homo. ij. de anima.

¶ Uegetatiua insup hz tres potentias. s. nutritiuā ad ppriū subiectum conseruan dum. Augmētatiuā ad pficiendū. Gene ratiuā ad sibi simile producendum.

¶ Sensitiua etiā hz tres potētias. s. app̄ hensiuā: cognitiuā. et fm locū motiuam.

¶ Alia quoq; hois hz tres potētias. s. in tellectū: memoriā: t volūtatem. fm quas est facta ad imaginē t similitudinē dei: quia hz ipsa aia rōnalis habeat istas tres potē tias: est tamē vna sola aie essentia. vñ ait Sco. in. ij. dis. xv. q. ij. q̄ q̄libet potētia aie dicit totā substantiā aie. licet diuersimo de. Unde intellectus est aia: memoria est aia: volūtas est aia. et tñ non est nisi vna aia. Et ita pater est deus: filius est deus: spūssctūs est deus: t tñ nō est nisi vn9 de9.

¶ In aia etiā tria sunt vt ait Augu. ix. de trini. s. mens: noticia: t amor. Dēs nouit se et amat se: t cū se cognoscit noticiā suā gignit: t est parēs sue noticie: et tertiū est amor: q; de ipsa mente t noticia pcedit cū mens se cognoscens diligit se.

¶ In hoibus quoq; rep̄sentat trinitas q; aliq; sunt supremi vt dñi t magnates: q̄dā infimi: vt populares. et alij medij: vt nobi les t ciues. In corpore etiā humano idē re presentat. Nam brachiū vnū existens hz tres iūcturas: t similiter in vnitate digiti sūt tres iūcture. hoc etiā patet de pedib9. tibus. t crurib9 sup q̄bus trib9 ho firmat.

¶ Item in arboribus idem patet q; pullu lant folia ad sui virorem: flores ad deco rem: et fructus ad dulcorem.

¶ Itē hoc repit in sciētia. Nam ois sciē tia tripliciter diuidit. s. in naturalē/rōna lem/t moralem. Naturalis quoq; diuidit tripliciter. s. in Physicā/Mathematicā/ t Metaphysicā siue diuinā. Et similiter rationalis diuidit in Grāmaticā q; respi cit sermonū cōgruitatē. Methoricā q; re spicit venustatem/t Dyaleticā q; respicit veritatem. Similiter moralis diuidit in Ethicā que respicit ordinationem singu laris psone/Iconomicā que familie tan tum/t Politicā que ordinationē respicit ciuitat; vel regni. Grāmatica etiā in hoc insinuat qm̄ inter ptes orationis declina biles nō nisi tres psonas assumit. s. primā de se loquentē/q; significat patrē/t secūdaz/ ad quā prima loquit. et significat filiū. et tertia de qua prima loquit ad secūdaz t hec

significat spiritūsctm: Rhetorica quoq; tria gña causar assumit. deliberatiuū. de mōstratiuum. et iudiciale. Eius etiā sua sio tribus locis diuiditur. s. honesto/vtili t possibili. Dyalectica quoq; in syllogis mo tres terminos assumit: et tres propo sitiones constituit: quas per tres figuras ordinat et distinguit. Arithmetica insup numero trinario vtitur vt perfecto: qm̄ est in diuinis personis. Geometria etiaz tres dimensiones metitur. scz. longitudi nē: latitudinē: ac pfunditatē siue altitudi nē: q̄ trinitati pueniūt. de quo dr Job. xj. ca. Excelsior celo ē et pfundior iferno: ac lōgior t latior mari mēsura ei9. Astronomia etiā trinitatem exprimit q̄ de stellis t planetis atq; de signis celestib9 ediscerit. Medicina quoq; idē insinuat dū i pserua do: pseruādo: t curādo vtutē suā demon strat. Medicinar cm̄ alia est pseruatiua: alia cōseruatiua. t alia curatiua. ij. Ethic.

¶ Tres etiā vtutes theologice. de q̄b9 dr j. ad Cor. xiij. Nunc manent fides/spes/ charitas. tria hec satis nobis demōstrāt p sonar diuinar trinitatē. Per fidē em̄ illu minat intellect9. p spem meor desiderat. p charitē iflamat volūtas. Tres quoq; sunt ptes penitētie. s. cōtritio: confessio: et satisfa ctio. Itē tres ptes sactifictionis. s. oratio ieiunij: t elemosyna. vt hr i. ij. li. sen. di. xv. Ex q̄bus oibus cōcludit q; de9 est vn9 in essentia: t trin9 i psonis. ¶ Lama hic fa cie directa vsus celū/brachijs extensis in cruce: cōtēplādo t laudes deo referendo de beneficio. di. ¶ O deus qui es vnus in essentia t trin9 i psonis: glorificer; ab vni uersis gētib9 iternū. Tibi dñe de9 sit bo nor/laus/t glia. Tibi hūilit refero gr̄es p pter bñficiū mei itellectus mihi collatū t cōfiteor corde/ore/t vbo/q; psona p̄is ē psona diuina t psona filij sil t psona spi russcti: tñ nō duo nec ptes: q; tres sint dū/sz vna sola substātia diuina/trina i p sonis/t tres psone i vna sola substāna di uina. O dñe iesu xp̄e q; ppetue pene t do lores iestimabiles sunt patri illis q̄ nolunt credere i tuā sanctā trinitatē: qi meli9 erat illis q; nō essent i esse: q; modo qm̄ sūt i esse O q; mirādū est dñe de9 de iudeis t infideli bus q; nō credūt i tuā trinitatē. Qi si tua essentia esset defectiua alicui9 boni/vel i aliquo viciosa rōne tue trinitat;: nō esset mirādū si ipsi dubitarēt ac credēdū i trini tatē/qi illud ego facerē: sz postq; tua essen tia nō recipit i se aliquē defectū rōne trini tat;: bene sunt īsani q; dubitāt ad credēdū i tuā trinitatē. O sctā trinitas illi q; nolūt credere i te/sz solū i essentiā diuinā sine te sunt files hoib9 q; ex vna pte laudāt dñm suū: t ex alia vituperāt eū. Uñ illi q; nolūt credere i trinitatē laudāt te dñe de9 in hoc q; dicūt te esse vnū solū deū sine pari et so cio: t ex alia pte ipsi vituperāt te i hoc: q; nolūt credere i tuā trinitatē/q̄ est excellē tia nobilitat; tue vnitat;. Dñe de9 defēde nos a morsib9 infideliū latrātiū aduersus nos. Nā ipsi credūt q; simus ita viles/ita ignorātes/t īsensati vt credam9 tres deos esse. Quare dñe de9 illuminator ẽ fidei: si tu p tuā pīssimā miam ordinares q; īfi deles deuenirēt ad verā cognitionez fidei scz. qlit nos catholici credim9 in vnū solū deū t i tres psonas q̄ nō sunt nisi solū vna essētia diuia: maximā miaz faceres erga eos t erga nos. qi ipi ad vā dueirēt credu litatē fidei. t nos defēderemur a latratib9 eorūdē. O rex regū/et dñs dñantiū būdi ctū sit nomē tuū. qi tu p tuā gr̄am illumi nastr me fuū tuū i vera fide qi ego credo q; i vnitate tue essētie sit trinitas psonarū q̄ solū sūt vn9 de9. Pr̄ miricors/qs posset existimare maximā felicitatē illoz q; ve rissime credūt i vnitatē tue essentie t i tri nitatem tuar triū diuinar psonar. Ergo dñe post q; tm̄ bonū/t tm̄ mun9 gr̄e est cre dere in deū in vnitate essentie/t in trinita te psonar. Ego psallā coram vniuersis gē tibus voce incessabili. Uenite oēs qui q̄ri tis gr̄am sempiternā/et requiē sine fine/ et adoretis vnā substātiā diuinam in tri nitate/et trinitatem in vna substantia di uina. Item proferam anime mee. O felix anima que q̄to munere gratie es dotata/ renūcia omni vane glorie t omnibus vo luptatibus huius mundi/et da gloriam/ t laudes creatori tuo qui est vn9 in essen tia et trinus in personis/quod si feceris habebis in presenti gratiam/et in futura gloriam. Amen.

¶ Sermo xxv. de corpore xpi.

¶ Thema

Pane celi saturauit eos. Habentur hec verba ps. cxiij.

¶ Prologus

Ostendit nobis dns Jesus ardentissimā charitatē suā non solū in cruce/et in passione: verū etiaz/r in multz alijs diuersis qz modis. Et potissimū cū instituit sanctissimū sacramētū precio fissimi corporis/et sanguinis sui. Quoniam aūt tanto feruētius xpianoz anime reuerentia et deuotione ad illud suscipiendaz animari pfit: qto clarius eius mysteria cognoscunt et intelligunt. Nam inter cetera fidei nostre credibilia/maximū et admirabile est realis ac vera existētia corporis et sanguinis xpi in sacramēto altaris sub speciebus panis et vini. Hoc vtiq; nisi fides credat sermo nō explicat. Verūtñ ad cōfundēdū perfidiaz infideliū et hereticoz: cōsolandosq; fideles/qui id credūt. Jn hoc sermone de veritate altissimi sacramēti verba faciem9. Est eni necessariū simplr credere/et firmiter cōfiteri q a dño iesu xpo audiuim9 dictū carnē. s. suā esse cibū: et suū sanguinē esse potū. s. in sacramēto altaris in quo vere et realiter cōtinetur. Ad quod probādū et fidelit pfuadenduz totis viribus conemur. Sed pro principio sermonis querit.

¶ Utrū in sacramēto altaris vere sit cōuersa substātia panis et vini/in verū corpus r sanguinez dñi nostri iesu xpi/p verba consecratiōis. Ad istud dubiū Respōdet q sic:

¶ Sed anteq; probet hec veritas pro maiori intelligētia dicendoz/Notāduz est: q duplex est mutatio. Una est accidētalis. alia est substātial

¶ Mutatio accidētalis est qñ actus seu qualitas mutat in creatura/manēte eadē substantia: vt est mutatio de albedine/in nigredinē: vl de sanitate/ad infirmitatē: vl de caliditate/ad frigiditatē. Tales mutationes dicūtur accidentales.

¶ Mutatio aūt substātialis est qñ nō solū accidēs/sed etiā substātia mutatur. In isto igitur sacramento deficiūt one regule phisice.

¶ Prima que dicit q qñcūq; fit mutatio substātie fit etiā accidētiū. Ratio qz accidentia nō migrāt de subiecto in subiectū. i. nō transmutank: qz si mutatur argentū et qualitates eius mutank. Sed in hoc sacramēto est oppositū: qz substātia panis virtute verboz mutak in corpus xpi: Accidētia aūt nō: qz eadē albedo: quātitas: rotonditas: odor: et sapor: remanent. q pri9 Modo si gubernetis vos per regulas philosophie in hoc sacramēto opportebit errare et deficere. Et facta mutatiōe adoramus. et nō adoramus illud qd videm9. s. albedinē/nec rotonditatē: sz xpm verum deū et hoiem in accidētib9 ipsis cōtentū: ita vere r realiter vt fuit in vtero virginis vel nunc in celo est: quēadmodū milites adorāt regē infra cortinas qñ audit missā sz ipm nō videāt. Jta nos adoram9 xpm in illa accidētia quasi infra cortinā existētē.

¶ Secūda regula phie deficit etiā in hoc sacramēto: q dicit q nulla mutatio substantialis est integra: qz semper manet prima materia: quam sic philosophi vocant: qz sicut argentū mutak in aurū materia prima que est interior/a quo est eadē cū illa que est interior ad quē: que eadē est oim generabiliuz/et corruptibiliū. In hoc sctō sacramēto hec regula deficit: qz nihil remanet de materia/nec de forma substantiali panis: qz totū mutak in corpus xpi. Ideo oportet q homo nō regat se hic p regulas philosoficales qz deficiunt: sed fm sanctā scripturam que dicit. Hec mutatio. s. substātialis: dextere excelsi. Mutationes vero naturales sunt de sinistra. sz ista est dextre excelsi. Et seqtur. Tu es deus qui facis mirabilia. s. ista pdicta. i. de mutatiōe vini in sanguinez: et panis in corpus xpi. Moralit habetis hic doctrinā q debetis xpm adorare in hostia cōsacrata sine dubio et cōditiōe alioquin erraretis. Aliqui psumptuosi cadūt i errorē dicēdo, Adoro te si tu es xps. Etiā lignū vl lapidē aut carnes posset hoc mō adorare. Nō: qz cōditio dubitationē includit: r deo vult adorari firmit/et toto corde/spū/et deuotione. Ideo dr. Tollite hostias r introite i atria ei9. Hic loqf presbiteris. Et introite i atria ei9. Hic loqf pplo. Adorate dñm. s. tā sacerdotes q populo9. in atrio. glo. s. in corde dilatato sine dubio r sine pditōe. Sz dicet aliqs. Si sacerdos nō dixit vba: vl si nō fit ordiat9. R. q sacerdos sol9 dānat r nō ē piculū vobis. Jdeo adorez sine dubio. Si. n. habitualit hētis hoc in corde q si ꝓriū sciretis nō adoraretis. Hoc sufficit: sz nō debēt exprimi vba: sz simplr adorare.

His visis Huc pbak hec veritas. s. q substātia panis r vini / in hoc sacro/couertit in verū corp9/et sanguinē dñi nostri iesu xpi: per vba cōsecratōis: quinq; rōnibus. ¶ Primo ratione figurationis. ¶ Secdo rōe causalitatis. ¶ Tertio rōne maioritatis. ¶ Quarto rōne supabilitatis. ¶ Quinto ratione naturalitatis.

¶ Prio pbak rōne. r̄c. sic Veritas in nouotestamēto debet rndere figurz veteris testamēti. Sz in veteri testamēto ipe agn9 q figurabat xpz erat ver9 agn9 et realit sumebak in cibū. vt pz Exo. xij. Ergo in noua lege ipm corp9 xpi qd p agnū significabak: ve realit est i sacramēto altaris seu ihostia cōsecrata.

¶ Quid faciet sacerdos si quãdo habet aquam in ore anteq̃ deglutiat aduertit? R. q si potest sine scandalo sputet in calice et extrahet particulam hostie et aquam reponet in alio vase: et sic accipiat vinum et consecret/incipiendo. Simili modo postq̃ dominus noster iesus christus cenauit accepit calicez. ꝛc. vsq̃. Unde et memores. et ponet particulam hostie. ꝛ sic alꝫ omissis dicat. Sanguis dñi nostri iesu christi custodiat animam meam. ꝛc. et sumat. Deinde resumat illam aquam si potest facere sine periculo vomitus: vel si timet de vomitu reponat aquam in sacrario. Et idem dicerem de particula q idẽ esset comburenda et cineres in dicto sacrario reponende quando sine periculo vomitus recipere non posset.

¶ Queritur, Quid faciet sacerdos quãdo musca vel aranea cadit in calice? Respondeo. q si cadit ante consecrationem proiiciat illud vinũ: ꝛ accipiat aliud cuz aqua ꝛ incipiet in illa oratione. Deꝰ qui humane. cum ofone. Offerimus. ꝛc. Et alia. Veni sanctificator. ꝛc. Et alꝫ omissis prosequatur vbi dimiserat. Si vo accidit post consecrationem extrahat eam ꝛ lauet cum vino: nisi esset res venenosa: vel que prouocaret vomitum: quia tunc fil'oia essent reponenda in vase alio/et aliud vinum cum aqua sumendum et consecrandum. incipiendo ab illa oratione. Simili modo. vsq̃ ad orationẽ. Unde et memores. et alꝫ omissis ꝓsequatur vbi dimisit. Et finita missa accipiat sanguinem primum in quo cecidit illa res venenosa. et igne cõburat cum aliqua stupa: vel panno lineo in ipso madefacto ꝛ cineres ponat in sacrario.

¶ Quid si gutta sãguinis ceciderit? Respondeo q si ceciderit super tabulam et similia labãtur si potest fieri sine horrore et post ea locus radatur et rasura comburetur. et cinis iuxta altare recondatur. et sacerdos quadraginta diebus peniteat. Si vero cecidit super lintheum abluatur tribus vicibus calice suppposito. et aqua ablutionis iuxta altare condatur. ꝛ sacerdos peniteat quattuor diebus nisi perunerit ad tertium lintheum. quia tunc nouem. Si vsq̃ ad quartum. viginti diebꝰ peniteat. de conse. di. ij. c. si per negligentiam.

¶ Quid si sumendo sanguinez remanet particulã in calice? Respondeo q digito debet ad labiũ calcis adducere et sumere et nullo modo apponat vinum ante eiꝰ sumptionem: quia vinum citius descenderet. ꝛ sic sumeret nõ tenuus secunduz Scotum in. iij. dist. viij.

¶ Utrum hostia non consecrata que est in altari. vel gutta vini que est in pede calicis vel aliter a vino quod est in calice seꝑata consecretur? Respondeo q nõ nisi hoc intendat sacerdos. j. q. j. detrahe.

¶ Quid si omisit aquã ponere in vino? Rñdeo q si aduertit ãte cõsecrationẽ hostie debet eam apponere reiterãdo. vt supra dixi i dubio quod incipit. Queritur

quid faciet sacerdos. q si aduertit post cō secrationē hostie: sz āte cōsecrationē vini apponat nihil attrahēdo. Si post cōsecra tionē vim aduertit tūc fm. s. Tho. in. iij. p te. q. lxxxiij. nullomō apponat: qz appositio aque nō est de necessitate sacramenti.

¶ Quid si vinū in calice congelet. R. q sacerdos debet ipm ante cōsecrationē solvere vt habeat rōnē actualē potꝰ si tñ nō resoluit adhuc cōficit: qz vinū congelatū nō differt a nō cōgelato: nisi ꝗlitate accidentali.

¶ Quid si ex frigore hostia dilabit in calice. R. q dz vlteriꝰ ꝓcedere: nec est necesse aliqd reiterare fm Tho. vbi. s. Sz si aliqua ps remāsit in manu frāgat illā: et partez mittat in calicem: qz prima casualiter cecidit.

¶ Quid si postq̄ sūpsit cōmunionē habz hostiā cōsecratā q̄ supfluit? R. q si cōmode nō hz vñ honeste ꝓseruet et lz sumere. dūmō sit ieiunꝰ. Secꝰ esset dicēdū de reliq̄s que etiā lz acceperit purificationē āteq̄ de ipis aduerteret tñ postea sunt sumende: tñ qz non pfit sic fuari: imo leuit amittere ppt eoꝝ puitatē. Et in isto casu ex quo est in actu purificatiōis et recollectionis reliqȝ q̄cq̄d dz fieri incōtinēti. idest q̄si simul sumere oia āteq̄ cēseat nō ieunus p ea q̄ notant in. c. olim. cl. j. de restitu. spo. in glo.

¶ Tertio circa sumptionē huius sacri: eucharistie q̄rit. Quis teneat sumere? R. q primo q̄libet sacerdos cū celebrat de cōse. di. ij. relatum.

¶ Scdo tenet q̄libet xpianꝰ cū ad annos discretiōis puenit vt in. ca. ois de pe. tre: nisi ex rōnabili causa de cōsilio ꝓpriꝰ sacerdotis ad tps ducerit abstinendum.

¶ Tertio tenet q̄libet in articulo mortis ꝓstitutꝰ ꝓpterea appellat viaticū. Uñ credo q peccat mortaliter q̄ in tali articulo cō temnit sumere corpus christi..

¶ Quarto rōne statuti.

¶ Quinto rōne officij sicut sacerdos q̄ tenet celebrare saltē i magnis festiuitatibꝰ:

¶ Si aūt q̄raf. Quot sunt pene sive punitiōes nō cōicātiū? R. q sunt ser.

¶ Prima dz ee clūsionis. de q̄ in. c. vtriusq; sexus dz. Alioq̄n viuēs ab ingressu ecclesie arceatur. Quicūq̄. n. nō cōicat debet oino ab ecclia ercludi. nec dz pmitti q cū alijs fidelibꝰ eccliaz ingrediat ꝓ missis vl alijs officijs audiendis.

¶ Secūda dz excōicationis. Inqt. n. Hostiēsis in dicto. c. ois de pe. et re. q si q̄s pbyt hz aliquē parochialē fornicariū publicū vel adulterū / aut tenētem odia / vl homicidā / vel vsurariū / aut ponētē discordias inter primos / vel incātatorē / vl blasphemū / lusorē / aut ptialē / aut nolentē cōfiteri / aut cōicare. Primo dz illū opportune arguere. s. monēdo. Scdo importune. s. increpādo / et suspēdendo et interdicendo. Tertio aūt crescēte ꝓtumatia dz illuz excōicare vl supiori denūciare. Et de hoc hꝫ text. di. xvij. c. decernimꝰ: et di. xxxij. c. quotūdā in fine et. xxxij. q. v. c. preceptū.

¶ Tertia punitio dz sepilitionis. Tales. n. nō cōicātes nō debēt in ecclesiastica sepeliri sepultura. vt in dicto. c. omnis.

¶ Quarta punitio dz scādalizatiōis. Talis. n. nō cōicās scādalizat oēs vicinos de terra vel ciuitate. Et ideo tot penas meretur quot personas scandalizat. j. q. j. c. si quoscunq̄.

¶ Quinta punitio dz inabsolutiōis. Qui cūq̄. n. ꝓfitet fine ppōsito sumēdi corpus xpi ad minꝰ semel in anno facit inutilem ꝓfessionē nō hns volūtatē obediendi ꝑcepto ecclesie de cōione. et p cōsequēs talis ꝓfessio est ficta. et sine charitate. Et ideo nō valet. de pe. di. v. c. falsas. et. c. fratres. et di. vij. c. nullus.

¶ Sexta punitio dicitur inexorationis. Tales enim priuari debent fideliū oratione fm Bonauē. in. q. di. xliij.

¶ Nota etiā q̄ multis ḡnib9 ꝑsonarum nō est danda sacra communio.

¶ Primo sacra cōio nō est dāda illis qui de aliquo mortali crimine sunt notabiliter et probabiliter suspecti. vt inquit Richar. in. iij. dist. ix. arti. ij. in corpore questionis. Et quando suspitio est cōmunis: neganda est tam in publico q̄ in secreto. quia infamibus non debet dari corpꝰ xpi de ꝓse, di. ij. c. ꝑ dilectione. Si aūt sit solū

singularis. s. ipsius sacerdotis tūc nō est negāda in publico sed bene in secreto. Et posito q talis generaliter suspectꝰ de crimine esset contritꝰ et confessus. et hoc cōfessor sciret: tñ nō debet ei dare sacm: sz eum facere differre quoadusq̄ pplo scandalizato de illo innotescat eius penitentia et cōuersio. c. nō sufficit. et. c. in actiōe. de pe. di. j.

¶ Secundo nō debet dari illis qui sunt omnino furiosi et frenetici: et rōnis iudicio penitus carentes nisi habeant lucida intervalla.

¶ Tertio nō debet dari eucharistia pueris ante annos discretionis et deuotionis. Nam puer anteq̄ inducetur ad sacrā cōionem debet hꝫ tria. s. etatē: que attēdit circa vndecim vel duodecim annos. Discretionē: vt discernat differentiā inter hoc sacramentū / et cōez panem. Tertio q̄ habeat deuotionem. s. q̄ cum deuotione debeat suscipere cōmunionem: aliter nō est inducendus.

¶ Quarto non debz dari sacra cōmunio lusoribus. s. illis qui ludūz alee vel taxillorum aut cartularū in cōsuetudinē ducūtur: et quasi artem faciunt de ludo. Tales enī cū nō sint in statu saluatiōis nequaq̄ cōmunicari debēt. vt dicit Alex. de ales i iij. pte sum in tractatu de eucharistia.

¶ Quinto debet denegari eucharistia diuinatoribus et sortilegis. vt habetur in. c. pro dilectione. de conse di. ij. et in. c. si q̄s. xxvj q. v.

¶ Sexto non debet dari sacra cōmunio choreatricibus que habent consuetudinē eundi ad choreas et nolunt abstinere.

¶ Septimo nō est danda sacra cōmunio mulieribus portātib9 crines adulterinos seu mortuos / ad ornatum: et portantibus alia vana ornamenta ad pompam et lasciuiam. et pingentibus vultū / vt pulchriores appareant. vel inhonesto habitu incedentibus. nisi se emendent secundum Alex de ales vbi. s. Ut etiaz habetur. xxj. q. iij. ca. j.

¶ Octauo non debet dari sacra communio vsurarijs publicis: et aliorum bona iniuste vsurpantibus: nisi prius satisfecerit vt habetur plene in sum. confes. lib. ij. ti. vij. q. xlvij.

¶ Nono interdictus / seu excōicatꝰ / etiā iniuste: nō debet cōicari. fm pet. tharan. iij. dis. ix. ar. iij.

¶ Decimo nō debet cōicari ille q̄ est suspēsus a ꝓceptione sacramētoꝝ. vt habet in sum. ꝓfes. lib. iij. ti. xxiij. q. lxxvj. in fin.

¶ Undecimo nō possunt cōicari meretrices / seu cōcubine / aut cōcubinarij: etiā si dicāt se āplius nō peccare nisi prius separētur / et innotescat eoꝝ cōuersio. Arg. ad hoc. c. meretrices. xxxij. q. iij.

¶ Duodecimo nō debz dari hoc sacm illis / q̄ exercēt se in torneamētis et habent volūtatē redeūdi ad illa: qz tales nō sunt in statu saluationis. vt inqt Alex. de ales vbi. s. Cū torneamēta sint prohibita. Extra de tornea. c. j.

¶ Tertiodecimo nō dz dari sacra cōmunio illis qui exercēt se in monomachia. i. in duello. Lex. n. nona non recipit talē lectaz. vt patet in. ca. monomachiā. ij. q. v. Ubi dicit glo. q̄ talib9 nō est cōio danda.

¶ Sūt et alij: quib9 p triennīū nō oportet dari sacra cōmunio ex ꝑcepto eccl'ie. sicut sunt mficij. Et idē ē de patricidis xxxiij. q. ij. c. latorē. Et alijs p quadriēniuz. sicut illis q̄ per horridū sacrilegiū eccl'iam scandalizant. vt fuit ille Burgād9. de quo scribitur. xij. q. ij. c. de viro. Et hec itelligunt de manifestis. Si tñ intrāt religionez pfit cōicari sicut alij religiosi. vt satis innuit ibidem.

¶ Regulariter tñ tenēdū est q̄ in fine vite oib9 vere penitētib9 / hoc sacm eucharistie R. q trib9 modis. Aliq̄n sumit solū spūaliter. Aliq̄n solū sc̄raliter. Aliquando sacramentaliter et spiritualiter.

¶ Quid est manducare spūaliter. R. scōm Bonauē. in. iij. dis. ix. q̄ māducatio spiritualis est trāslata a corporalib9. Et ideo sicut in māducatione corporali sunt duo scz masticatio et incorporatio. sic in spirituali sunt duo suo mō. s. spūal' masticatio que est recogitatio ꝑ fidē. s. carnis xpi pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis expositein preciū in cruce ad redimendū. Et spūalis incorporatio p charitatē. s. dū recogitās ei quē cogitat iungit arbore charitatis et ita ei incorporatur.

¶ Qñ dī quis solū māducare spiritualit et nō sacrālit. Rñ. q tūc qñ sacramētū est in voto/et effect⁹ eius percipit q: sicut q̄dam anteq̄ baptizent ex desiderio baptismi pcipiunt effectū ipius. Et sic in hoc sacramēto. Nec frustra iducit postea sacramentū: q: plenius inducit effectū ipa susceptio sacramentalis q̄ solū desideriū: q: non esset vera voluntas nisi deduceret in opus cū adest facultas.

¶ Quid ē māducare sacramētalit solū? Rñ. fm. s. Bonauē. vbi. s. q est māducare sacramētuz vt sacramētū. Ad hoc autē vt māducet sacramētū vt sacramentū necessaria est intētio ⁊ intētionis regulatio. Intētio inq̄ est necessaria: q: si q̄s iret ad mensurā et intenderet corpus reficere et aliquis pro pane cōi sacramentū sicut panē offerret et ipe omnino intēderet cibuz sumere nō dicerē eū sacramētaliter manducare: necessarium est etiam vt huius intensio dirigat fm fidem que est in ipso vel in altero: q: oportet vt credat: q sub illa specie aliquod spirituale lateat quod sumere intendat: vel oportet q saltem sumere intēdat: quod alios credere existimat. licet ipse non credat. Et sic p3 pro quāto q̄s dicat sacramētalit māducare. q. s. hoc sacramētū vere existat ibi/et ipse q̄ manducat illud sacramentū sumere intendat siue existimat alios credere. Dec. s. Bonauē. vbi. s. Adde q tūc solū sacramētaliter sumit qñ propter aliquod impedimētum quod in ipo sumente est/vel malam eius dispositionez/caret effectu/et fructu ipius sacramēti: qui est spūalis māducatio. hoc est spiritualiter incorporari corpori mystico per fidem/et charitatez. vel magis incorporari per augmentū fidei et charitatis: que manducatio nō conuenit indigne suscipientibus.

¶ Sed remanet vna difficultas vt demus finem sermoni nostro. Quis potest idonee suscipere sacramentum eucharistie? Rñ. q idoneus susceptor est homo viator/adultus/fidelis/mente preditus/ieiunus/deuotus: apparitione miraculosa: nō prohibitus/sine conscientia peccati mortalis/legitime confessus/in euersatione crimine non notatus/corpore mundus: a ministro idoneo/tēpore debito/⁊ recta intentiōe/sumptus. ¶ Clama hic ad populum. dicendo.

¶ Audistis O deuoti xp̄iani/ que et quāta pulchra de sacratissimo corpe dñi nr̄i iesu xp̄i vobis hodie declarau⁹ p eius amore/et animarū vestrarū salute. Nunc igitur oi studio et deuotionis affectu/conari debetis: vt munde/deuote/ac reuerent/valeatis illud suscipere/⁊ in domos vestras humiliter introducere. qñ dabit vobis verā refectionem anime/et corporis. Ad hoc enī percipiendum/ipse dñs iesus nos omnes inuitat. dī. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. Panis quē ego dabo caro mea est p mundi vita. Accipite et manducate hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinez in me manet et ego in illo. Uerba que ego locutus sum vobis spirit⁹ ⁊ vita sunt O/dulce et amicabile verbuz in aure peccatoris. quo tu domine deus meus: egenum/et pauperem inuitas ad communionez tui sanctissimi corpous. Sed quis ego sum domine vt ad te presumam accedere Ecce celi celorum te non capiunt: ⁊ tu dicis: venite ad me omnes. Quid sibi vult ista pūssima dignatio et tam amicabilis inuitatio? Quomodo ausus ero venire q̄ nihil boni mihi cōsci⁹ suz. Uñ possuz p̄sumere? Duō te introducā in domū meā q̄ sepi⁹ offendi benignissimā faciē tuā. Reuerēr angeli ⁊ archāgeli: metuūt scti ⁊ iusti. et tu dicis venite ad me oēs. Nisi tu domine hoc diceres q̄s verū eē crederet. ⁊ nisi tu iuberes q̄s accedere tēptaret? Sed ecce tu sctūs sctōz/inclinas te ad me: q̄ non sum dign⁹ ad te respicere. Ecce tu venis ad me: tu vis esse mecū. tu inuitas ad conuiuiū tuū. tu mihi dare vis celestē cibū/⁊ panē angelor⁹ ad māducādū/nō aliū sane q̄ teipm panē viuū/q̄ de celo descēdisti/⁊ das vitā mūdo. Ecce vñ dilectio procedit

qualis dignatio illucescit: q̄ magne gratiarum actiones ⁊ laudes tibi pro his debentur. O q̄ salutare et vtile consilium tuū cum istud istituisti. O q̄ suaue ⁊ iocūdum cōuiuiū/cū teipsum in cibū donasti. O q̄ admirabilis operatio tua dñe: q̄ potens virtus tua: q̄ infallibilis veritas tua Dixisti em ⁊ facta sunt omnia. et hoc factum est quod ipse iussisti. Mira res/et fide digna/ac humanum vincēs intellectū q̄ tu dñe deus/verus de⁹ ⁊ homo/sub modica specie panis et vini integer contineris ⁊ sine cōsumptione a sumente mandu caris. O dulcissime iesu q̄ta tibi reuerentia ⁊ gratiarum actio: cum perpetua laude pro sumptione sacri corpous tui debetur: cuius dignitatem et excellētiam nullus hominū explicare potens inuenitur. Currunt multi ad diuersa loca pro visitādis reliquijs sanctorum. et mirantur audiētis gesta eorum: ampla edificia templor⁹ inspiciunt. et osculātur sericis et auro involuta sacra ossa ipsorū. Et ecce tu quādo presens es in altari deus meus: sanct⁹ sanctorū/creator omniū/et dñs angelor⁹: modicam tibi exhibēt reuerentiam. Heu prohdolor: quot et quāta vidi peragrādo mundū? In plerisq̄ locis vbi requiescūt alique sanctor⁹ reliquie: ad honorē ipsarū plures lampades accensas/ac multos cereos tenent: et ad tui pretiosissimi corporis honorem vix vnam tenēt lampadem: et quod peius est aliquando extinctam/vel nullam. O magna hominū demētia. Sepe etiā in reliquijs videndis est curiositas hominū ⁊ nouitas inuisor⁹: et modicus reportat emendationis fructus. maxime vbi est tam leuis siue vera cōtritione discursus. In sacramento autem altaris totus presens es deus meus homo xp̄s iesus: vbi ⁊ copiosus percipitur eterne salutis fructus quotienscunq̄ fueris digne ac deuote susceptus. Ad istud vero non trahit leuitas aliqua/nec curiositas/aut sensualitas: sed firma fides/deuota spes/⁊ sincera charitas. O inuisibilis conditor mūdi deus q̄ mirabiliter agis nobiscum/q̄ suauiter ⁊ gratiose cum electis tuis disponis: quibus temetipsum in sacramento sumendum proponis. Hoc nāq̄ omnē intellectum superat. hoc specialiter deuotorum corda trahit/⁊ accendit affectum. Ipsi em̄ veri fideles tui/qui totam vitam suam ad emendationem disponunt. Ex hoc dignissimo sacramento magnam deuotionis gratiam/⁊ virtutis amorem frequenter recipiūt. O admirabilis ⁊ absco dita gratia sacramenti quam nouunt tantum christi fideles. Infideles autē/⁊ peccatis seruientes/experiri nō possunt. In hoc sacramento remittūtur peccata ⁊ cōfertur spiritualis gratia: et reparat in aia virtus amissa/et per peccatuz deformata reddit pulchritudo. Tanta est aliquando hec gratia: vt ex plenitudine collate deuotionis/non tantum mens/sed ⁊ debile corpus/vires sibi p̄stitas/sentiat ampliores. Hoc est etiam illud dignissimum sacramentum quod reducit ad memoriam passionē christi: quod fidem confirmat: spem auget: et charitatē inflāmat: hoc est quod dat vitam gratie: ⁊ vnit christo: mādūcantem spiritualiter interna consolatiōe reficit: ipsum roborat. ⁊ ad operationem boni sustentat contra casum proueniētem ex propria infirmitate. munit cōtra demonis impulsum: defendit ab omnibus hostibus tam interioribus/vt puta tentationibus/⁊ malis inclinationib⁹ ad peccandum: q̄ etiam exterioribus: vt puta demonibus/et alijs quibuscunq̄ aduersarijs. Hic est ille panis nobis de celo prestitus/habens in se omne delectamentum ⁊ omnis saporis suauitatem. Panis etiam angelorum reficiens ⁊ adeo confirmans viatores/vt repulsis cunctis periculis/eos ad supernam perducat patriā. Dolendum tamen est valde/et miserandum sup tepiditate ⁊ negligentia nostra. q̄ nō maiori affectu trahimur ad christū sumendum. in quo tota spes saluandorū consistit et meritum. Ipse em̄ est sanctificatio nostra et redemptio. ipse consolatio viatorum: ⁊ sanctorum eterna fruitio. Dolendum itaq̄ valde q̄ multi tam parum hoc salutare mysterium aduertunt. quod celum letificat et mundum conseruat vniuersuz. Heu cecitas/et duritia cordis humani tam ineffabile donum non magis attēdere et ex quotidiano vsu etiā

ad inaduertentiam defluere. Si enim hoc sanctissimum sacramētum in vno tātum celebraret loco. ⁊ ab vno tm̄ ꝓsecraret sacerdote in mūdo: quāto putas desiderio ad illū locū talē dei sacerdotē/ boies afficerent/ vt diuina mysteria celebrare audirent. Nunc autem multi facti sunt sacerdotes. et in multis locis offert christus: vt tāto maior appareat gratia et dilectio dei ad hominē: ꝙto latius est sacra cōmunio diffusa per orbem. O mira circa nos tue pietatis dignatio ꝙ tu onīc deus creator viuificator omniū spirituum ad pauperculam vignaris venire animā: et cum tota deitate tua ac humanitate eius impinguare esuriem. O felix mens/ ⁊ beata anima/ que te dominū deum meretur deuote suscipere: et in tua susceptione spirituali gaudio repleri. O ꝙ magnum suscipit dominū: ꝙ dilectum inducit hospitē: ꝙ iocundū recipit socium: ꝙ fidelem acceptat amicum: ꝙ speciosuz ⁊ nobilem amplectitur sponsuz: pre omnibus dilectis/ et super omnia desiderabilia amandum. Tu domine vniuersoꝝ/ quia nullius habes indigentiam voluisti per sacramentum tuum habitare in nobis. Conserua cor meum/ ⁊ corpus meum immaculatū: vt leta et pura conscientia sepius valeam tua celebrare mysteria/ et ad meam perpetuam accipere salutem: que ad tuum precipue honorem et memoriale perenne sanxisti/ et instituisti. Letare anima mea. et gras agē deo ꝓ tam nobili munere et solatio singulari/ in hac lachrymaꝝ valle tibi relicto. Gratias tibi igitur ago bone iesu/ pastor eterne. qui nos pauperes et exules dignatus es precioso corpore et sanguine tuo reficere: quo facilis nobis ad eternam beatitudinem prebetur aditus: quem nobis dignetur concedere ipse dominus iesus christus: ꝙ in celis regnat gloriosus per infinita seculorum secula.

AMEN

¶ Expliciūt sermones de xp̄o: qui sunt numero. xxv.

¶ Sequuntur totidē de ei⁹ matre Maria virgine.

129

¶ Sermo primus et in ordine xxvi. De īmaculata conceptione virginis Marie.

¶ Thema.

Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Habenk hec verba Cañ. iiij. Uel istud. Contere brachium peccatoris et maligni: queretur peccatum illius ⁊ nō inuenietur. Ps. ix.

¶ Prologus.

Quis laudes beatissime virginis digne decantare valeat? Facta est em̄ maria ianua celoꝝ: sublimatio aplorū: laus martyrū: inbilatio cōfessoꝝ: cōtinētia virginū. Facta est maria norma principū iusticia regum: salus oim populoꝝ. Gloria viduarū: gaudiū angeloꝝ: requies aiarū. spes peccatoꝝ. Facta est maria salus morum: mors criminū. vita virtutū. virtus pugnātū. palma victoꝝ. Facta est maria excelsa sup sydera: sanctior sup oēs feminas: cui⁹ vita ielita cūctas illustrat ecclesias. Et ideo predicte ỽgini merito attribui possunt illa ỽba scripta. Judith. xv. ca. Tu gla hierusalem. Tu leticia israel. Tu honorificentia ppli nostri. Quapropter oēs deuoti eiusdē imaculate matris dei cū ab aliquo hortantur ad credēdum ꝙ ipsa virgo purissima cōtammata fuerit originali pctō. debēt ỽba thematis nostri decātare. vi. Tota pulchra es amica mea: et macula. s. originalis/ vel venialis/ aut mortalis nō est in te. Sup quib⁹ ỽbis more solito/ mouetur talis questio:

¶ Utrum virgo maria mater dei fuerit concepta in pctō originali? Anteꝙ respōdeā huic q̄stioni. oꝛde cōcepi vobis primo declarare quedam necessaria/ ꝓ maiori intelligentia prepositę questionis.

¶ Primū est. Quid est peccatum originale? Respondeo. Peccatum originale est carētia iusticie originalis debite: in primo parente accepte. Uel sic ꝼm Anse. in. lib. j. de cōceptu virgi. c. xxvij. Hoc peccatū originale esse aliud itelligere nequeo in eisdē infantib⁹ nisi factā ꝓnobediētiā ade iusticie debite nuditatē ꝙ quā oēs sunt filij ire. Jsta ratio pcti originalis ꝓbatur ex hoc: qz peccatū formaliter est iniusticia. Jgit et tale peccatū ē talis iniusticia. Justicia aūt ꝼm eū. ibidē. c. v. ⁊. xvj. de casu diaboli: nō est nisi carētia iusticie debite. Dico igit ꝙ pctm̄ originale qđ est carētia iusticie originalis (vt. s. dictū est) nō est nisi carētia iusticie debite. Et si obycik ꝙ aliq̄ sctī videnk dicere cōcupiscentiā esse pctm̄ originale. Respōdeo. Cōcupiscentia pōt accipi. vel ꝓout est act⁹: vel habitus/ vel ꝓonitas in appetitu sensitiuo: et nullum istoꝝ est formaliter peccatū: quia non est peccatū in parte sensitiua ꝼm ipsuz. ca. iij et ca. iiij ibidem. Uel potest accipi ꝓout est ꝓonitas in appetitu rationali. i. in voluntate ad cōcupiscendū delectabilia immoderate que nata est condelectari appetitui sensitiuo: cui cōiungik. et hoc modo cōcupiscētia est/ materiale pcti originalis qz per carētiā iusticie originalis que erat ficut frenū cohibēs ipsam ab immoderata delectatione: ipsa nō positiue/ sed per priuationē fit ꝓna ad cōcupiscendū immoderate delectabilia. ficut exemplificat ca. v. De naui fracto gubernaculo. Et de equo fracto freno ꝙ dimittik sibi ⁊ ex hoc sequik motū inordinatū quem cohiberet illud frenum. Sic ad propositū. ꝑ hoc soluik predictū dubiū. quo querik. Quid est peccatū originale? Est em̄ formalr carentia iusticie originalis debite: ⁊ nō qualitercūq̄ debite: sed debite: qz accepte in primo parente: et in ipso amisse. Et ideo Adam nō habuit peccatū originale: quia illud debitū nō fuit ad ipsum traductum per aliquē parētem: sed ipse in se accepit illam iusticiā: et actu suo admisit. Que quidē iusticia originalis fuit quoddā auxiliū diuinum supnaturale: siue donum gratuitū necessariū homini ratiōe sue cōditionis. Qz cū sit cōpositꝰ ex aia ⁊ corpe: ex intellectuali ⁊ sensuali: ꝙ quodāmodo

si sue nature relinquatur intellectum aggrauat ⁊ impediat ne libere ad summū ꝓte platiōis ptingere possit. Ideo data fuit sibi iusticia originalis p quam si mēs bois subderet deo: etiā subderent oēs vires ife riores vsq; libere in deum posset tendere: cuius subtractio fuit facta per peccatum originale. Cuius duplex est pena. Una tata peccato. s. priuatio iusticie originalis/et carentia visionis diuine. Alia est pena concomitans. et huiusmodi sunt infirmitates/mors/⁊ inpotentia ad resistendum vitijs. Nam iusticia originalis erat quedam humane nature rectitudo scōm quam corpus anime subiiciebatur: et vires interiores rationi. (vt supra dictum est.) Et dicitur originalis: quia per originem fuisset a deo tradita filijs. i. quia erat in posteros per originem transfundenda Adam eīm non trāsfudisset illam iusticiā quam ei dederat deus/cum sit bonum supernaturale: sed ex mera liberalitate diuina esset datū proli: sicut fuit datum parenti. qui si prime tentationi restitisset cōfirmatus in illa iusticia fuisset. Et filius non habuisset illam iusticiam per meritum parētum. quia quod enim congruit toti nature non datur vni indiuiduo mediāte alio: sed singulis individuis/singule fuissent apposite iusticie originalis. Filius etiam natus non fuisset in illa confirmatus: quia filius non recepisset perfectionem iusticiā ꝑ pater: sed pater potuit eam ꝑdere et perdidit. Ergo et filius. nec etiam illa iusticia necessitabat eos ad bene agendum.

¶ Secundum declarandum est.

Quomodo contrahitur peccatum originale? Et quare a filijs Ade contrahitur? Pro declaratione huius questionis. Notandum est ſm August. libro. lxxxiij. q. ꝙ cōceptio humana sic debet proficisci: vt septem primis diebꝰ quasi lactis habeat similitudinē. Nouem vero diebus cōuertatur in sanguinem. Deinde in duodecim diebus solidetur. Demum decem et octo diebus formetur vsq; ad pfecta mēbra. Deinde vsq; tēpus partus in magnitudine augeatur: et hoc habet solū in masculis. In feminis autem anteq; organizatū sit corpꝰ requrūt. lxx. dies. vt in qt Aug. vbi supra. Phisici autem dicunt ꝙ. xl. diebus organizatur corpus masculinuz. Femellinū autem. lxxx. Ante autē ꝙ corpus sit perfecte organizatum non infunditur ei a deo anima rationalis: sed illa massa que a phisicis appellat embrio primo solum viuit vita vegetiua quia nutritur et crescit. Deinde viuit vita sensitiua quia sentit. Unde dicit Arist. xvj. de aialibus. ꝙ embrio prius est animal q̄ homo. Organizato aūt corpore deus creat vnā animā rationalem fine macula: ⁊ creando illam infundit. Non aūt ante organizationem infundit: quia anima rationalis est actus primus corporis phisici organici. vt ait Aristotel. ij. de anima. Licet autem quidā dixerint ꝙ in homine sunt tres anime: tamē hoc improbat. s. Tho. j. parte sum. q. lxxvj. et. cxviij. Affirmans ꝙ cum generatio vnius sit corruptio alterius. necesse est dicere ꝙ tam in homine q̄ in alijs aialibus quādo perfectior forma aduenit fit corruptio prioris. Ita tamen ꝙ ꝓsequens forma habet quicquid habebat prima et adhuc amplius. Quapropter cum anima intellectiua creatur et infunditur a deo: simul est sensitiua et vegetatiua corrupte formis preexistentibus. Quando autem corpus non est plene organizatum peccatum originale in eo esse nō potest. quia cum sit inanimatū anima rationali: non potest habere peccatuz cuius subiectum est ipa anima. Unde dicit Magister in. ij. sententiarū dist. xxxj. ꝙ caro sola licet fit per concupiscentiū generata/nec culpaz habet nec actum culpe. Nō etiam anima habet illud peccatū anteq; sit infusa corpori: qz a deo creatur sine macula. Cuncta eīm que facit deus sunt bona. Gen. j. ca. Istud autem ante infusionem anime habet in se corruptionem predictam. ⁊ inclinationem ad malum ⁊ rebellandū spiritui si cum eo coniungatur et ad contrahendam originalis peccati miseriam. maxime ex iustissima diuini decreti condemnatione/qua ordinatum est ꝙ omnes de semine corrupto primorum parentū peccātum ꝓpagati careant iusticia originali: et priuētur diuina visione et eterne fint dānationi subiecti propter culpam primi parentis: ob cuius inobedientiaz omnes posteri eius peccatores constituti sunt. ſm Apl'm ad Rom. v. ca. Et hanc ordinationem appellat idem apostolus cyrographum decreti. ad Colosen. ij. ca. Ex quibus patet ꝙ peccatum originale non ex eo solum contrahitur ꝙ anima coniungitur cum corpore infecto: sicut dixerunt q̄dam dantes exemplū de habente manus pollutas qui in eis recipit pomum mundissimum ex quibus fedatur. hoc eīm est falsum. Quia qualitas corporalis de se non potest inficere naturaz spiritualem. vt patet exemplo radij solaris non infecti propter feces corporales. Cum ergo peccatum originale non ꝓueniat principaliter a carne que cum illud non habeat in se non potest ipsum peccatuz in animam transmittere. ſm illā sentētiā que ait. Remo dat quod nō habet. Item nec anima: eadē ratione. quia cum nullū in sua creatione recipiat aia peccatū. et sic mūda infundat corpori. Nam deus ipsam animā creādo simul corpori infundit. ſm Aug. lib. de ecclesiasticis dogmatibꝰ. nō potest corpus aliquo vitiare pctō in ipsa infusione. Item nec a parentibus transmittitur ipsuz peccatū in filios. Si eīm hoc esset: sequeretur ꝙ generati a parentibꝰ baptizatis et cōsequēter ab originali pctō liberatis: non cōtraherent ipsum originale peccatum: quia parentes transfundere non possunt quod ipsi nō habent. Ideo est dicendum ꝙ hoc principaliter procedit ratione prime prevaricatiōis: ꝓpter quā humana natura in Adam deprauata: et dei inimica cōstituta: p diuinā sententiā fuit dānata: atq; ad hoc debitū in ipsa prima ꝓuaricatione factū p tpe singulis suppositi suis cōtrahēdū mediāte corrupta carne ab ipso primo ꝓuaricatore ꝓpagata merito ⁊ deputata. Et hoc inuit Amb. in lib. de vbis apli. cuius vba refert Magister sentētiaꝝ in. ij. dist. xxx. di. Corruptio per conditionem offensiōis manet in corpe: robur tenēs diuine sentētie date i Adam cuius cōsortio maculatur peccato. scilicz ꝛnima. Hec ille. Ad puniendam ergo hāc culpā totius humane nature in adā lapse iusto dei decreto statutū est vt ois aia intrans corpꝰ ex semine infecto talit propagatū inficiat. sicut etiā Leui. xiij. fuit decretū vt q̄cūq; intraret domū leprosaz efficerek immundꝰ. Hoc aūt decretū punitiuū fecit deus: qñ (vt habek Gen. ij. c.) dixit primo parēti. In q̄cūq; die comederis ex eo. s. ligno sciētie boni et mali. morte morieris. Tūc. n. tulit dānatiōis sniam cōtra eū et posteros ei⁹ ab ipo propagādos qui virtualiter in lūbis ei⁹ erāt: si de ligno vetito comederet. Et sic deꝰ non fuit nec est auctor peccati: sed vltor. Quare aūt istaz dānatiōis sniaz nō incurrerit btā vgo maria q̄ etiā ipa erat mō ꝑdicto in lūbis Ade. infra declarabit. Qñ ergo aia infunditur corpi ex semine infectoꝝ primoꝝ parētū ꝑ pagato: tūc imediate ꝓbit pctm originale

¶ Et rō est: qz pctō primoꝝ parentū tota ña humana q̄ in illis tūc erat/tota virtualit fuit infecta. ſz Aug. xiij. de ciui. dei. ⁊ Bona. in. ij. di. xxxj. Ideo sicut si vtuose virtissent/hoies ab eis descendētes fuissent remunerati: ita per pctm fuerūt merito puniti. Qui eni sentit cōmodū debet sentire incommodum: Et hoc est quod inquit Apostolꝰ ad Romanos. v. dicēs. In quo omnes peccauerunt. Et pro huius cōclusionis claritate/notitia et congruentia/inducuntur aliqua exempla.

¶ Primū est ꝙ sicut cōtrahit irregularitas i bigamo ꝓpt eccl'ie statutū quo ordinatū fuit ꝙ q̄cūq; contraheret cū duabus vxoribꝰ fit irregularis: vel q̄cūq; contrahit cū vidua ab alio marito cognita est etiaz irregularis. vel etiā si duxit vxorem quomodocūq; corruptā. xxxiij. dis. c. maritū. Ita deꝰ istituit vt q̄cunq; spūs desponsatus fuerit carni ꝓpagate ab Adā obligek ad penā dāni que est pena originali pcti.

¶ Secūz exēplū est: sicut irregularitas cōtrahit in spurio p eiusdē eccl'ie statutuz: quo ordinatū est ꝙ q̄ nascūf de illegitimo coitu nō ꝓmouent nisi aduenat aliq̄d eximēs. c. iter dilectos. de excess. pla. Ita istitutū est a deo vt q̄cunq; nasceret ꝓpagatus ex semine Adam ifecto careret originali iusticia/⁊ priuaref eterna beatitudine: nisi supueniat dispensatio.

¶ Tertium exemplū est q̄ nati ex parentibus seruis/serui sunt. insti. de iure. pso. §. Serui aut̄. Et hoc ex statuto legis fit t mandato imperatoris. Cum ergo faciēs peccatuz seruus est peccati. Joh. viij. ca. Potuit deus statuere: vt oēs de primis parentibus seruis peccati nascerent: eidem subiacerentur seruituti.

¶ Quartum exemplū est: q̄ sicut quādo progenies aliqua est obligata tributis ex pacto alicuius parentis: eorum filij eodē modo nascuntur abligati. Sic quilibet homo/peccato primorum parentum diuino tributo originalis iusticie nascitur obligatus. Et benemerito. Nam secūdū Scotū in. ij. sententiaz dist. xxx. Adam accepit a deo iusticiam originalem pro se et pro tota sua posteritate. et factus est debitor eius. et ad illam obligauit se et posteritatem suaz que in ipso erat seminaliter et radicaliter. Unde peccādo priuauit se/et posteros suos ipsa iusticia originali.

¶ **Tertium** quod est declarandum. Est q̄ sit differentia inter conceptionem christi et marie virginis? Respōdetur q̄ in multis differt cōceptio christi a conceptione marie virginis.

¶ Primo. quia christus fuit conceptus absq̄ virili semine de purissimis sanguinibus beate virginis marie virtute spiritussancti. vt inquit Grego. super Cañ. Virgo autem maria fuit cōcepta ex vtroq̄ parente/et seminum cōmixtione. Nec est verum/quod a quibusdam rusticis/et idiotis vulgariter dicitur. q̄. s. virgo maria non seminum cōmixtione: sed ex spiritusancto fuit cōcepta: cum Anna et Joachim i aurea porta scilicē osculati sunt.

¶ Secō xps in primo instāti sue incarnationis siue conceptionis habuit corpus plene organizatum: et in eodem instanti infusa fuit anima in eius corpore: nec expectata fuit tēporis dilatio ad organizationem corporis. ſm Augūſti. lib. De fide ad ſPetrum. In eodem quoq̄ instanti fuit christus plenus scientys et virtutib9. ſm Grego. super illud. Canti. q. ca. Ecce iste venit saliens. Hoc autem non fuit in conceptione virginis marie.

¶ Tertio q̄ xps nō sit in originale conceptus hoc fuit ei cōueniēs iure nature t necessario: quia nullus princeps suis legib9 est subiectus. Beata aūt virgo fuit concepta sine peccato (vt infra ꝓbabitur) non ex natura/nec ex debito: ſz ex gratia et priuilegio sui filij. Unū Hiero. ad Eustochiū inq̄t. In maria totius gratie q̄ est in xpo plenitudo venit q̄ q̄ aliter. Aliter dixit: q̄ quod xps habuit ex natura. hoc beata virgo recepit ex gratia.

¶ Quarto: in primo instāti conceptiōis xpi: aia eius cōiūcta fuit persone diuine: quod non fuit in virgine.

¶ Quinto xps in sua cōceptione non indiguit redēptione passiua siue aliquoꝑseruante. nec habuit naturā pronā ad recipiendū maculā peccati originalis. et sic nec radicaliter nec formaliter habuit: nec habere potuit peccatū originale. Cuius rei rationes assignat Ansel. in li. de cōceptu virginali: quas brevitatis causa ptrāseo. Beata aūt virgo nisi ꝑseruata fuisset peccatū originale ptraxisset: q̄ radicaliter habebat vñ cōtraheret.

¶ Sexto beata virgo fuit per gratiā dei liberata a rebellione quā habuisset caro aduersus spm̄. Hoc aūt nō habuit xps. quia nullā rebellionē habere poterat in carne.

¶ Septimo aia xpi ab instāti cōceptiōis fuit impeccabilis et beata vt habetur in. ij. sen. dis. xj. Nō sic aūt fuit anima beate virginis: quia in ea fuit potentia ad peccandū. vt inquit dtūs Bonauē. in. ij. di. ij.

¶ Octauo xps in sua cōceptione a seipso accipere iusticiā potuit. Maria aūt non.

¶ Nono quia christ9 nō caruit originali peccato virtute sue passionis: nec virtute cuiuscūq̄ alterius. Maria aūt caruit illo merito filialis passionis future.

¶ Decimo quia xps verus deus et homo conceptus t de se omnipotēs. Maria aūt pura creatura: et de se nullipotens. vnde p3 differēa inter cōceptionē xpi t Marie.

¶ **Declarato** Quid sit peccatum originale et quomō contrahitur t quare a filijs Ade. Et q̄ differētia sit inter cōceptionez xpi t beate virginis. Hūc (gra dei opitulāte) tradet rōnsuz principali ꝓpositi q̄stioni.

Ad questionem siue ad dubiū principale ꝓpositum quod erat. Utrum virgo maria fuerit ꝓcepta in peccato originali? Respondetur q̄ non. t probat multiplici ratione.

¶ Primo. ratione electionis.
¶ Secundo. ratione improperationis.
¶ Tertio. ratione sufficientis diuisionis.
¶ Quarto. ratione desponsationis.
¶ Quinto. ratione preseruationis.
¶ Sexto. ratione concessionis.
¶ Septimo. ratione appellationis.
¶ Octauo. ratione perfectionis.
¶ Nono. figura/siue rōne figurationis.
¶ Decimo. auctoritatibus sanctorum t doctorum.

¶ **Primo.** Ratione electiōis. Fundamēnum cuius ponit beat9 Tho. in. iij. pte summe. q. xxvij. ar. iij. dis. Quos de9 ad aliq̄d elegit ita ꝓparat t disponit. vt ad illud ad q̄s eligunt iueniant idonei. iuxta illud apli. ij. ad Cor. iij. Idoneos vos fecit ministros noui testamēti. Sapiēs em̄ regulator ea q̄ sunt ad aliquē finē debet regulare ſm ordinē ipsi9 finis. iuxta dictū phi. vj. Meta. Sed gloriosa vgo maria fuit electa diuinit9 ab eterno vt esset mater dei. Ipa dicē te illō. Eccli. xxiij. Ab initio et ante scla creata sum. rē. t Prouerb. viij. c. Ab eterno ordinata sum et ex antiq̄s anteq̄ terra fieret. Que oia attribuit btē vgini. Ergo de9 p gram̄ suā eā ad tam mirabile opus idoneā ꝑseruauit. Unde de btā vgine dici pōt illud. Gen̄. xxiij. Hec est mulier quā ꝓparauit dns filio dni mei. i. xpo. De9 ꝓparauit eā. i. ante parauit q̄ foedida esset. q̄s fecit p gram̄ singularez. Et hoc est q̄s illi dixit angelus. Luc. j. Inueniſti gram̄ apud deum. Sed nō fuisset idonea mater dei: ſi vnq̄ vllo tpe vel etiam in momēto fuisset ꝑ pctm̄ ancilla diaboli. q: nō modica ignominia est filij: filj parentem habeat seruū. Unde diabolus potuisset ipropera re xpo dicēs. Genitrix tua pri9 fuit serua mea q̄ mat tua. Ante fuit filia ire ac; mortis t maledictiōis: q̄ gre. pri9 filia diaboli q̄ dei. Ergo cōcludēdū est q̄ p diuinā gratiā ꝑseruata fuit ab omni contagione t infamia/atq̄ seruitute pcti/t a subiectione diaboli. Unde ipsa agit de hoc deo gras. di. illud. pō. xxx. Saluasti de necessitatib9 aiam meā: nec cōclusisti me in manibus inimici.

¶ **Secundo.** Ratione improperatiōis. Nam ait Heron̄. in sermone ad Eustochiū. Nulli dubiuz est de matre vñi quin talis debuerit esse que nō posset argui de pctō: q: fuisset ad improperiū filij. Sicut em̄ nobilitas parentum trāsit in filios: sic econtrario ignominia parētū trāsit ad filios. Ideo inquit sapiēs Eccliasti. iij. ca. Ne glorieris in cōtumelia patris tui. non est tibi gloria sed cōfusio. Gloria em̄ hois ex honore patris sui: et de decus filij parēs sine honore. Quia ergo si beata virgo originali fuisset vitio maculata t corrupta: licet postea purgata t sctificata post lapsum: tñ infamia pcti remāsisset: q: semp de ea posset dici q̄ semel fuit in pctō. Pro fecto nullatenus est credēdum q̄ deus in peccatū ipsam labi pmiserit: cū nō possit fieri de preterito futurū: neq̄ ab ipso deo. Unde Hiero. ad Eustochiū inq̄t. Audaceter loquor: cum deus omnia possit: suscitare virginem post ruinam nō potest. Facta em̄ pro infactis haberi nō possunt. cū hoc solo priuet deus. Non tamē per hoc intelligitur q̄ deus nō possit in hoc reparare innocētiā depditā: quia hoc potest. Immo facta penitētia pcti q̄s habetur ac si nullā cōtraxisset: sed intelligitur: q̄ semel factū est: de9 facere nō pōt q̄ factū nō sit: ſz facere valeat q̄ habeatur ac si factū non esset. Unde Hiero. vbi. s. ait. Valet quidem liberare de pena: sed nō valet coronare corruptā. Ex quibus omnibus sequitur indubitanter tenēdum q̄ deus dilectā sponsam suam ante creationē mundi electam ab oīs pcti turpitudine preseruauit. Quis em̄ est hoim qui si posset spōsam suam facere: illā non absq̄ omni macula procrearet? Quis vero est ita insan9 qui illam in fornicationis vitium labi p̄mitteret? Deus autē cuius perfecta sunt opera: profecto sanctissimū illud tabernaculū beate virginis omni puritate et in-

nocentia repletissimum formauit: in cui⁹ sacratissimo vtero factus homo nouem mensibus habitaret. Et hoc est quod beatus Ansel. in libro de conceptu virginali. ca. xviij. loquitur. di. Decuit vt cōceptio illius hominis de matre fieret purissima tanta puritate qua sub deo neq̄at maior itelligi. Cui de⁹ pater vnigenitū suū q̄ de corde suo genuerat equalē sibi ita dare disponebat: vt esset naturaliter vn⁹ idēq; dei patris ⁊ v̄ginis fili⁹. et quā sibi fili⁹ substātialiter matrē facere eligebat. ⁊ de qua spiritussctūs opatur⁹ erat vt ex ea cōciperet et nasceret ille de quo ipse prędebat. hec ille. Nō fuisset aūt btā v̄go purissima tāta puritate qua sub deo nequeat maior intelligi: si originali fuisset peccato maculata. Quod pfecto incongruū indecensq; ac i improperiū tanto filio ertitisset: Ideo cyrillus ait in lib. cōtra Nestoriū. Propter filiū/temerariū est i maria v̄gine ponere culpā aliquā vel pctm. Unde patet q⁹ ratione improperatiōis virgo maria nō est concepta in peccato originali.

¶ Tertio. Idem probatur ratione sufficiētis divisionis. Secundum em̄ regulas logicales argumentū a sufficienti divisione bonum est. Fit aūt hoc argumentū. Dā posita aliq̄ sufficiēti ac necessaria divisione postea aliq̄ eius partes cōfutant: reliquę aūt inferunt/vel vna earū tantum aliis omnibus negatis. Arguendo igit tali argumento dico q⁹ circa cōceptionē v̄ginis marie. necesse est cernere vnā de q̄nq; opinionibus. vz. Aut q⁹ ipsa benedicta virgo nō fuit capax gr̄e pservationis a peccō originali. et ideo nō debet ei talis honor attribui: cui⁹ nō fuit capax ⁊ idonea ad illū. Aut q⁹ deus nescivit illā preservare. Aut q⁹ non potuit pservare. Aut q⁹ noluit eam preservare. Aut q⁹ potuit et etiam voluit eam preservare.

¶ Prima opinio est falsa. quia dicit phs Contraria nata sunt fieri circa idem. Si virgo maria fuit capax peccati originalis. ergo fuit etiam capax gratie preservationis ab originali peccato. Preterea: cū v̄go maria fuerit capax vt esset mater dei et virgo perfecta ante partum: in partu: et post partum. ⁊ cū q; meruerit elevari super oēs āgelicas hierarchias ⁊ effici regina celor: q̄to magis fuit capax huius gratie: vt sine peccato originali cōciperetur? Certe multoplus. Qui em̄ est capax maioris dignitatis et excellētie: multo est capacior minoris. Et cui concedit quod est maius. videtur etiam cōcessum quod est minus.

¶ Secūda opinio est falsa. vz. q⁹ deus nescierit pservare beatā v̄ginē cū oīs sapiētia ab ipso sit. Eccl'iasti j. Ipse em̄ est infinite sapientie. Unde pā. cxlvj. dicit. Magnus dñs noster et magna virtus eius: et sapiētie eius nō est numerus. Et ad Ro. xj. ca. inquit Paulus. O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei. ⁊c.

¶ Tertia aūt opinio. vz. q⁹ deus non potuit eaz preservare est falsissima: quia est cōtra primū articulū fidei qui dicit. Credo in vnū deū patrē omnipotētē. Negat em̄ ei⁹ potētiā. cōtra illud. Luce. j. Apud deū non erit ipossibile oē v̄bū. Cū em̄ (vt supra patuit) peti originalis dānatio sup filios ade: ex decreto divino pueniat: seq̄t q⁹ ipse de⁹ pōt revocare tale decretū. Dis em̄ res p quascūq; causas nascit: p easdez dissoluit. Immo princeps nō solū pōt suspēdere legē per ipsum factā: aut etiā totaliter revocare: sed etiā priuilegia cōtra ipsaz cōcedere. Q; aūt de⁹ potuerit pservare btām v̄ginē, pbat etiā rōne maioritatis sic. De⁹ potuit facere maiora: q̄ ⁊ fecit ergo potuit facere minora. Antecedēs p bat multiplr. Primo sic. De⁹ potuit materiā creare de nihilo ⁊ naturā angelicā sine oi petō q̄ est mai⁹. Ergo potuit facere q̄ est min⁹. s. pservare matrē suā ab originali petō. Secdo potuit de⁹ facere de minori mai⁹ nullo addito: ⁊ sine rarefactiōe sicut fuit in mulplicatiōe q̄nq; panū. Jo. vj. c. et coste ade Gencf. ij. c. Vā de costa ade potuit facere euā quam fecit matrem oīm hoīm sine originali macula. ergo et matrē suā potuit preservare/ab omni macula. Immo q̄ fortiꝰ est potuisset deus si voluisset etiā alios ab adā ppagatos pservare ab originali petō et totaliter annullare decretū ac legē cōtrahēdi peccatū originale p rationē pdictā. Ille igit q̄ Joānā

in ventre ceti seruauit incolumē. Jone. ij. Potuit etiā matrez suā a morsu diaboli/ab omni originali macula preservare.

¶ Quarta quoq; opinio est falsissima. vz q⁹ deus potuerat quidē matrem suam ab originali macula pservare: sed noluerit. Hoc em̄ ppposito pio vero necesse esset fateri q⁹ xps non fuisset bonus filius erga suam genitricem. Bonus etem̄ filius tenet diligere matrē. et debet eam ab oib⁹ periculis/et dānis scōm suā possibilitatē liberare. q⁹ vt dicit phus vij Ethic. Dus et parentibus non potest reddi equivalēs Cū igitur christus ab eterno elegerit beatam virginē in matrem: et in ea acceperit totam humanam substantiam corporalem. Concludendū est q⁹ ipse (cui omnia futura erant presentia) a cunctis malis ac dānis peccati originalis (que sunt priuatio gratie spiritussancti/et iusticie originalis: deturpatio/et maculatio anime: obligatio pene eterne: priuatio visionis divine/ac celestis glorie: amissio dominij omnium animalium: impotentia ad resistendum virtus: et obligatio mortis corporalis:) eam voluit preservare: vt boni filij debitum adimpleret. Excepta tamen morte corporali: ad quā nō tenebatur ex peccato: sed ꝓpter alias causas: quas ponam in sermone de eius morte. Si em̄ xps noluisset preservare matrem a tantis malis cum posset: sequeretur q⁹ nō fuisset bonus filius. Immo cōtra ꝑceptum legis fecisset de honore parentum. Exod. xx. ca. Deut. v. ⁊ Mat. xxv. Non em̄ honorasset eam sicut potuisset: immo eam multū inhonorasset et vilipendio habuisset. vnde potuisset appellari ipius filius. Sed hoc est nephas dicere de nostro benignissimo redēptore quo nunq̄ fuit melior filius erga matrem suam: qui illi fuit obediens et reuerentissimus in omnibus. Luce. ij. ca. Et non venit soluere legem: sed adimplere. Matth. v. ca. vnde Aug. in quodā sermone ait. Runquid non pertinet ad benignitatem dñi matris honorem seruare qui legē soluere non venerat: sed adimplere. Lex aūt sicut honorē matris pcipit: ita ⁊ ihonorē dānat. ¶ Ideo icōuincibiliter cōcludit veritas quinte et vltime opinionis. s. q⁹ deus non solum sciuit et potuit preseruare beatam virginem ab originali peccato. cui⁹ gratie ipsa erat capacissima sed etiā voluit ipsaz oīno preseruare. Cuz igitur nihil possit divine resistere volūtati Esth. vlti. c. Cūq; voluntas bñplaciti divini sit irrevocabilis. et necessario executioni demandet. Cūq; insup omnia q̄cūq; voluit deus hec fecerit pā. cxiij. Et alibi ipe dixit et facta sunt. Seq̄tur hec verissima conclusio q⁹ deus qui ab eterno voluit et ordinauit beatā virginez ab originali macula preseruare: illam absq; dubio preseruauit.

¶ Quarto probat v̄ginē mariā non esse concepta in pctō originali. rōne desponsatiōis. Decēs eteni fuit et consonū rōni: vt sponsa castissima dei nunq̄ careret gratia sui sponsi: sed semper iungeretur illi glutino charitatis: ita vt nec quidem per momentum inter ipsam et sponsum inimicitia ꝓtraheret: nec divortiū fieret. quod licite fieri nō potest sine causa. Si aūt i peccato originali fuisset bñdicta virgo concepta pio illo tunc nō fuisset eius amica: sed inimica: et a sponso suo divertisset et separata fuisset. Sed inter ipsam et deum semper fuit amicitia ⁊ dilectio. Unde ipsa inquit Canti. vj. Ego dilecto meo: et dilectus meus mihi. scz coniunctus est. et semper fuit vnitus. Ergo sine peccato concepta fuit. Ab eterno enim semper dilexit eam. vt matrem suam futuram: et in tempore vt matrem factam. Et ideo eam defendit a vituperio peccati originalis. Si enim beata virgo fuit concepta in peccato originali. sequitur q⁹ ipsa fuerit plus odita a suo sponso. s. deo pio illo tēpore q⁹ Cayn. aut Judas vel quicūq; alius damnatus: quod est impium et nefarium dicere. Nam quanto pena includens culpam est maior et grauior: tanto talis peccator a deo magis oditur. Sed pena virginis fuisset maior quia plura bona perdidisset. Et non propter aliud/nisi quia deus ipsam in peccato concipi voluisset. Igitur illo tempore eam deus plus quam alios odio habuisset. Non enim est aliud odium dei q̄ subtractio gratie. Sicut dilectio ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei erga creaturā nihil aliud est q̄ gratie communicatio vt dicunt theologi in.iij. dist.xxvij. Si igitur beata virgo maria in peccato originali fuit concepta: cōcludē dum est q̄ predicto modo fuit plus ceteris odita: qz in peccato originali existens cōmunicationē gratiaꝝ ad quas dispōsita erat nullatenꝰ habere potuit. Hoc aūt est manifeste falsuꝫ: quia ab eterno a spō so suo semper fuit dilecta. Ergo necessario fatendum est beatam virginem non fuisse in peccato originali conceptam.

¶ Quinto idem probatur ratione preseruationis. fundamentum cuius ponit. s. Tho. in.iij. parte sum. q. xxvij. art. iiij. di. q̄ virgo maria fuit preseruata a peccato venia li ad hoc vt esset idonea mater dei. Non enim fuisset idonea mater dei si peccasset aliunde. Et adducit tres rationes.

¶ Prima est: quia sicut honoꝛ parentuꝫ redundat in prolē: ita per oppositū ignominia matris ad filium redūdasset.

¶ Secunda: quia singularem affinitatez habuit ad christum qui ex ea carnem assumpsit. Non est autem conuētio christi ad belyal.

¶ Tertia: quia singulari modo dei filius qui est dei sapientia in ipsa habitauit nō solum in anima: sed etiā in vtero. In malinolā autem animā non intrabit sapientia: nec habitabit in coꝛpoꝛe subdito peccatis. vt ait Salomon. Sapiēti. j. ca. Ergo. ꝛc. Ex his ēm rationibus concluditur strictius q̄ virgo maria fuit ab originali peccato preseruata.

Cūq; Joachim animo suo diſcuteret ſi reuerti deberet: factū eſt vt ſopore teneret. Et ecce angelus dñi qui apparuerat vigilanti aſtat ei in ſomnis dicens. Deſcende. nam vxor tua pariet tibi filiā et vocabis nomen eius Mariā. hec vt vouiſtis erit ab infantia ſua dño conſecrata: t adhuc ex vtero matris ſue ſpirituſctō plena nec fori ſecus inter populares: ſed in tēplo dñi morabit. Et ſicut ex ſterili matre ipſa naſcetur: ita mirabiliter ex ea filius altiſſimi generabit. Cuius nomē Jeſus. t per eum oibus gentib⁹ erit ſalus. Et q hec fient hoc tibi erit ſignū. Cum queneris ad aureā bieroſolymē portā: Annam vxorem tuā obuiā habebis de tuo aduentu ſollicitā. Euigilans Joachim vocauit ad ſe omnes gregarios ſuos indicans eis ſomniū ſunm. Et illi adorantes deum dixerunt. Uide ne vltra contēnas angelum dei: ſed ſurge pficiſcamur/t lento gradu paſcentes eamus. Cūq; per. xxx. dies ambulaſſent. Apparuit idē angelus Anne: ea que viro dixerat patefaciens: t vt marito ſuo ad portā auream obuiaret imperauit. diuinum pmiſſum hilariter expectantes. Et factū eſt gaudiū omnibus notis t vicinis eorum: ita vt vniuerſi et affines de huius rei fama gratularent. Poſt hoc Anna concepit: et expletis menſibus nouem/peperit filiā: t vocauit nomē eius Mariā: cuius natiuitate nō ſolum pater eius t mater: ſed etiā tota illorū cognatio fuit letabunda et miro gaudio reſperſa. Puto autē hanc gratioſiſſimā puellā nō ſm morem aliorum naſcentiū gemitum emiſſe: ſed cum maxima iocūditate iter multa agmina angelorum dulciſſima cātica decātantium atq; pro natiuitate regine ſue exultātiū de vtero matris exiſſe/ magnāq; letitiā cum facie ac manibus demonſtraſſe: in faciem bis qui aderant arridendo/circunſtātesq; angelos aſpiciendo t mirando/ac cum eis pariter exultando. Accurrebant autem vndiq; gentes vt puellā tam pulchrā tamq; ſpecioſam cernere poſſent: a cuius ſacratiſſima carne miri odoris fragrantia emanabat: cuiſq; formoſiſſima facies tam lucidi ſplendoris radios emittebat vt omnes in ſtuporem conuerteret: nulluſq; vultus illius elegantiam' fieri valeret oculis intueri. O quanta fuit igitur conſolatio parentū eius? Profecto humanis nō poteſt expimi verbis. Gaudebant enim primo q; cernebant adimpletū/quod per angelum eis fuerat nunciatū. ſecundo q; de opprobrio ſterilitatis erant liberati. Erāt enī ipi diuites/eſtimati/ac de principalioribus populi iſrael. Et ideo ingens fuit eoꝝ leticia cū a tanto opprobrio fuerūt liberati. Tertio gaudebant q; accedere poterāt ad tēplum et ſua munera cū alijs offerre. quarto q; tam mirabili dono fuerāt ditati. Si enim vnū puū munuſculū tribuit gaudiū accipiēti. q̄to magis tā ſingulare donum filiationis? Nihil namq; habēt parentes gratius filijs quos magis diligunt q̄ ſe ipſos. t ratio eſt q; inter patrem et filiū non eſt differentia niſi ſolo nomine. O igitur beata anna que hanc benedictā puellā pēperiſti. dic (queſo) quātum dulcedinis in eius parturitione percepiſti et ſenſiſti. Si enim tanta in matre Joannis fecit dñs: p fecto plura in matre matris ſue peregit. Nonne maria plena gratia te amplī⁹ gratificauit: ſanctificata te ſanctificauit illuminata te illuminauit: in gratia cōfirmata te in bono roborauit. ad bonum inclinata te ad virtutes inclinauit. tot angelorum agminibus vallata te delectauit. diuina dulcedine recreata te cōſolationib⁹ repleuit: et mentē tuam ad celeſtia eleuauit. Si maria ſuo aduentu t filij exultare fecit Johānem. q̄to magis tuā aiam gaudio repleuit? O/q̄tum intellectus tuus illuminat⁹ fuit atq; inflāmat⁹ affect⁹ nō ſolū cū illa in vtero geſtabas: ſz etiā poſt eius ortum cū illam in brachijs geſtabas: amplexibuſq; fouebas. atq; lacte tuo nutriebas. Si Sara de Iſaac. Lya de filijs. Annaq; de Samuele gaudebat. pfecto ex cellētiori tribulatione tu exultabas de filia tua meliore/ac ſanctiore. et inter omnes puellas benedicta. a patribus figurata. et a prophetis pnūciata: quc ſpūſctō repleta te quoq; matrē ſuā repleuit ſicut Johānes ſuā genitricē. Luc. j. Sz quid dicem⁹ de patre Joachi? profecto incogitabili gaudio letabatur atq; infinitas deo grās exhibebat: q; tam nobilis filia ei eſſet donata. Et quia quod patribus antiqs erat pmiſſum in ſe videbat adimpletū. Gaude igitur pater Joachim cū filiā habeas qua domus Dauid honoratur/perficitur et exaltatur. Tu ergo cū filia tua oim facta imperatrice ſecura conuoca celum et terram/et oēs creaturas vt tecum deum laudent. decanta igitur ſpirituſctō plen⁹ cum eadē filia tua illud dulciſſimū canticum. Luc j. ca. deſcriptū dicens. Magnificat anima mea dñm. Et exul. tē. Quia fecit mihi magna q̄ potens eſt. Si em̄ merito filij ſui Zacharias repletus fuit ſpiritu ſancto. vt habet. Luc. j. ca. Profecto t filia tua Johāne generoſior: t ſpirituſctō magis repleta/te diuino ſpiritu repleuit t iubilare fecit. Et tunc verificatū eſt in te illud Prouerb. xxix. ca. Exultat gaudio pater iuſti: t qui ſapientem genuit letabitur in eo. Et ſic patet q̄ iocunda fuit natiuitas beate virginis ſuis parentibus.

¶ Secūdo Natiuitas huius ſanctiſſime puelle fuit celeſti curie iocūda. Nō ſolū em̄ illo die quo nata eſt facta fuit i celo ſpecialis ſupnoꝝ ciuiū exultatio: ſz etiā omni anno in hac die pticulari feſtiuitate recolit memoria natiuitat⁹ ei⁹. Unde legit q; poſtq; virgo gloriosa in celū aſſumpta fuit: dies natiuitatis ei⁹ aliquāto tpe fideles latuit Contigit aūt q; q̄dam vir ſctūs ſedule cōtemplationi inſiſtēs ſingulis annis ſexto idus decēbris in oratiōe poſit⁹ iocūdiſſimā angelorū feſtiuitatem audiret in celo. Qui cū deuotiſſime depcarēt vt ſibi reuelaret: cur quolibet anno illa tātū die t nō alia hoc audiret? Diuinū reſpōſum accepit q; vgo gloriosa dei genitrix Maria tali die mūdo fuiſſet nata. t pceptū fuit illi vt hoc fidelibus chriſtianis manifeſtaret vt cōcordes fierēt in hac celebritate celeſti curie. Cū ergo ſummo pōtifici t alijs i timaſſet. hūc diem in honorē natiuitatis ipſius vginis celebrandum vniuerſaliter ſtatuerunt.

¶ Tertio t principali⁹ gauiſa eſt trinitas beatiſſima de vginis huius natiuitate. Gauiſus eſt etiā deus pater de nobiliſſime ac iocūdiſſime ſpōſe ſue ortu. Gauiſus ē filiꝰ dei de matris ſue dilectiſſime natiuitate. Gauiſus eſt ſpiritusſctūs puellā illam modo editam que dignuꝫ ſibi eſſet habitaculū. et q̄ ſua ſancta obumbratione fecundata illum a quo ipſe procedit vnigenitum dei filium parturire.

¶ Quarto gauiſi ſunt ſancti patres qui erant in limbo qui cognouerūt ab angelis natiuitatē ipſius vginis: tum q; deſcēſus erat angelorū ad ipſos deferēdo alias iuſtorum in eodem loco. tum q; cum eſſent in ſtatu gratie t cōciues eorū futuri ad eos viſitādos t conſolādos deſcendebāt. Inſup q; illam naſciturā figuris/t pphetys pdixerant ipſi ſancti patres. t de ortu xpi in generali t ſpeciali quo ad tēpus fuerāt certificati. vt patet de Abraam de quo iquit. dñs Joh. viij. c. Abraā pater veſter exultauit vt videret diem meū: vidit et gauiſus eſt. t Jacob Genē. xlix. de ipſo pdixit. t Daniel. ca. ſui lib. de tpe ei⁹ pphetauit. Nō eſt putādum tale lumē poſt mortē ab eis eſſe amotū cū alia exuta a cōrpe recordeke eorū q̄ in corpe geſſit qz in pte intellectiua eſt memoria. vt pz i. j. Genē. di. iij. Unde diuiti dictū fuit ab Abraā. Fili recordare fili. tē. Luc. xvj. c. Et q; recordeſ affirmat Aug. ix. cōfeſſionū. t Grego. i. iij. moral'. Cognoſcētes ergo ſcti patres nō ſolū ſpū pphetico/t reuelatiōe: ſz etiā aliqua iſolita illuſtratiōe ortū vginis bñdicte: gras i mentes t laudes deo dederūt cernētes ad implēdas eorū pphetias t figuras in pte t in breui expectātes in totū cōplēdas. Uñ letabant t iocūdabant. atq; tripudiū magnū faciebāt t deū de tāto bñficio bñdicētes pulchrū cāticum cecinerunt. ſicut zacharias fecit in ortu Johānis. Luc. j. ca. t Anna in ortu Samuelis. j. Reg. ij. ca. Exultabat adā videndo lignū vite. ſ. Mariā diſponi ad fructū pducendū vite eterne i medio paradiſi. Genē. ij. c. Eua letabatur erūnā ſuā aboleri: t maledictionē a Maria remoueri. t loco maledictionis bñdictionē cōferri. Gaudebat Noe cernēs archam cōponi ad gen⁹ humanū liberādū: t arcū in nube poni ad fedus ppetuū ſtabiliendū. Jubilabat Abraā pmiſſuꝫ ſuū

impleri. Genes. xxij. ca. Jacob scalam ad celum ptingentem erigi. Gen. xxviij. ca. Sicq; alij patriarche t pphete/ac oēs alij scti indicibili leticia gratulabantur.

¶ Quapropter (ānto) t nos debem⁹ in hac die exultare t letari sicut admonet sctā mater eccl'ia q̄ in officio hui⁹ diei canit dicēs. ¶ Cū iocūditate nativitatē v̄gis marie celebrem⁹: vt ipa p nobis interedat ad dñm iesuz xp̄z. Et iterū. Corde t animo xp̄o canam⁹ gloriā in hac sacra solēnitate p̄celse genitricis dei marie. Ipsa em̄ est fenestra celi p quā deus oculo suo misericordie nos respicit. Unde canitur in officio eiusdē v̄ginis. Intrent vt astra flebiles celi fenestra facta es. Dicere aūt potest v̄go bñdicta q̄ est ostiaria paradisi illud Job. x. ca. Ego sum ostiū. p me si q̄s introierit salvabit. Ideo o pctores a patria celesti exules intrate p portā istā. Ite o infirmi ad medicū. Accedite o orphani ad parentē. Pergite o ceci ad lumē. Properate o afflicti ad cōsolationē. Ambulate o virgines ad speculū pudicitie. Festinate o matres ad matrē dei. Currite o vidue ad nutricē veri spōsi. Proficiscimini o pauperes ad thesauratricē bonorū celestiū. Egredimini o incarcerati per ianuā perfecte libertatis. Nosq; oēs in hac miseria⁹ valle laborantes rogem⁹ eā cū bto Augustino in sermone hodierno dicētes. Sancta maria succurre miseris: iuva pusillanimes: refoue flebiles: ora p ppło: interveni p clero: intercede pro devoto femineo seru: sentiāt omnes tuū iuvamen quicūq; celebrāt tuā sanctā nativitatem. Assiste parata poscentibus: et repende oibus optatum effectum. Sit tibi studium assidue orare pro populo dei/que meruisti benedicta preciū proferre mūdi. Qui vivit et regnat in secula seculorum.

A M E N.

¶ Sermo.xxviij. De nominatione marie.

¶ Thema.

Sur queris nomen meū quod est mirabile? habētur hec verba Genes. xxxij. c. t Judith. xiij. capitulo.

¶ Prologus.

Sentētia est Thome i iij. parte sume. q. xxxvij. art. ij. dicētis. Nomina debēt ꝓprietatib⁹ rerum correspondere. vt etiā patet in noibus generum et specierū. iij. Metaphisice. Ideo dicit cōmuniter q̄ noīa debent esse rebus cōsona. Q; si hec regula locū habet in nominib⁹ quarūcūmq; rerum: multo magis sortiet effectum in nominib⁹ a deo impositis: que significant aliquod gratuitū donum/tali nominato divinitus datū. sicut Genes. xvij. ca. Dixit deus Abrae. Vocaberis abraam: q̄ patrem multarū gentiū cōstitui te. Ante quippe vocabat abram per vnum a tantū. et Mat. xvj. c. inquit xp̄s Symoni. Tu es petr⁹: t sup hanc petrā edificabo eccl'iam meam. Dixit quoq; angelus Joseph spōso v̄ginis de noie filij dei. Mat. j. Vocabis nomē ei⁹ Jesus: ipe em̄ salvū faciet ppl'm suū a pctis eorum. Jesus quippe salvator interptat. Q̄ ergo nomē matris dei ipositū est a deo. vt inqt Hiero. sup Mat. Sicut etiā p̄z in p̄cedēti ꝓmōe cū angel⁹ dixit ex pte dei Joachim Vocabis nomē ei⁹ maria. Ita q̄ dici poterat v̄gini nascēti. illō Esa. lxij. c. Vocabit tibi nomē novū q̄ os dñi noiavit. t Esa. xlv. c. Ego dñs q̄ voco nomē tuū. Angel⁹ etiā nomē suū exp̄sit dū dixit illi. Lu. j. c. Ne timeas ma. tē. Uñ dicere poterat illō Esa. xliij. Vocavi te noie q̄ os dñi noiavit. Profecto nō est dubitādū maximam esse noīs ei⁹ excellētiā t ꝓprietatē: q̄ emanavit ab illo q̄ opus impfectionis nō novit. Illud nomē etiā dicit excellēs et elegās: q̄ d vificabile i quacūq; ei⁹ pte. Nō immerito btē v̄ginis nomē q̄ i qualibet lfa vificabile est/ac multas denotat prerogativas: excellētissimū dici debet. Unde ipi v̄gini dicere possum⁹ illud. ps. viij. Admirabile est nomē tuū in vniversa ter

ra. Quapropter de hoc altissimo nomine Marie hodie verba faciem⁹. Sed vt sermo noster habeat aliquod principiū more solito movetur talis questio.

¶ Quare mater dei appellata fit Maria? cū pot⁹ videat q̄ debuerit appellari eua. q̄ Gen. iij. ca. dr. Et vocavit nomē ei⁹ eua: eo q̄ esset mater omniū viventiū. Si ergo illa appellata est eua que erat mater oīm viventiū vita nature: multo fortius illa beatissima virgo debuit appellari eua que est mater omniuz vite gratie vivētium. Eua em̄ interpretatur vita.

Ad hanc questionem/ Respōdeo q̄ mater dei non debuit appellari Eua: (q̄ illi ipsa benedicta virgo in re/et in effectu/contraria fuit p omnia. Eua em̄ damnat. Maria salvat. Unde ipsa nomen Eue mutavit: Illa em̄ omnes homines generat in mūdum: ista in celū. Illa mater carnalis. ista spiritualis. illa mater miserie. ista mater misericordie. Illa principium mortalitatis. ista principiuz regenerationis. Illa gratiam perdidit. ista gratiam invenit. Illa desp̄ satur origo corruptarum. hec desp̄satur mansura virgo virginum. Illa prima virginitatē pdidit. ista prima v̄ginitatē deo p̄secravit. Illa a diabolo decepta. ista ab angelo edocta. Illā diabolus vicit p supbiā. ista diabolum vicit p humilitatem) Sed debuit appellari maria. Et hoc tripli ci ratione.

¶ Primo ratione figurationis.

¶ Secundo ratione derivationis.

¶ Tertio ratiōe significationis siue interpretationis.

¶ Primo Rōne. tē. Nomen beate virginis cōponit ex quinq; lfis: q̄ ipa est figurata p quinq; dñas veteris testamenti: quarum noīa incipiunt ab aliqua lfarum huius noīs.

¶ Prima ergo litera est. M. p quā denotat q̄ figurata fuit per Michol que fuit vxor Davidregis et prophete. et in tantū placuit David q̄ cum diu fuisset extra regnū israel. noluit contingere amicitiā cū abner principe militie ppli israel: nisi primo sibi p̄sentasset eaz. vt dicit. ij. Reg. iij. Narra totam hystoriaz si volueris. Sic beata virgo in tantū placuit altissimo q̄ filius dei per subtractionem gratie existēs extra regnuz mundi: noluit illud ingredi per incarnationem: nec amicitiam conīū gere cū primo homine et eius descendētibus nisi prius ipsa virgo nasceretur in mūdo. Michol enim interpretatur pietas. t ipa benedicta v̄go fuit pietate plenissima

¶ Scda lfa nominis beate v̄ginis est. A. per quam significatur q̄ fuit figurata per Abigail: que etiā fuit vxor David. Cum enim Nabal carmelus vir eius esset rustic⁹ et male respondisset nunciis David. Proposuit david ipsum occidere et oēs de domo eius. At vbi intellexit hoc Abigail mulier prudentissima/obviavit David cuz multis muneribus et humilibus verbis ip̄m placavit. vt habetur. j. Reg. xxv. Unde ibi hystoriam ad plenum. Sic beata virgo cognoscens deum esse iratuz contra genus humanū obviavit ei multis v̄tutibus ornata: et humilitate sua ipsum placavit.

¶ Tertia lfa est. R. Denotat q̄ ipa beata virgo figurata fuit per Rachel (cui⁹ sepulchrū ego vidi.) que fuit vxor Jacob. t genuit Joseph. q̄ interpretatur Salvator Ut habet Gen. xxxij. c. Poteris narrare hystoriā qualiter fuit venditus. xxx. denarijs. t quō salvavit fratres suos a fame tē. Sic beata virgo genuit xp̄m salvatorem mundi. q̄ fuit venditus. xxx. argenteis.

¶ Quarta lfa est. J. per quaz denotatur q̄ ipsa figurata fuit per Judith: que virtute castitatis occidit Holofernem. vt habetur Judith. xiij. Sic beata v̄go merito sue humilis virginitatis interfecit luciferuz principem demonum significatum p Holofernem: conterendo eius potestatem.

¶ Quinta littera et vltima in compositione nominis beate virginis est. A. p quā denotatur q̄ ipsa figurata fuit p Abisach sunamitem que fuit electa super omnes filias israel: tā pulchriorē t delectabiliorē ad ministrandum et seruiēduz Regi David. vt hꝫ. iij. Reg. j. cap. vbi dicit Et rex david senuerat: habebatq; etatē plurios dies. Cūq; operiret vestib⁹ nō calefaciebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixerunt ergo ei serui. Queramus dño nostro regi adolescentulā virginem ⁊ stet coram rege ⁊ foueat eum: dormiatq; in sinu suo: ⁊ calefaciat dñm nostrum regem. Quesierunt igif adolescentulā speciosaz in omnibus finibus israel: et inuenerunt Abisach sunamitē ⁊ adduxerunt eam ad regē. Erat aūt puella pulchra nimis: dormiebatq; cum rege ⁊ ministrabat ei. Rex vero non cognouit eam. ⁊c. Sic beata virgo fuit electa sup omnes mulieres ad ministrādum regi celesti. Unde ipsa inquit. Ecclesiasti. xxiiij. ca. In habitatione sctā coram ipso ministraui. et Bernar. in quodam sermone: ait. Omnia opera misericordie erga filium beata virgo ministrauit. Nam ipsum virginea carne vestiuit. Cum lacte de celo ministrato potauit et pauit. Ipsum nouē mensibus in suo vtero hospitatus fuit: eūq; per infantiam vt infirmum visitauit: sed etiam omnia officia humilitatis illi exhibuit. Ab ipso in crucis carcere ligato nō recessit, ei⁹ quoq; sepulture interesse voluit. Patet ergo ratione figurationis q̄ mater dei debuit vocari Maria.

¶ Secundo mater dei fuit appellata maria ratione derivationis. Nam hoc nomē Maria derivatur a mari. et q; proprietates que reperiuntur in mare debebant appropriari gloriose virgini ⁊ in ea reperiri. Ideo fuit appellata maria. Sicut enī oīa flumina intrāt mare et exeunt ab ipso. vt dicit Ecclesiastes. j. c. Ita oēs gr̄e diuine intrāt in btā v̄ginē. iuxta illd. Hiero. ad Eustochiū. Ceteris p ptes gr̄a p̄stat: marie vō tota se infudit gr̄e plenitudo. Ab ipsa autē v̄gine gr̄e nobis cōicant. vñ Aug. in quodā sermone ait. Gr̄a plena es o maria quā apud deū inuenisti: ⁊ hāc ptotū mūdū diffundere meruisti. ⁊ Bern. etiā i quodā sermone inq̄t. In tm mariā deꝰ dilexit vt nihil nos habere voluerit q̄ per manꝰ eius non transiret. Dicitur ergo Maria quia sicut in mari est omnium aquarum congregatio: ita in ipsa est cōgregatio omniū gr̄az. Unde dicit Beñ. j. c. Cōgregatiōes aquarum appellauit maria. Locus etiā oīm gr̄arum vocatur Maria.

¶ Sed nota pro maiori declaratione istius rationis: q̄ in mari tria possunt considerari. s. origo fontium. Plenitudo aq̄rum: Tertio amaritudo saporum.

¶ Primo igitur mare est origo oīm fontiuz et fluuioꝝ: et ab ipso fluūt diuerse aq̄. Sic a Maria que est principiū oīm gratiarū fluūt ⁊ emanant diuerse gratie. A mari q̄dem fluunt aque puteales et fluuiales. Et sic a maria. de qua Canti. iiij. di⁹ fons hortoꝝ. puteus aquaꝝ viuentiū q̄ fluunt impetu de libano. Per istas tres differentias aquaꝝ intelligunk tres gradus gratiarum que omnes a maria in nos fluūt que sunt gratia incipiēs. siue preuenies. Gr̄a proficiens. et gratia perfecta. Gratia incipiens siue prueniens significatur p aquā puteal̄: q; sicut puteus habet aquam occultā: ita gratia prueniens peccatori nō datur propter sua merita. sz quadā occulta dei inspiratione infunditur. et dicit aq̄ viua ex eo q̄ pctōrem qui erat mortuus p culpaz viuificat. ⁊ omnia ei⁹ opa que erāt mortificata per peccatū reuiuiscere facit per gratiā. Hoc aūt facit beata v̄go. Per aquam fontalem intelligitur gratia proficiens. de qua dicit in predicta auctoritate Cañ. Fons hortoꝝ. Hortus enim dei sunt ipsi proficientes: in quibus sunt herbe et plante diuersarum virtutum: sed nec ipe herbe nec plante possunt germinare nec crescere/aut proficere: nisi sint ab ipsa aq̄ gratie irrigate. Ideo dicitur Beñ. ū. Fons ascendebat de terra. i. de virgine maria irrigans vniuersam superficiez terre. Per aquā vero fluuialem que fluit cum impetu. intelligit gratia perfecta que facit fluere cuz impetu. i. illos quos replet facit solicitos et feruentes. propter quod dicitur Ezech. j. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Impetus. n. ibi accipitur i bona significatione. s. pro bono desiderio et feruore. Tales enim impetus aquaruz .i. feruor et desideriuz a diuina gratia causatum facit magnam letitiā animarum. Et ideo dicitur ps. xlv. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei. Sunt aūt q̄daz aque stātiue. q̄dā lente: et q̄daz impetuose. Aq̄ stantiue putrescūt et significāt pctōres: q̄

stant et requiescunt in fecibus peccatorū. Unde Hiere. xlviij. dicit. Requieuit in fecibus suis. ⁊ Jobel. j. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Aque vero lente q̄ fluūt significant tepidos qui lente operantur ⁊ cū tedio/nausea/et negligentia/ ⁊ er q̄dā cōsuetudine faciūt sua opa et nō ex charitate. hi etiā dānank cum supradictis pctōribus existentibus in fecibus peccatorū. Et de istis tepidis dicit Apoc. iij. Utinaz frigidus esses: aut calidus: sed q; tepidus es incipiam te euomere de ore meo. Aque impetuose que fluūt cū impetu significāt viros perfectos: qui sunt spū feruentes et sollicite operātes: iuxta illd apl̄i ad Ro. xij. Spiritu feruentes dño seruientes. Ab isto ergo mari. i. a virgine maria fluūt oīa ista flumina: q; per eius gratiam feruētes efficimur: et diuinis consolationibus irrigamur.

¶ Secundo principaliter consideratur i mari magna plenitudo aquarū. Et sic in beata virgine est plenitudo gratiarū. De qua Bern. super missus est ait. Ipsa q̄dez est plena in ore gratia affabilitatis: in vētre gratia diuinitatis. In corde gratia charitatis: in manu siue in opere gratia misericordie et largitatis. Hec ille. Unde ipsa inquit Eccli. xxiiij. In me ois gratia vite et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. In ipsa quippe fuit gratia vite: q; illum qui est vera vita gestauit in ventre. In ipsa quoq; fuit gratia veritatis: quia verit atez et affabilitatē habuit in ore. In ipsa etiam fuit gratia virtutis: quia charitatem et oēs virtutes habuit in corde.

¶ Tertio et vltimo in mari ē amaritudo aquaꝝ ⁊ saporꝝ. Et sic in beata v̄gine fuit maxima amaritudo.

¶ Primo enī q̄n de Nazareth in bethleē veniebat cū Joseph. quia erat vicina parui: et non inuenerunt hospitiū: sed oportuit eos declinare ad diuersoriū tempore magni frigoris. Cogita o/anima deuota si maria tunc erat plena amaritudine cuz videret se tam in vili loco debere parere regem regum ⁊ dominum dominātium. Sed tamen fuit postea consolata. Et de hoc satis dixi in sermōe de natiuitate dñi.

¶ Scdo fuit maxima amaritudo i maria in circuncisione filij sui dulcissimi cū videret illum flere pre dolore in sciſure/ac sanguinez emittere. Et etiā in purificatione cum Symeon cū occidendū dixit Luc. ij. Tuā ipsius aiaz ⁊c. ¶ Tertio fuit maria amaritudo in maria in egyptiaca peregrinatione: q̄n. s. (vt habetur Mat. j. c.) propter herodis futuram persecutionē necesse habuit fugere in egyptum: sicut angelus in somnis admonuit Joseph. Possumus aūt devote meditari q̄ Joseph ex sōno consurgens non sine amaritudine dixit sponse sue virgini benedicte. O virgo dulcissima fugiamus repente: quia herodes filium tuum perdere querit. O quāt⁹ timor tunc virgineam mentem inuasit q̄ tusue dolor cor ipsius benignissimuz penetrauit. Puto enim q̄ sine mora filium in brachijs suscipiens lachrymātib⁹ oculis ipa delicata puella cū ipso Joseph ad destra iter arripuit. Cum aūt fuerūt extra ciuitatē virgo maria que fuit a Joseph si dixerat sibi angelus quo irent? Respondit q̄ sic. In egyptum. Virgo maria tunc valde timuit singulariter propter tria. Prio timuit considerando crudelitatem egyptiorum ad pueros hebreorū. Secundo cōsiderando eoruz carnalitatem. erāt enim valde luxuriosi ⁊ habebāt vxores turpes: et hebree erant valde pulchre. Tertio timuit considerando egiptiorū infidelitatē quia erant pessimi ydolatre.

¶ Sed si dicatur. Duz est dubium. Quō se potest regere hō et determinare. Utruz sit somniū aut revelatio?. ⁊c. Dicatur q̄ quando est revelatio dei cum tanta certitudine venit in claritate ac/si oculis propijs videretur. Ideo dicit apl̄us de q̄daz revelatione quā habuit. Scio cui credidi et certꝰ sum. ū. ad Thimo. j. Itē dicit beatus Aug. in lib. cōfes. de matre sua que habebat multas revelationes. Mater mea nescio quo sapore. Quod verbis exprimere non poterat dicebat se scire distinguere inter deum revelantem et animam somniantem. Alias revelatio prophetarū nō fuisset certa et vera q̄n somnis. ⁊c. Ecce quod dicit deus. Si quis fuerit inter vos propheta dñi in visione apparebo ei vel p somniū loquar ad illū. Numeri. xij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quare autē ista renelatio de fuga xpi ad infideles non fuit facta virgini marie que erat sanctior Joseph. que erat ita ꝙta vigilās sicut dormiens: et sibi vigilanti apparuit Gabriel quando salutauit eā? Respōsi. ꝙ licet virgo maria incōparabiliter esset magis sancta ꝙ Joseph: tamen ad ostendendū ꝙ regimen domus ad virū pertinet et non ad mulierem: quia mutatio domus et huiusmodi aut aliud regimen pertinebat. s. ad Joseph. Contēplare nunc. O anima deuota quot noctes duxerūt insomnes. quot vicibus sitis estuabant ardore quotiens et absq; cibo nocte vigilauerunt in heremo. timore latronuz et ferarum. Cōpatere anima deuota puerulo filio virginis sic peregrinanti et exulāti. cōpatere etiā matri ei? que in illa vasta solitudine nūc terretur: nunc tremit. nunc faciem ipsius lachrymis rigat. nūc euz adorat. nunc eius deflet penalitates. O si possibile esset angustias et amaritudines virginis quas passa est eūdo in egyptum: et manendo ibi per septem annos quasq; necessitates passa fuerit inter illos idolatras egyptiacos: quas etiam afflictiones perpessa sit in redeundo post septennium per illa deserta ⁊ periculosa loca cū parunlo Jesu septenni: profecto a lachrymis non possemus abstinere.

¶ Quarto in maria virgine fuit maxima amaritudo quando in templo filius remā sit. et ipsa per triduum eum cuz maximo cruciatu quesiuit. Unde inuento eo dixit. vt habek Luc. ij. Fili q̄d fecisti nobis sic? pater tuus ⁊ ego dolētes querebamus te. In quibus verbis ipsa expressit titulum magni honoris ⁊ affectuz magni doloris. Magnus enim honor in hoc notat ꝙ euz vocat filium. Unde Bernar. super missus est ait. Ecce marie priuilegium. Quis. n: hoc audeat angelorum? sufficit enim eis et pro magno habent ꝙ cum sint spiritus ex conditione. ex gratia facti sunt angeli. .i. nuncij dei. Maria vero deum maiestatis et dominum angelorum suum appellauit filiuz. dicens. Fili quid fecisti nobis sic? Dolorem autem expressit cum subdit. Ecce pater tuus et ego. ⁊c. Iste autez dolor causabatur ex triplici timore. Unus erat secundum Origenē. quia timebat ne iudeos tanq̄ indignos reliquisset. et ad p̄dicandum gentibus longe recessisset. Secundus erat secundū eundem Orig. quia timebat ne ad patrem qui miserat euz reduxisset. et sic humanam redemptionem sic exigētibus demeritis generis humani nō fecisset. Tertius erat. quia timebat ne in manibus filiorū Herodis deuenisset. Unde inquit Glo. super Luc. Metuebat btā virgo ne quod Herodes in eius infantia patrare quesierat: hoc Archelaus in ipsius puericia inuenta opportunitate perficeret.

¶ Quinto fuit plena amaritudie in morte sui dilecti sponsi Joseph.

¶ Sexto fuit maxima amritudo i maria quando suus dilectus filius fuit captus a iudeis. In eius enim collo posita cathena/ manus a tergo illi rabidissimi canes strictissime ligauerunt. et aliqui pilos a barba extrahere ceperunt. Quidam per capillos attractum in terram proiecerūt quidam proteruissimo ore contumeliebā tur. Quidem denicq; pugnis: ⁊ ensium pomis: dorsum eius humeros et caput atrociter percutiebant. O anima si illic affuisses protinus audiuisses armorum strepitū/ turbarum cōmotionem/ clamores perfusos/ rugitus et insultus: vidisses Jesuz ab inimicis captum/ furibundis ductum: a crudelissimis compressum. Nonne doluisses? nonne plorasses? Cogita igitur ꝙ valde fuit maria repleta amaritudine audiens et intelligens talia in suo filio charissimo fieri et exerceri.

¶ Septimo in maria fuit maxima amaritudo et maior omnium in passione christi iesu filij sui dulcissimi. Nullus enim cogitare aut dicere posset q̄ta mestitia patientem ac morientem filium suspirauerit et doluerit. Unde ipsa sustinebat itus/ quod filius tulit foris. Hinc deuotus Sanctus Bernardus in sermone de planctu virginis qui incipit. Quis dabit capiti meo aquas. sic ait de beata virgine. Credo firmiter ꝙ ipsa erat inter illas feminas que christum sequebātur ministrātes ei. Nullus aūt debet mirari si sequebat illū. cum ipse esset eius dulcor et desiderium. Hūc arbitror fuisse inter alias gemētes que lamentabantur flentes dñm. Poterat hec etiam esse inter illas filias hierusalē ad q̄s iesus nō clarus imperio: sed plen? opprobrio sputis illit? et flagellis afflict? sibiq; in angustiā mortis bajulās crucem cōuersus ait. Filie hierusalem nolite flere super me: sed sup vos flete. O vtinā o beata virgo dolor ille sic inhereret viscerib? meis: vt tunc inhesit tuis. Obsecro lachrymas illas mihi infunde quas habuisti in filij tui passione. Dic mihi si eras in hierusalē q̄n filius tuus captus fuit ⁊ vinct? ⁊ ductus ad Annam? At illa. In hierusalem eram quando hec audiui. ⁊ gressu quocūq; potui ad dominum meum flens perueni. Cum illum fuissem ituita pugnis percuti. alapis cedi. spinis coronari: et opprobrium hominum fieri: commota sunt omnia viscera mea. et defecit in me spiritus meus. et non erat mihi fere vox/ neq; sensus erant. ⁊ mecum mee sorores et alie femine plāgentes eum quasi vnigenitum. inter quas erat Maria magdalena q̄ sup omnes alias excepta illa que loquit tecuz volebat. Dum xps clamāte precone ⁊ imperāte Pilato baiulans sibi crucez trahere tur factus est cōcursus ppl̄oz. Aliq; aūt super ipsum plangentes sequebantur. Aliq; vero ludentes ridebant. Sequebatur ipsum prout poterat eius mestissima mater cum mulieribus que fuerant secute eum a Galilea ministrantes ei. A quibus velut mortua trahebatur quousq; peruētum fuit ad locum vbi crucifixerunt euz vbi ante oculos eius fuit in cruce leuatus: et ligno durissimo clauis affixus. et ipse tanq̄ agnus coram tondente se vocez non dabat nec aperiebat os suum. Aspiciebat ancilla dominum suum in cruce pendentem morientemq; turpissime. Tāto dolore vexabatur in mente ꝙ non posset explicari sermone. Manabat enim sanguis ex quattuor partibus rigantibus vndis. ligno manibus/ pedibusq; clauis confixis. De vultu illius pulchritudo efflu xerat omnis. et qui erat pre filijs hominū

specios⁹: videbatur indecorus omnibus. Videbam ꝙ complebatur prophecticum illud in eo. Vidimus euz et non erat aspectus neq; decor. quia iniquorum liuor et verba fedauerant vultum eius. Videbam me deseri ab ipso quem genui: nec supererat alius quia mihi erat vnicus/ obediensq;. Et ideo nō poterat capi in me dolor meus. Vox mea fere perierat omnis: sed dabam gemitus et suspiria et volebaz loqui: sed dolor verba rumpebat: quia verbum iam mente conceptum dum ad formationem pretenderet oris: ad se impfectum reuocabat nimius dolor cordis.

Vox tristis sonabat foris vulnus denuncians mentis. verba dabat amor que rauca sonabant. Nam lingua vocis magistra perdiderat vsum loquendi. Videbaz mori quem diligebat anima mea. et tota liquefaciebam pre dolons angustia. Aspiciebat et ipse benignissimo vultu me matrem ploiantem. et me voluit paucis verbis consolari: sed ipsa consolari non poram: sed flebam. dicens. Fili mi: fili mi. Quis dabit: vt ego moriar pro te? Moritur filius: cur secum non moritur misera mater? Amor vnice fili dulcissime noli me derelinquere post te: trahe me ad te ipsum: vt ipsa moriar tecum. Male solus morieris. tecum morte perimatur ista tua genitrix. O mors mihi misere noli parcere. Tu mihi sola pre cunctis places. Exerce vires tuas: trucida matrē et cum filio perime simul. Fili dulcor vnice singularis gaudium: vita anime mee: ⁊ omne desiderium: fac vt moriar tecum: quia te ad mortez genui: fine matre noli mori. Recognosce me miseram: ⁊ exaudi precem meaz. Exaudi me obsecro: in tuo suscipe patibulo. vt q̄ vna carne viuimus vna morte pereamus. O iudei impij nolite mihi parcere quia natuz crucifixistis et matrem crucifigite: aut alia quacunq; morte seua me perimite: dummodo cum filio meo finiar simul. oibas oibez radio. me iudea filio gaudio ⁊ dulcore. vita mea moritur: ⁊ salus perimit. ac/ de terra tollitur omnis spes mea. Cur ergo viuit in dolore mf post filiuz? Tollite/ suspendite

matrē cum suo pignore. Nō parcis pli. nō parcas ꝛ mihi. tu mihi soli moꝛs esto seua Tunc eni summe gauderē si cuꝫ xp̄o meo moꝛi possem. Melius est mihi moꝛi q̄ vitā ducere moꝛtis. O fili chare. o benignissime nate misere matris. suscipe p̄ces. de fine nūc esse durus matri qui semp ei fuisti benign⁹ in cūctis. suscipe matrē i moꝛte tecuꝫ vt viuat post mortē semper tecū. Nihil vere dulcius mihi q̄ tecum moꝛi. et vere nil amarius est q̄ viuere post mortē tuam. O iesu tu mihi pater: tu mihi mater. tu mihi sponsus. tu mihi filius. tu mihi oīa eras. nūc oꝛbor patre. viduor sponso. desoloꝛ prole. omnia perdo. O fili mi quid vltra faciam? Vbe mihi: vbe mihi fili quo vadam? vbi me vertā dulcissime natē? quod mihi erit solatiū? quis mihi subsidiū et cōsilium vltra p̄estabit? Fili charissime oīa possibilia sunt tibi. sed si non vis vt moꝛiar tecū: relinque mihi aliquod benignū consilium. Cui dns iam auctus in cruce oculis et vultu annuens de iohāne ait. Mulier ecce filius tuus. Tūc maria forte diꝛit. Heu proh doloꝛ. Quę commutatio est ista? Johannes p̄ iesu tradit. seruus pro dño. discipulus pro magistro. filius zebedei pro filio dei. purus homo p vero deo. O maria. quomodo tuā affectu fissimam aiaz nō pertrāsiuit hec auditio? qñ ꝛ nr̄a corda (licet saxea: licet ferrea pectora) sola scindit recordatio? Ūñ Ansel. inquit. Dña nostra quibus singultibus extimabo purissimū pectus tuum veratū esse cum audires. Mulier ecce filius tu⁹? Cogitare libet quantus doloꝛ affuit matris cum etiaz dolebant que insensibilia erant non lingua loqui: nec mens cogitare valeret quanto doloꝛe iuxta crucem stabat emoꝛtua mater que cōcepit illū virgo de spūsancto. Uoꝛ nō erat illi. doloꝛ abitu lerat vires. immō strata iacens p̄sallebat aīa quasi moꝛtua: viuens viuebat moꝛtis: viuēsq; moꝛiebatur: nec poterat moꝛi. ḡa viuens moꝛtua erat. In aīa illius doloꝛ seuiebat. volebat moꝛi potius q̄ post moꝛtem viuere christi. que male viuens moꝛtua tamen erat. stabat dolens confecta sceuo doloꝛe. Maximo etiā doloꝛe fuit repleta ipsa benedicta virgo in sepelitione filij sui: vt declaratum est in sermone xvj. de moꝛte christi ac eius sepultura circa finem. Uide ergo o populę mi q̄ bene proprietates maris conueniunt marie: in qua fuit maxima amaritudo doloꝛum: sicut et i mari est maxima amaritudo aquarum et lapoꝛuꝫ. Ratione igitur derivationis mater dei debuit appellari maria quasi amarum mare.

¶ Tertio mater dei fuit appellata maria ratione significatiōis siue interpretationis. Nomē enim virginis componitur ex quinq; litteris p̄opter quinq; p̄erogatiuas que sunt in ipsa virgine.

¶ Per. M. enim significatur. Primo q̄ ipsa est mediatrix nostra. s. inter nos ꝛ deum. Quia tantū per media sedank discoꝛdie et lites diriműtur. ideo homines a deo discoꝛdātes debent beataz virginem mediatricem interponere: vt pacem cū creatoꝛe suo possit reformare. Ipsa nanq; nata est mundo. vt per filiū suum humanū genus reconciliaret deo. Ante enim q̄ virgo maria esset in mundo tāta erat discoꝛdia inter deum et hoiem p̄pter peccatuꝫ primoꝝ parentum: q̄ nullus quantūcūq; sctūs ꝛ iustus audebat accedere ad deū p gloꝛia ipetranda. ſz oēs ex hac vita decedētes ad infernū descēdebāt. boni ad limbū. mali vo ad eternā penā ifernalē. Btā autē virgo sua mediatione nobis misericordiā impetrauit ꝛ gr̄am atq; gl̄iaz: iuxta illud p̄s. xlvij. Suscepimus deus miaz tuā in medio tēpli tui. i. btē virginis que multiplr̄ oꝛ mediū siue mediatrix. Unde Bern̄. in quodā ser. inquit. Mediatrix ē maria inter solē ꝛ lunā. i. xp̄m et ecclesiā. Primo ergo est mediatrix nr̄e salutōis: q̄ p ipam iusti p̄sequunt gr̄az ꝛ pcōres veniā ꝛ tādē gl̄az. Secdo est mediatrix nr̄e p̄iunctiōis ꝛ vnionis: q̄ nos diſūctos ꝛ diuisos a deo illi p̄iugit ꝛ vnit p charitatez. Tertio ē mediatrix nr̄e iustificatiōis. Demōes. n. nr̄az iustificatōez impediūt: vl̄ suis repūtatiōib⁹ nos ifestādo: vl̄ i bōis opib⁹ nos impediēdo: vl̄a finali pseuerātia nos retrahēdo. ſz btā vgo oīa ista impedimēta expellit. ꝛ iō nr̄az iustificatioꝛ p̄ficit. Quare est mediatrix nr̄e recōciliatiōis. P̄cto eni efficitur inimic⁹ dei p̄pter pctm̄ carnalis cōcupiscentie: vel superbie: aut auaritie. Ista aūt dei mediatrix hos inimicos dei recōciliat dō eos ad p̄fiam reuocat. Quinto est mediatrix nr̄e intercessionis. Ipsa. n. p nobis quotidie intercedit. ideo Ber. i fmo. de annūciatiōe ait. Si ad deū patrē vereris accedere: ad filiū fuge: quia hūc tibi fratrē maria dedit. Sed si forte in ipso maiestatē vereris diuinā: ad mariaz recurre in qua est humanitas pura: ꝛ ipsa exaudiet p sua p̄fectiōis. Sexto est mediatrix cōiocationis: q̄ cū adhuc esset i mūdo cōiocabat cū sanctis q̄ erāt in via ꝛ cū illis qui erant in patria. Hā cum supioꝛibus q̄ sunt in patria habuit omnimodā virtutū p̄fectionē. cū inferioꝛib⁹ vero qui sunt in hoc mūdo habuit merēdi cōditionē. Cuꝫ supioꝛib⁹ habuit securitatē ꝛ casum. cū inferioꝛibus vo habuit possibilitatē ad meritū. Cū superioꝛib⁹ exultationē: cū inferioꝛib⁹ vero coꝛdis cōpassionem.

¶ Secundo per. M. significat q̄ ipsa est mater vniuersoꝝ: iuxta illud Sap. vij. omniū eni bonoꝝ mater est. Et hoc. q̄ vnuꝫ hoiem genuit. s. xp̄m. ꝛ oēs reg̃iauit. P̄eperit. n. filiū suū primogenitū coꝛporalr̄: alios aūt oēs sctos spūaliter. Ipse eniꝫ ie sus nō cōfunditur electos suos vocare fratres per p̄s. di. Barrabo nomē tuuꝫ fratribus meis. quā auctoritatē allegat Paul⁹ ad Heb. ij. Hā per cōceptum ei⁹ ꝛ partuꝫ ex ipsa vgine possumus de illo dicere illō Gen. xxxvij. s. Caro et frater nr̄ est. vt sit ipse primogenit⁹. s. dignitate ꝛ sctitate in multis fratrib⁹. i. in oib⁹ sctis. vt ait ap̄l's ad Ro. viij. Dium igit sctoꝝ quos p spūalem gr̄am mediāte virgine reg̃iauit deus oꝛ mater ipta vgo immo etiā angeloꝝ f̄m aliquos: q̄ ipsa mediāte/ eoꝝ restaurata est ruina.

¶ Tertio per. M. significatur q̄ ipsa beata virgo est mater mie. Uñ canit ecclesia: Maria mater gratie mater misericordie. Et itez. Saluę regina misericordie. Bernar. etiaz in quodam ser. de misericordia Marie sic ait. Quis benedicte mie tue lōgitudinē/latitudinem ꝛ p̄ofundum inuestigare possit. Longitudo eniꝫ eius vsq; in diem nouissimū subuenit vniuersis ezinuocantibus. Latitudo eius replet orbē terraꝝ: quia eius misericordia plena ē oīs terra. Sublimitas eius ciuitatis superne ruinas instauraut. P̄ofunditas sedentibus in tenebris et vmbra moꝛtis se cōicauit ꝛ gratiam obtinuit. Sic ergo tue pietatis ipsam quā inueniſti apud deum gratiam notā facere mūdo. precibus suis obtinendi reis veniam: egenis medelā: pusillis coꝛde robur: afflictis consolationē: periclitantibus adiutoriū et liberationem. Hec ille. O peccatrix aīa si queris consequi veniam tuoꝝ peccatoꝝ apud deuꝫ: vade ad mariam virginem quia ipsa est fons pietatis ꝛ mater misericordie.

¶ Per. A que est secunda littera nominis marie significatur q̄ ipsa beata virgo est auxiliatrix nostra. Ideo Augu. in quodam sermone inquit. Domina nostra/auxiliatrix nostra: tuo filio nos recōcilia: tuo nato nos recommenda: tuo filio nos representa. Fac benedicta per gratiam quam inueniſti: per p̄erogatiuā quaz meruiſti. per misericordiā quā peperiſti. vt sicut te mediante filius tuus dignatus est particeps fieri infirmitatis ꝛ miserie nostre: sic quoq; te intercedente p̄cipes nos faciat glorie ꝛ beatitudinis sue. Hec ille. Beata igitur virgo fuit adiutrix siue auxiliatrix nostre redemptionis: et est auxiliatrix nostre iustificationis. P̄rimo eni fuit auxiliatrix nostre redemptionis quātū ad quat tuoꝛ genera causarum. P̄rimo quantum ad causam efficientem: quia illuꝫ genuit qui nostraz salutem operatus fuit. Dicūt enim iuriste q̄ idem iudicatur de eo qui ē causa alicuius actus. sicut de ipso actu.

Secdo quantum ad causam materialē q̄ de suis visceribus nostre redēptionis materiam ministrauit. Hā partus dicit etiaz portio visceruꝫ ipsius mulieris. Ideo aūt dicitur mater christi quia materiam ministrauit in gñatione eius. Tertio quantum ad causam formalem: quia p suā sanctam conuersationem nobis exempluꝫ bene viuendi p̄buit. Quarto quantum ad causam finalem: quia ad beatitudinem consequendam nobis a deo data fuit. Unde oꝛ

Universidad de Deusto Biblioteca

Apocal. xii. q̄ in capite ei⁹ est corona duodecim stellarum: quia omnes sancti per ipsam sunt coronati. Secdo ipsa est auxiliatrix nostre iustificationis. Et de hoc infra dicetur in sermone de obligatione marie ad genus humanū. Uideo/ miserrime peccator q̄ tu es obligatus marie v̄gini q̄ fuit et est auxiliatrix nostra in omnib⁹ nostris necessitatibus.

¶ Per tertiā ſam que cadit in ꝓpositione nois Marie. ſ. R. significatur q̄ ipsa est restauratrix et reparatrix/ ac/ reconciliatrix nostra: q̄ ita reparauit genus humanū vt nunc sit fortiꝰ q̄ esset ante: qz lapsa reparata cōiter sunt fortiora. De hoc aūt bñficio a mre dei recepto loquēs Aug. in sermone de natiuitate virginis inquit. Mater gñis nr̄i penā intulit mundo: genitrix dñi nr̄i salutē attulit mūdo. Auctrix pcti Eua. auctrix meriti Maria. Eua occidēdo obfuit. maria viuificādo profuit. percussit illa: sanauit ista. Hec ille. Et Ber. in quodā sermone ait. Hec est illa maria que totī⁹ orbis reparationē et liberationē: salutē q̄ omniū impetrauit: cui dictū est. Ne timeas maria inueniſti eni gratiā quam querebas.

¶ Secūdo per. R. significatur q̄ ipsa mater dei est: regula omniū viuentium. Ipa enim virgo sanctissima suis exemplis totum mundum in viam salutis illustrauit atq̄ omnibus hominibus normā viuēdi dedit. Unde canit ecclesia in officio natiuitatis eiusdē de ipsa v̄gine. di. Cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. Et Amb. inquit in lib. de virginibus. Habetis in ea exempla probitatis. vt sciatis q̄d eligere t quid reprobare debeatis. Cū. n. sit triplex status in ecclesia militante. ſcz virginum: coniugatorum et viduarum: ipsa in omni statu se repperit vt omnibus regulam daret.

¶ Item per. R. significatur q̄ ipsa est regina celorum: regina angelorum: et regina totius vniuersi. Ideo merito canitur illi. Aue regina celorum. Aue domina angelorum. ꝛc.

¶ Per. J. significatur q̄ ipsa mater dei est illuminatrix nostra. Secundū enim Hiero. Maria interpretatur illuminata vel illuminatrix. Fuit enim primo ipsa illuminata. Habuit enim intellectum elevatum t magis illuminatū q̄ aliqua vnq̄ habuerit pura creatura. Sup Arist: super platonē. super prophetas. super apostolos. super omnes sanctos: super omnes doctores: et super omnes prophetas. ꝛc. Secūdo ipsa est illuminatrix nostra. Ante aduētū enī suum peccati nebula totum mundum occupauerat: vt non esset qui verum lumē videre posset. Erāt enim omnes gentes q̄ si nebule turbinibus agitate. Uñ. ij. Pet. ij. Eratis enim tenebre: nunc autē lux in domino. Proinde in tenebris morabant Tandez processit beata virgo qua si fulgida stella effugans tenebras. et vniuersū mundum illustrauit. Unde Bern. in quodam sermone inquit. Marie presentia totus illuminatur orbis: adeo vt etiam supna ciuitas clarius rutilet virginee lampadis illustrata fulgoribus. Et ideo nomen Maria quod significat idez quod illuminatrix nostra: cum sit nomen amicitie et beneficentie. debet vnumquēq̄ ad illius amorem attrahere.

¶ Item per. J. significatur q̄ ipsa est ianua celi per quam ad felicitatem eternaz intramus. Digitur paupercula anima q̄ es plena peccatis. si cupis ingredi celestē patriaz recurre ad mariam: illi te deuote et corde contrito cōmendando: et ipsa faciet te mediante sua oratione ingredi illā eternam felicitatem.

¶ Per. A. que est vltima litera huius nominis Maria. significatur q̄ ipsa est aduocata nostra. Quando autez homo habens aliquam causam habet sapientem et bonuz aduocatum: potest sperareq̄ de sua causa victoriam reportabit: et consequenter cito ius suum obtinebit. Hanc ergo dignissimam aduocatam habentes letari debemus et exultare: quia ipsa causas nostras coram deo assumit: iugiter deprecans diuinam misericordiam vt dignetur nobis peccatoribus dare veniam peccatorum infundendo nobis suam gratiam: qua mediante valeamus peruenire ad illam gloriam sempiternam. Unde Bernardus in

quodam ser. inquit. Aduocatam premisit peregrinatio nostra: que tāq̄ iudicis mater suppliciter et efficaciter negotia nr̄a pertractabit. Propterea canit ecclesia. Eya ergo aduocata nr̄a illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. ꝛc. Per. A. significatur etiaz q̄ ipsa est habitatio et atrium omnipotentis dei: eo q̄ ipse i eo habitauerit nouem mensibus. Patet ergo o/ populi mi q̄ ratione figurationis: ratione derivationis: et ratione significationis: mater dei fuit appellata Maria. Clama hic. di.

¶ Nomen gloriose v̄ginis suauissimuz: nomenq̄ iocundissimū. Certe o maria non sum dignus te nominare. Sed si nō sum dignus propter me: sū dignus propter te: qz tu es digna noiari: t ab oibus amari et venerari: qz per te gratiam acquirimus: gloriam impetramus. per te maria frangunt vincula: soluuntur debita: vincuntur vitia. solidantur cōfracta. recuperātur perdita. renouātur vetera. roborantur infirmā. magnificantur minima. exaltātur infima. icepta promouētur. infecta perficiūtur. perfecta conseruantur. demones fugantur. purgatur cor. mens refulget. et animus inflāmatur: liquescit pectus. dulcescit gustus: et decoratur aspectus. Quis enim mortaliū posset o maria (nisi diuino esset illustratus oraculo) gloriam nominis tui declarare? Sicut enim in officio t dignitate nulla creatura est maior te: sic decens est vt nullum sit in puris creaturis nomen excellentius tuo nomine. Et sicut in nomine iesu filij tui quiq̄ littere cōtinentur: ita et in nomine tuo o virgo benedicta sunt totidem littere tuam perfectionem ostendentes. Prima littera. M. Misericordiam ostendit et pietatem tuam: qua plena est omnis terra. A altitudinem contemplationis que continue in deum fertur. R. religiositatem in cultu: habitu et in omni tui motu. J. innocentiam tuam et puritatem. Sed. A affluentiam exprimit gratiarum tuarum. Uel aliter cōprehendēdo cursum vite tue o virgo beata. M. dicit mirabilitatem conceptionis et natiuitatis tue. A. acceptionem tui in dei matrem. R. dicit rectitudinem quo ad omnes vite actus. J. imitationem perfectissimam t conformitatem ad christū. A. altitudinē gradus que super omnes ē in gloria sublimata. Et non solum littere nominis tui o dei genitrix: sed etiam syllabe declarāt tuam magnitudinem. Sūt enim due syllabe et vna littera. Prima syllaba. Ma. dicit maternum affectum quem habes ad fideles. Secunda. Ri. demonstrat rigorem tuum ad demones. A. vero littera acceptionem precum nostrarum a deo/ tue interuentionis ostendit.

Et ideo o maria: merito potes dici eo omnibus querentibus et scrutantibus nominis tui dignitatem: verba thematis nostri. Cur queritis nomen meum quod est mirabile. Digitur deuoti christiani quis vestrum est qui nō vellet toto conamine/ laudare/ magnificare/ extollere t exaltare nomen beate virginis. cū sit tante dignitatis ac excellentie. Surgite ergo t in terra flexis genibus: toto corde/ dicamus illi. Gloria et honor: laus et reuerentia tibi o maria: in perpetuum tribuatur: et nomē tuū glorificetur in eternum: quia tu es illa que sola peperisti preciū nostre redemptionis. Nos vero te humilr deprecamur vt digneris apud tuum dilectum filiū impetrare nobis in presenti gratiam: t in futuro gloriam sempiternam.

Amen.

¶ Sermo. xxix. de pulchritudine marie virginis.

¶ Thema

Pulchritudinem cādoris eius admirabitur oculus. Habentur hec verba Ecclesia. xliij. c. Uel istud. Quaz pulchra es amica mea: q̄ pulchra es. Cant. iiij. cap.

¶ Prohemium.

Quod est facultatis humane dilectissimi fres/q̄ diu in hoc mortali corpore viuitur. plene pertingere ad laudē gloriose virginis matris dei que oim hominū ⁊ voces excellit ⁊ superat intellectū. Quis. n. mortaliū nisi diuino illustrat⁹ oraculo de vnica dei et hominis genitrice quicq̄ modicū vel grande presumat edicere: immo nō timeat hanc pollutis labys nominare quā pater misericordiaꝝ et ātē secula de⁹ ꝓpetuā destinauit in virginē dignissimaz ac/pulcherrimā? Filiꝰ preelegit in mātem: spūssanctus none gratie domiciliū prepa rauit. qmbus laudibus seruitus hominū reginā efferet angelorum? Que preconia dilatet mortalis angustia: vel officia subministret? cui celestia parent et famulantur obsequia. qui dignā honoribus plausus hominū in terris accumulabit quam spirituū agmina beatoꝝ iugiter venerant in celis. Sed q̄ illā vt meretur non possumus laudare: saltem eius pulchritudinē extollere procuremus. De qua pulchritudine sup verba ꝓposita. Pulchritudinez candoris eius. ⁊c. sermonē faciemus. Et pro exordio nostri sermonis queritur

¶ Utrum virgo Maria/materdei habuerit pulchritudinem corporalē? Et primo videretur alicui q̄ non. Quia prouerb. vlti. dicitur. Fallax gratia: ⁊ vana est pulchritudo. Sed in beata virgine minime fuit de vanitate. ergo nec pulchritudo.

¶ Preterea pulchritudo mulierū est magna occasio mali. Unde Eccl. ix. dicitur Virginez ne concupiscas ne forte scandalizeris in decore illius. et iterum ibidem. Propter speciē mulieris multi pierunt. Sed beata virgo oībus debuit esse causa saluandi. ergo nulli causa perdendi ⁊ per consequens non pulchra.

¶ Preterea quanto plures sunt cause humilitatis/et castitatis/ atq̄ charitatis in aliqua persona: tanto maior et fortior est humilitas et castitas atq̄ charitas in ea. Ergo que summam habuit humilitatez/ castitatem q̄ et charitatem. omnes habere debuit causas ipsarum virtutuz. Quia igitur (vt inqt Ouidius in. j. de fastis) fastus inest pulchris sequiturq̄ superbia formaz. Est quoq̄ formositas causa luxurie iuxta illud Junenal. lib iiij. Rara est concordia forme atq̄ pudicitie. Est etiaz causa inuidie. Unde Ouid. inquit. Cupit formosa videri. Et si qua est illic formosior inuidet illi. Ergo arguendo per locū ab oppositis. Oppositorum enim eadē est disciplina. Cuz deformitas sit causa oppositorum. s. humilitatis: castitatis: et charitatz que nō inuidet. Uidetur q̄ beata virgo debuerit esse et fuerit deformis.

¶ Itez dns in incarnatione maximā ostēdit humilitatē: quia exinaniuit semtipm formā serui accipiēs. vt ait Paul⁹ ad phil. ij. Sed maior est humilitas assumere carnez de deformi q̄ de pulchra: qz q̄to remissius ē predicatuz tanto humilius est suuz subiectū. ergo dns debuit nasci d̄ deformi

Sed his non obstantib⁹ dico q̄ sicut dns Jesus xp̄s fuit speciosus forma pre filiis hoiz. vt predixit Dauid. p̄s. xliij. Ita beatissima virgo fuit pulcherrima inter oēs filios et filias hominū. Quod probat multiplici ratione.

¶ Primo rone figurationis.
¶ Secūdo rone assimilationis.
¶ Tertio rone formatiōis seu opatiōis.
¶ Quarto ratione causationis.

¶ Secdo mouet nos duplex ratio ad idem credendū. Una ꝓpter mysterium et obsequium prestandū ipsi marie/et puero iesu euntibus in egyptū/illicq̄ manētib9: ꝛ inde remeantib9/ꝛ cōsequenter ad perfectam etatē. Cōstat autem q̄ ad talia nō fuisset idone9 homo senio cōtractus/ꝛ impotens/qui eget amplius vt ei ministrek q̄ ministret. qui onerosior marie q̄ obsequētior extitisset. Alia ratio fuit ad cōseruandā marie famaz apud pfidos iudeos. ꝛ ad incarnationis mysteriū celandū demonibus. q̄ ratio cessasset prius si ioseph senex/frigidus/ꝛ maleficiatus palam apparuisset. Talis enī quo pacto credi potuisset alicuius pater infantis. Confitendū est igitur ioseph fuisse iuuenem atq̄ pulcherrimum.

¶ Queret igit aliq̄s. cur senex depigit? Cui rndeo q̄ depigit alicubi senex ꝓpter mētis maturitatē/ꝛ castitatis virtutem. sicut dicit sapiēs: q̄ etas senectutis vita immaculata. s. Sap. iij. c. Quo contradicit ꝓphēticus sermo q̄ maledictus puer centū annox. s. Esa. lxv. Uel ideo pingebak senex ab initio nascētis ecclie dūm Marie perpetua virginitas nondum/vt modo radices fixerat in cordib9 fideliuz. ne iuspicarenk carnale aliq̄d de ioseph et maria. Et hinc fortassis omissa est solēnizatio dētā venerādo/letoq̄ coniugio. Depictū tñ inuenim9 ioseph i etate iuuenili. Uel dic illō poeticū. Pictoribꝰ atq̄ poetis data est equa ptās. Sicut. n. multa mētiuntur poete. j. Metaphik. ita multa nō vera pingūt pictores. Nā non solū in falsis verbis: sz etiā in simulatis opibus mēdaciū est. vt ait Amb. in quadam homel. Ratio tñ principalis quare ecclesia sic fecit eū depingi senē/maturū ꝛ grandeuuz/fuit ad amouendā p̄dictā hereticoꝝ opinionē. Uidetur ergo istis nō incōuenienter tenendū q̄ ioseph erat iuuenis pulcherrimus/ꝛ formosissimus/atq̄ prudētissim9: vt esset similis sue spōse pulcherrime/formosissime ac prudētissime. Et q̄ sicut excepto xp̄o nullus vir/aut mulier vnq̄ fuit pulchrior btā virgine: immo nec tāte formositatis: ita excepto ipso dño iesu/ꝛ matre ei9: nullus vir/aut mulier fuit vnq̄ formosior sctō ioseph: immo nec tāte formositatis. et silr est dicendū de nobilitate sapiētia/puritate/virtuositatib9/et gratys gratis datis/ꝛ gratuz facientibus. Sicut decuit Mariam: vt summa puritate niteret. sic decuit vt haberet suo modo sponsum purissimū/qui cū ꝓpetua virgine virgo prius ac posterius ꝑmaneret. Uterq̄ regali progenie renitens/ꝛ illustris. Uterq̄ ictificationez in vtero recipiēs. Maria enī de qua natus est iesus/sicut fuit i vtero sanctificata priusq̄ nasceref. Ita de ioseph vginali viro suo pia credulitate/credi pōt q̄us nō omino silr. Potest fortitā hec dissimilitudo notari in hoc q̄ ioseph post originale contractum sanctificatus est in vtero/baptismo flaminis: sicut Johannes baptista/et aliox plurimi. Mariam vero ita preuenit gra sanctificās/vt q̄us lege cōi teneretur obnoxia originali: iuxta causas vniuersales gnationis ab Adam traducte. nō sic autē filius eius iesus/q̄ nō ex virili cōcubitu genitus est. nihilominus ipsa virgo maria lege priuata/ac priuilegiata sic preuenta est vt nequaq̄ illud pctm originale cōtraheret. et q̄m hoc/ꝛ potuit ꝛ decuit fieri. vt pfectissimus saluator filij eius pfectissimū in sua matre modū saluatōis impēderet. taliter eam sanctificando a petō vt in illud i q̄ aliq̄n cadura erat/ipo sanctificāte/ꝛ graz

infundē te/non caderet. et ita contereret caput serpentis antiqui/nunq̄ ab eius pe de contrita. Sicut etiaz maria habuit re pressionem fomitis originalis/ne in vitio sam exardesceret cōcupiscentiā: sic de Jo seph virginali sponso suo intelligi pie po test: presertim dum matrimonialiter ei dem cōiunctus est. Unde sicut maria po tuit ex sententia dicere illud Bare/vxoris Thobie iunioris/filie raguelis. Tu scis dñe q: nūq̄ cōcupiui virū. et mūdam fua ui aiaz meā ab oi cōcupiscentia viruz aūt cū timore tuo nō cū libidine mea consensi suscipere. Thobie.iij. Sic ipse Joseph po tuit apud deū gloriari: dicēs. Tu scis dñe q: nūq̄ concupiui feminā. et mūdam fua ui aiam meā ab oi concupiscentia. vxorē aūt cū timore tuo: non cū libidine mea cō sensi suscipere. Testis t assertior hui9 sen tētie nobis est hiero. in libello de perpe tua virginitate Marie ctra heluidiū. Jo seph igit priusq̄ iungeret cū virgine Ma ria corruptus/vel vxoratus nō fuerat. Et hoc maxime concludimus ex eo/q: si mfi sue dñs iam prouecte neminē dare custo dē voluit nisi virginē. s. Johānē euange listā: q̄to magis existimādū est/q̄hoc fieri voluit in adolescentioꝛ etate. Similit sicut ipe filius iesus noluit nasci: ita nec nutriri nisi in puritate virginali. Porro Joseph si ab vxore post immediatuz tps nuptiarum continuit semetipz sicut euā geliste testimoniū hz: q̄ non cognoscebat eā donec peperit filiū suū primogenitum Mat. j. Et hoc propter reuerētiā tāti sa cramenti: tantiq̄ mysteriꝫ. Hic aptissime datur intelligi q̄ nec post partū cognouit eam. qm̄ vigentioꝛ erat rō tunc q̄ prius vt ab eius cognitione abstineret. Et hoc nobis non vt dubiū: sed vt certa fide tenē duz inūgitur: q̄ maria post ptū inuiola ta pmansit. Addamus q̄ Joseph cuz esset vir iustus. Mat. j. Cum pr̄eterea fomitē originalis peccati vel repssuz vel extinctū haberet. Ita eni decebat fieri ne Marie speciositas vel familiaritas sibi cederet in scādalum vel rumā. Ipse ex cōuictu/et cohabitatione familiari marie nō mouebatur ad libidinē: sed ad castitatē. quā ex repssione huiusmodi fomitis in seipo/q̄ ex marie virtute/et merito: q̄ ex disciplinato conuersationis modo. Hic figuraliꝫ potest intelligi de sunamite: q̄ erat puella pulchra nimis: et dormiebat cuz dauid/q̄ tñ non cognouit eā/nec in eius cōcupiscē tiam quomodolibet exarsit. iij. Reg. j. ca. Sic enim certissimū est de maria coniuge sua. q̄ ex cōuictu/seu associatiōe viri/nul la eā carnis titillatio/null9 pruritus/nul la illecebra pueniens rōnē/vel inobediēs sibi verabat eā: alioquin peccasset saltez venialiter. quod Aug. negat. negant t doctores. Quia gr̄e plenitudinē habuit ad vi ncendū ex omni parte peccatuz. plusq̄ Adaz ex originali iustitia. Sicut enim. s. dictū est/in precedēti sermone. Nullus ex aspectu gloriose virginis/q̄us esset pul chra nimis/vrebat/aut inflāmabat ad fedam carnis cōcupiscentiā: sed eam po tius extinguebat ille diuinus aspect9/q̄si frigidus q̄dam ex oculis ros virgine9 spi raret/vel effluꝛeret a mente sua castissima Cum maria igitur gratia plena fomitem reprimente/manfit Joseph repletus gra tia peccatum saltem mortale quodlibet superante. Nouit maria mysteriuz incar nationis a seculis abscondituz angelo nū ciante. Nouit et Joseph admonitus in sō nis ab angelo. Et vt existimo pie pr̄i9 edo ctus familiarit a maria. Turbata est ma ria in angelica salutatione: sed non cōtur bata vel incredula. Turbatus est ipe Jo seph ad stupendū tante nouitatis miracu lum: ita vt nollet mariā traducere: sed eā occulte dimittere: non tamē conturbat9/ vel culpabiliter incredulus sed stupoꝛ q̄ dam apr̄ehēderat eum. Sicut de ꝓetro legimus. Luc. v. dum ait ad Jesum Exi a me dñe quia peccatoꝛ sum. Joseph eni si militer coniungi cōiugio tam excellentis sime virginis idignū se iudicabat. Propterea non ex credulitate suspiciosa (quia virgo adeo honesta erat q̄ de ea nullā penitus suspitionem habere poterat. Unde Chrysost. super Mat. inquit. O inestima bilis virtus marie. plus credebat Joseph sanctitati marie/q̄ eius vtero) sed ex pro fundissima humilitate videtur Mariam traducere noluisse: sed quasi dixisse. Exi a me domina quia peccatoꝛ sum. Uel quia.

(vt dicit glo. super Mat.) ex facie virgi nis egrediebatur quidā splendoꝛ tanq̄ si sol fuisset in laterna cryſtalli. Et ideo vi dens ioseph tantam maiestatē/ex humili tate volebat separari ab ea/reputās se in dignissimum conuersari cū ipsa. Sed ab angelo fuit confortatus Mat. j. Joseph fi li dauid noli timere accipere mariā coniu gem tuam. rē. Uisitauit maria zachariaz et helizabet. Non dubium quin de licētia ac consensu viri sui ioseph: tam de sacra mento incarnationis instructi. visitauit t ioseph de illo tūc: vel in solennitate pa schali que proximo erat. t ad quā ire iube bat lex in hierlm. Decātauit cāticum ma ria. cecinit et ipse zacharias. Non dubiuz quin particeps et conscius canticoꝛ istoꝛ ioseph extiterit. Congratulata est maria cum ceteris parētib9 t cognatis ipsi He lizabet puerpere dū iohannem enixa est a qua cōgratulatiōe ioseph alien9 nō fuisse putādus est? Maria filiū suū primogeni tum moꝛ vt natus est adoꝛauit cum gau dio/et exultatiōe. ioseph ab hoc adoratio nis gaudio et exultatiōe nequaq̄ alienus fuisse credendus est. Maria conseruabat omnia que dicebātur de puero iesu p pa stoꝛes: per tres magos: per Symeonē: per Annam: et per ceteros/cōferens in corde suo/t admirās non ex ignoꝛātia/sed ex in solita mysteriꝫ reuerētia. t ioseph simil'r. Plaz scriptū. s. Luce. ij. q̄ erat pater iesu/ t Maria admirātes sup his que dicebān tur de puero. Obediuit ioseph angelo iu bēti in somnis vt acciꝑet matrē cū puero t fugeret in egyptū. Mat. ij. Obediuit t maria nova illa puerpera/t delicata in uencula nocte cōsurgens. In qua peregri natiōe laboꝛiosissima dicere poterat vter q̄ ad dñm cum ps̄. Cantabiles mihi erāt iustificationes tue in loco peregrinatiōis mee. Quis autē sufficienter existimare possit egressuz/progressuz/ t ingressuz pi grinatiōis illi9 sepiēnalis? Quāt9 fuerit hic laboꝛ/doloꝛ et timoꝛ: t q̄t9 diuinoꝛuz sepoꝛ/et dulcoꝛ ex mutua collatione t al locutione ioseph cum maria t amboꝝ cuz puero iesu. ex recogitatione tandē di uini consiliꝫ/super redemptione gn̄is hu mani. Quis det interfuisse collocutioni bus huiusmodi? Quis peregrinātib9 his cōcesserit astitisse? Quis iconomiā illam honesta paupertate gratissimam viri/et vxoris cum filio vbi pro famulo dabatur asinus/considerare poterit? Si vetus illa mater helizabet exclamauit ꝓphetice ad vnicam marie salutationem. Si exulta uit pr̄e gaudio iohannes infans in vtero suo. quid ex continua cohabitatione/t al locutione cum maria/et puero iesu iust9 ioseph acceperit diuine consolationis/et illuminatiōis dici nequit. Quis det hy mnum de canticis syon: ex maria suauiter audisse in terra aliena? Quis det eam ba iulantem in vlnis speciosum forma pr̄e fi liꝫs hominū: que blādiebatur arrident i: que condolebat vagienti. que frequenter tibi viro suo ioseph bauiandum/fouen dum'osculandūq̄ tradebat videre. Pro fecto bene apparet q̄ inter mariam et io seph fuit amoꝛ indicibilis/t sanctissim9: Nam post xp̄m filium suū nullum hoiez vel creaturā aliam ita amauit virgo puris ma sicut ioseph. et simil'r ioseph beatissi mā virginē super omnes puras creaturas dilexit. Et sic nunq̄ fuit/nec erit aliqua mulier ita cōsolata de suo sponso sicut be ata virgo de ioseph: nec aliquis maritus ita cōsolatus de sua cōiuge sicut sanctus ioseph de v̄gine benedicta. t permaxime cognoscens q̄ deus fecerat cum dignum habitare t cōuersari cū sponsa diuina/et cū filio eius benedicto. in quas cōuersatio ne consolationes inextimabiles habuit. Sponsa eni dz cōicare bona sua suo spon so/et vxoꝛi suo marito. Et sicut femie gau dent priuilegus viroꝝm/et cōuiscant ra dus eoꝝm: ita etiam equum est viros co ruscari/et illustrari radus vxoꝝm/t par ticipare de consolationibus earum. Et ideo non est dubitandum q̄ beata virgo communicauerit suas consolationes cū dilectissimo sponso suo ioseph. et partici pem fecit eum suarū diuitiaruz spūaliuz. Cū etiā quilibet filius debeat cōicare cū patre suo de suis diuitijs. iniquissimū eni esset patrem egere cuius filius sit in fa cultatibus. Ideo credendum est/q̄ dñs iesus abundantissime subuenerit p̄i suo putatiuo/t nutricio ioseph de suis bōis t

operibus celestibus/ et consolationibus diuinis ipm repleuerit. O igitur consolatissime Joseph/ qta erat dulcedo tua quã er societate filij dei/ et matris eius percipiebas. Nonne vnicuiq; eox dicebas. In odorez vnguẽt oz tuoz currimus. Cant.j. Quanto enim societas est sanctior: tanto est iocundior conuersatio. Et qui cum bono conuersat bonus efficietur. ps xvij. et multo magis beatus Joseph cõuersando cũ sanctoꝝ sctõrum dei filio/ et matre eius/ quotidie in sanctitate crescebat: et proficiebat de bono in melius: intuẽs gesta/ et modos sanctissime vite vtriusq;. Nullus aũt vnq; fuit qui tantã partez habuerit de dulci Jesu/ et benedicta matre eius sicut Joseph/ qui (vt creditur) per triginta annos cũ eis conuersatus est in hoc mundo. Mã parũ ãte baptismũ xpi mortuꝰ est/ vt cõiter tenetur. Si igitur beatus Johãnes euangelista semel dormiens in sinu Jesu tantam consolationẽ recepit z fluẽta euãgelij de eius sacri pectoris fonte potauit. Dic mihi o/ quota aia. qle gandiũ cordis haberet Joseph in nocte natiuitatis dñi? Cantabãt angeli/ et ipe Joseph ex dulcedine flebat sollicitus facere ignem ad calefaciendum dulcẽ Jesum/ et matrẽ eius. Quãta erat teneritudo ipius Joseph qñ audiebat benignũ dei filiũ eum appellare patrem. et sibi in mensa seruire volentem? O vtinam ego vel vnũ de fragmentz illius conuiuij habere possem. Quantuz ꝓterea gaudebat/ qñ videbat dulcissimũ dñm Jesum in labore/ et artificio suo euz adiuuantẽ/ et sibi mirifica illius artis carpentarie ostendentẽ? Qua dulcedine replebatur: qñ ipsum parvulũ Jesum linuz tenebat in brachijs/ z dulciter osculabatur et stringebat suauiter non semel tm/ sicut Symeon senex/ sz quotidie: et adiuuabat coniugẽ suã virginem benedictam ad faciendũ infantulũ quietissimũ/ et gratiosissimũ/ et lintheamina lauanda. O benedicte Joseph quõ poteras sufferre tantã suauitatẽ/ quam dulcedo paradisi dei filius te suis brachijs amplexabatur/ z dulciter osculabatur: Si sanctus Frãciscꝰ loquẽs de deo cuz sancta clara raptus est in extasim cum ipsa: et rita igne spũssancti inflammatus vt videretur cirũstãtibus ꝙ totuz monasteriuz in quo erant arderet. Quid agere tu debebas qñ cũ sanctissima cõsorte tua virgine de celestibus loquebaris/ z cum ipso deo? profecto stupebas audiens mirabilia/ q̃ nõ licet homini loqui. Que consolatio tua erat qñ audiebas dñm Jesum cum matre sua colloquentẽ? Profecto tu illi dicere poteras cũ. ps. Consolationes tue letificauerunt animam meam. Quid agebas o bone ioseph qñ videbas sponsam tuam de nocte surgentze ad orationem et in oratione a terra elevatam: z innumera angelorũ multitudine circũdatam. et magno splẽdore renitentem: ac sepe pro peccatorũ cõuersione/ cũ lachrymis deum deprecãtem? Credo ꝙ et tu exurgebas/ et cum orante orabas: et cum lachrymante lachrymabaris: et totus devotione replebaris/ meritis ei? dilectissime sponse tue. O sanctissime ioseph/ si petr? semel tantum videns gloriã/ et pulchritudinem iesu transfiguraꝝ dixit Mat. xvij. Dñe bonũ est nos hic esse. tẽ. quid tu dicere debebas cui non solum semel: sed sepius (vt pie creditur) se benedictus iesus transfiguratũ in corpore glorioso ostẽdit: et virtutez ac fortitudinem in diuino amore in anima tua impressit. O felix ioseph/ qñ beata virgo plorãs querebat filiũ suũ. credo ꝙ tu cũ ea lachrymabaris/ et dicebas illud Thobie. z. cum ipsa pissima virgine. heu me fili mi: lumen oculorũ nostrorum/ et solatium vite nostre. omnia bona simul inte vna habentes/ non debuimus te dimittere a nobis. Quia vero illi qui sant socij passionum/ debent etiam eẽ socij consolationuz. Ideo ipsa beatissima sponsa tua voluit semper ꝙ tu participares de suis consolationibus: sicut particeps semper de eius tribulationibus. Uã cum ad eius reuerentiã nisi vnũ Aue maria conferat ipsa benigna virgo remunerationez magnaz. profecto tibi tanto tpe seruienti illi/ et suo filio obtinuit indicibilem premiationem/ et gloriam. Sed pro maiori noticia transitus beati Joseph/ et glorificationis eius. est sciendum ꝙ legimus in transitu marie ipsum iesuz astitisse. hoc enim Hieronimus argumẽtatur.

Sed et in obitu felici Joseph recte credendum est mariã sponsam/ z filium Jesum/ corporaliter affuisse. Ante eni xpi passionẽ defunctus est. Alioquin custodia mris alteri cõmissa non fuisset. Pie igitur credo ꝙ dulcis Jesus et pissima virgo/ infirmo Joseph/ sollicite seruiebãt. et ei fercula propinabant: atq; propijs manib? qñ opus erat cum portabant/ et circa lectuz stantes ipm confortabant. Dicebat q; ioseph dño iesu: nunc letus moriar sperans ꝙ cito venies liberare nos. In trãsitu aũt eius dixit ei iesus. Vade dilecte mi alacriter ab hac miseriarum valle. et porta hoc bonũ nouũ sanctis patribus: ꝙ infra puũ tempus veniã ad vos/ z ad celestia regna perducam. Precepit aũt angelis ipe dñs. di. Subuenite sancti dei: occurrite ãgeli dñi suscipientes animaz eius. Ad ipsum vero ioseph de hac vita migrãtẽ ait. Chorus angelorꝝ te suscipiat/ et cũ lazaro quõdam paupere/ eternã habeas requiẽ. Sic igitur ipsius cũ magno honore in sinu Abrahe ab angelis delata est. In resurrectione aũt xpi in qua multi resurrexerunt ex sanctis patribus (vt habek Mat. xxvij.) pie creditur ꝙ etiaz sanctus ioseph glorioꝰ resurrexit: et simul cũ xpo visitauit hñ dictam virginem sponsam suã: et consolatus est eam. Qui tandez xpo in celũ ascendente simul et ascenderit glorificatus et collocatus est a dextris ipsius iesu. hoc est in portionib? bonis suis. Et sic ego credo ꝙ sit in vita eterna in aia z corpore/ cũ maxima/ et indicibili gloria: habens clarissimã aureolã virginitatis/ et doctrine: quia predicauit pastorib?/ et magis. Puto etiaz ꝙ sit apud beatissimã virginẽ: honoratus ab angelis/ et sanctis omnib?. et habens magna iurisditionẽ apud dñm iesum: et sponsam suaz ad impetrandã gratiaz suis deuotis. Et ideo o deuoti xpiani habeatis hũc sanctũ in deuotione: quia ei multum sumus omnes obligati. Hunc aũt omnes in terra prostrati cũ deuotiõe magna/ corde contrito: lachrimãtibus q; oculis deprecemur ipsum sanctũ ioseph: di. O gloriose sancte ioseph qui solus in terra inuẽtus es dignus/ vocari pr Jesu. vir matris dei altissimi. te suppliciter orãmus vt digneris tuis meritis/ apud deuz patrem/ impetrare nobis in presenti gratiam. et in futuro gloriam. Amen.

¶ Sermo. xxxi. de annunciatione marie virginis.

¶ Thema

Ecce virgo cõcipiet et pariet filium: et vocabitur nomẽ eius emanuel habenk hec verba. Esa. vij. ca. Uel istud. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatẽ galilee: cui nomen Nazareth ad virginẽ desponsatã. Luc. j. capitulo.

¶ Prohemium

Hoc festiuitatẽ summis debem? studijs venerari. Hec cũ est respectu principij maior solemnitas totius anni. Hoc nãq; festum principiuz est et fundamentũ oim aliarũ festiuitatum. Cũ ergo dicaq; cuiusq; rei potẽtissima pe est principiũ. Si in alijs festis ab hac principiũ habentib?/ et ab ea causatis gratulamur. multomagis debemus in ista solẽnitate iubilare et iocundari. q: nisi hoc redẽptionis nr̃e principiũ fuisset: ipius finis non esset subsecutus. Remotis enim principijs removetur perfectio et esse ab oib? posterioribus. Merito igit hec celeberrima dies est ab omnib? festiuis gaudijs recolenda/ in qua gaudiũ fuit totius mũdi. Et iõ de ipa Dauid decantabat. ps. cxvij. di. Hec dies quã fecit dñs exultem?/ et letemur in ea. Sacramentũ etenim ineffabile incarnationis filij dei: ita solẽniter celebratũ ẽ: vt oẽs angelici chori cõuerterẽtur ad leticiaz/ et exultationẽ. eo. s. tẽpore quo per sanctã trinitatẽ facto cõsilio/ angelicus nuncius est deputaꝰ: vt mitteret ad v̊ginẽ ad annũciãdũ sibi despõsationẽ eterni regis: ex qua sequi debebat par humani gẽris: et salꝰ totius mũdi. Et qñ tale mysteriũ est satz efficacissimũ ad corda nr̃a mollire ac/ liq̃facere in amore dilecti Jesu. Idcirco in pñti fmõe de ipius annũ

ciatione vba faciemus. Et p exordio nostri sermonis more solito mouetur talis questio.

¶ Utrū cōueniēs fuerit incarnationē filij dei beate virgini annūciari p angelū? Et qñ fuit facta hec annūciatio? Et qs fuit modus huius annunciationis?

¶ Ad primū membrū: sciendū q fuit cōueniēs incarnationē filij dei annūciari btē vgini p angelum: multiplici ratione.

¶ Primo. ratione ordinationis.

¶ Secundo. ratione modificationis.

¶ Tertio. ratione inflāmationis siue elevationis.

¶ Quarto. ratione demonstrationis.

¶ Quinto. ratione reparationis.

¶ Sexto et vltimo. ratione cōtractionis.

¶ Primo. ratiōe ordinatiōis vt. s. seruaret ordo quē deus statuit: quo mediantib⁹ angelis diuina hoib⁹ ministrant. Ait enī Dionys. iij. c. celestis hierarchie. Diuinū Jesu benignitatis mysteriū / angeli primū edocti sunt. postea per ipsos ad nos cognitionis gra trāsiuit. Et i eodē libro etiā inqt. Diuinas visiones gloriosi patres nri adepti sunt per medias celestes vtutes. hec ille. Angeli enī grece: latine nūcij interptātur. ab eo q dīvolūtatē ppris nūciarūt. Merito ergo / angel⁹ ad annūciādū filij dei incarnationez missus est: vt antiquus ordo seruaret. ¶ Si cōtra ḡs arguat dicēs. Sm sententiā Dionysij. vij. ca. celestis hierar. q supremis angelis sit reuelatio immediate a deo ppter eoz dignitatē: sz mater dei est sup oēs angelos dignificata. Ergo immediate a deo debebat sibi annūciari hoc mysteriū? Ad hoc respōdeo dicēdū q mater dei supior erat ōtum ad dignitatē ad quā diuinit⁹ eligebat: sed ōtum ad statum psentis vite iferior erat angelis: qz ipe rps rōne passibilis vite modico ab angelis minorat⁹ est. vt dr ad Heb. ij. c. Uerūtū qz rps fuit simul viator et cōprehēsor ad cognitionē diuinorū nō indigebat ab angelis istrui: sz mr dei nō erat i statu cōprehēsorz. ideo de diuino conceptu per angelos istruenda erat. Et si ad hoc obiciat: q btā vgo ex lumine gre / et fidei / cognoscebat dei filiū incarnādū. et credebat hoc fidelissime: qz in vtero matris fuerat sctificata: ideo nō videt q tale mysteriuz deberet ei p angelū reuelari? Respōdet q licet vgo fidē haberet de mediatore ante annūciationē. tñ ex humilitate cordis sui nunq cogitauit se ad tale mysteriū sublimandam. Igitur de hoc debuit per angelum premoneri.

¶ Secundo fuit cōgruū. rōne modificatiōis. vt. s. modus redēptiōis correspōdeat modo pditionis. vt sicut Eua a malo angelo edocta / occasio fuit nre pditionis. sic Maria ab angelo bono instructa / fieret causa nre salutis. Bon⁹ ergo modus fuit hoiem reparādi / vt annūciatio salutis fieret ab angelo: sicut prima suggestio fuerat a diabolo. et sicut diabol⁹ hoiem peruerterat vānationē: ita bon⁹ angelus cū adiuuaret ad salutē. Et sicut diabolus miserat maledicta turba ifernalis ad euā vt ei iferret prauā psuasionē / et mendacē assertionē ac fallacē pmissionē. Sic angelus mitteret a collegio bēdicte trinitatis / offerēs ei ruerendā salutationē cum dixit Aue. rē. et verā assertionē: di. Inueniſti. rē. ac vtilē pmissionē di. Cōcipies. rē. et hāc rōnē tāgēs venerabilis Beda sup Lucā: inqt. Aptū pfecto humane restaurationis principiuz vt angelus mitteret ad vginē ptu cōsecrādā diuino: qz prima humane pditiōis fuit rō cū serpēs mitteret a diabolo ad mulierē spū supbie decipiendam: imo ipse diabolus veniebat q gen⁹ humanū decepturus primis parētib⁹ imortalitatis gloria denūdauit. Qz igit⁹ mors intrauit p feminā: apte redit et vita p feminā. Illa a diabolo seducta viro gustum necis obtulit. Hec edocta per angelum mundo salutis auctorem edidit. Hec ille.

¶ Tertio cōueniēs fuit. rē. rōne inflāmationis siue eleuatiōis et certificationis ipsi⁹ vgīnis in deū. vt sic p amorē in ipsuz eleuata et charitate iflāmata maiori deuotiōe ad cōceptum efficerēt: et prius cū cōciperet

mentē q corpore. De quo Aug. in lib. de vginitate ait. Beatior fuit maria cōcipiēdo fidē xpi q cōcipiēdo carnē xpi. et iterū idē inqt. Materna primitas nihil marie pfuisset nisi felicior xpm corde q carne gestasset. hec ille. Et sic etiā ipa tāto certior fieret de hoc mysterio q to pluries et varijs modis sup eo fuisset istructa. s. mētaliter et vocaliter. Et etiā vt fides nra de incarnatione vbi plurib⁹ testimonijs muniretur.

¶ Quarto. Ratiōe demonstrationis. scz vt ei⁹ puritas ostēderet. vñ Hiero. in simone ad Eustochiū inqt. Bene angelus ad virginem mittitur: quia semp angelis est cognata virginitas. Profecto in carne et preter carnē viuere nō humana vita est / sed celestis. Unde in carne angelicā gloriā acquirere maioris est meriti q habere. Esse quippe angelū felicitatis est: esse vginē vturis dū hoc gra obtinere nititur q̄ habet angelus ex natura. hec ille. Qz etiā btā vgo vginitatē deuouerat et eam pfectissime obtinere volebat. ideo hoim consortia fugiebat. qua ex re angelos videre consueuerat. qz ergo solebat sepe ab angelo visitari: cōuenienter debuit ab eo de tanto mysterio commoneri.

¶ Quinto. Ratione reparationis. Quia em per incarnationis mysterium ruina angelica erat reparāda in⁹tum anime sancte debebant assumi ad ordines angelicos a quibus mali angeli ceciderunt. Ideo cōueniēs fuit vt angelico fieret ministerio.

¶ Sexto. fuit conueniens incarnationez filij dei annunciari beate virgini per angelum. Ratione contractionis. Debebat em cōtrahi spirituale matrimoniū inter naturā diuinā et humanā p incarnationē vbi. Et ideo cōueniēter debebat interuenire aliqs idoneus mediator. sed nullus potuit esse magis idoneus angelo / q oēs creaturas dignitate excedebat. Ergo ipse angelus debuit interuenire / vt eo medio coniungeretur consensus virginis / cum consensu diuino ad perfectionem matrimonij / quod contrahit ex partium cōsensu: et sine quo nō pōt esse matrimoniū. Incarnatio enim hec fieri nō potuit nisi ipa virgine psentiente. Unde Ber. sup Missus est ait. Da vgo respōsum angelo. Respōde verbū: et suscipe verbū. Profer tuū: et suscipe diuinum. Emitte trāsitoriū et amplectere sempiternū. Consensum aūt vgo prestitit q̄n dixit. Ecce ancilla dñi rē. Unde ps q rōne cōtractionis cōueniens fuit incarnationez filij dei beate virgini annūciari. Et hanc rōnē tangit Aug. in sermone de Annūciatione di. Secreta cōiugia celebrata sunt in marie thalamo / quibus Gabriel paranymphus interfuit / ne admiraret vgo btā dū spūsctūs promittebat esse marit⁹ / vt nasceret filius: et pudor maneret illesus. Petitur ergo Maria celestibus regnis. Mittitur angel⁹. Recipse stellato micās solio mādata dirigit. Cōcionāte igit deo miratē sedes stupēt throni: ac diuinus silet exercitus. Uade inquit Gabriel: et ethereas sedes rūpe: et q filium nrm virgini defer marie. Hec incolit parua nazareth menia: sz sibi pateāt regna celestia. Huic ergo vnicū filiū meum donare volo vt sit illa mr eius / cuius: ego sum pater. Ex cuius vbis etiā apparet / q iste angelus non est missus ab alio q a deo. Et hoc triplici de causa fieri debuit.

¶ Primo rōne negocij pro quo mittebat quod tam graue erat / q ad illum mitti nō debuit aliquis subdelegatus. sicut fuisset āgel⁹ q fuisset missus ab aliquo alio āgelo

¶ Secūda causa rōne virginis. qz sm Bernar. Nō fuisset ꝓueniens q de⁹ tale secretū diuersis angelis specifice reuelasset / prius q̄ beate virgini.

¶ Tertia causa fuit qz debebat mitti a patre: qz hoc erat op⁹ potentie. a filio qz erat opus sapiētie. et a spū sctō qz erat op⁹ gratie et misericordie. O igitur admiranda legatio. O dignissima annunciatio / et ex oī pte venerāda qua nec primā similez visa est nec habere sequentem?

¶ Sed quo rit modo. De quo ordine fuerit iste angel⁹ Gabriel? Ad questionē Rñdeo q̄ dam quidam dixerint eum fuisse de infimo ordine scilicet angelico. quia Luce. j. dicit. Missus est angel⁹ gabriel a deo rē.

Item licet alq̃ dixerint eum fuisse archangelū. Archāgelor aūt ordo est medi⁹ infime hierarchie. et hoc videt approbari p illud qđ canit ecclia di. Gabriel archāgelū scim⁹ diuinit⁹ te esse affatū. Hoc etiam videt esse cōueniēs ꝛ verū/vt saluaret p̄phetas ordinū: qr ad angelos ptinet dirigere actus alicui⁹ hois/q̃ ad ipsum tm̃ ptinēt. Ad archāgelos vero ptinet dirigere actus hois/q̃ in totā multitudinē redundant. Unde et medq̃. s. archangeli dicunt quasi p̄ncipes angeli. Qr ergo cōsensus btē v̄ginis/q̃ p angelū rēbrebat erat actꝰ singularis pſone redūdātis in vtilitatem multitudinis. imo toti⁹ humani generis: ideo angelus ille debuit esse de ordine archāgelor. Tamē videt esse renēdū q̃ fuerit ō sup̃mo ordie spiritū btor. Quāuis em̃ ppue dicant angeli illi q̃ sunt i vltimo choro/ꝛ in fine vltime hierarchie: tm̃ large oēs spūs bri de q̃buscūq; ordinib⁹ appellant angeli ꝑm Jsido. vq. Ethimo. Et sic nō obstat dictū euāgelij eū appellātis angelū: qr etiā seraphin nūcupant angeli. Nō etiā obstat q̃ ecclia eū appellat archāgelū: qr (vt ait Dionys⁹ in lib. angelice hierarchie) Angeli sup̃mi ordinis in se cōtinent pfectiones inferior̃ ordinum Unde ꝛ eor̃ nois appellari possunt. sicut ꝛ sacerdos in se habet pfectionē oim ordinū inferior̃. Unde et subdiaconus et diaconus appellari potest. Qꝫ aut̄ fuerit iste angelus de ordine seraphico. pbatur p illud. Esa. vj. c. vbi dicit ꝓpheta. Volauit ad me vn⁹ de seraphin. Si ergo de hoc ordine fuit q̃ Esaiā ad ꝓphetādū incarnationē purgauit: multo magis de ipso ordine esse debuit q̃ ipsam incarnationē nunciauit. Pie ergo tenendū videt. q̄ iste angelus fuit vn⁹ de principaliorib⁹ ordinis seraphici. qđ tenere videtur Bernar. sup Missus est. di. Non arbitror hunc angelum ad v̄ginem missum de minorib⁹ esse: qui qualibet ex causa solent ad terras credita fungi legatione: qđ ex ei⁹ noie palam intelligi datur qđ interp̄tat fortitudo dei. Dicunt ergo quidā doctores q̄ iste angelus Gabriel principalior fuit omniū spirituum post luciferum. et hoc videtur verisimile: quia cum p̄nceps vult aliquid magni facere/per virum apud se fideliorem id agere solet. Sic deus eternus volens hoc oim maximū operum suorū facere s. incarnationē filij sui/q̃ excedit oia opera dei ꝑm Aug. in. xiij. de trini. nō fecit nisi mediāte angelo fideliori ꝛ gratiori. et p cōsequēs altiori. qr tanto q̃s apud deum est altior: ꝙto est ei gratiosior. Cum ergo iste angel⁹ fuerit legat⁹ dei ad spōsam suam non debuit esse legat⁹ minor: sed legatus a latere. Si q̃s aūt diceret q̄ cū ꝑm Dionysiū li. de angelica hierarchia. Illi de ordine seraphico non mittant ad exteriora. nō videt iste angel⁹ fuisse de illo ordine. Rñdēdū q̄ hoc verū est de cōmuni lege: nō tm̃ est cōtra eor̃ dignitatē si ex priuilegio singulari quandoq; mittant sicut fuit in hac sacratissima annūciatione cū pſona verbi q̃ in infinitū est eius nobilior fuerit in hoc mysterio icarnatiōis missa.

¶ Sz cōtra p̄dicta argui posset q̄ eccl̄ia i officio angelor̃ primo noīat sanctū Michaelez q̄ Gabrielē in hymno ad laudes quasi dignior̄. Itē appellat eū p̄positum paradisi. dicēs. Michael p̄positus paradisi quē honorificāt angelor̃ ciues. Item appellat eū principē celestis exercit⁹. Uñ cant. Collaudem⁹ venerātes oēs celi milites/sz p̄cipue primatē celestis exercit⁹: Michaelē in v̄tute conterentē zabulon. Ipse em̃ est q̃ superauit in bello luciferū. vt habet. Apoc. xij. Unde videt esse superne⁹. Quibus oibus resp̄deri posset q̄ sicut in quolibet regno cōmuniter est vnus generalis capitane⁹ ꝛ p̄nceps militie: q̃ ab omnibus militibus regis veneratur: ꝛ tamē p hoc nō seq̃tur q̄ ipse sit sc̄dus a rege vel dignior oim in regno ei⁹: qr sepe reperiunt aliqui ipso primiores regi: et digniores apud illuz. Sic et in ꝓposito. Qꝫ aut̄ Michael luciferum debellauit. hoc nō egit in v̄tute ꝓpria: sed dei q̃ad maiorē ꝙfusionē sup̃bie luciferi fecit eū nō ab excellētiori angelo padisi: sz ab vno alio nō sup̃mo supari. iuxta illud. j. ad Cor. j. Infirma mūdi elegit deus vt cōfunderet fortia. Et ꝓpter hāc victoriam forte posteā eum p̄fecit a⁹abus in celum deferēdis. Et ideo ecclesia eum primo noīat/et particulariter veneratur. Uerum quia de his non reperitur certa determinatio in sacra scriptura: sāltē oportet cōcludere q̄ Gabriel angelus est apud deū excellētissim⁹.

¶ Ei⁹ aūt magnitudo appet ex trib⁹ magnis officijs q̃ deus in curia sua illi commisit. Primū est reuelatio secretorum. vt ait. Glo. super illud Daniel. viij. ca. Gabriel fac istam intelligere visionem. Secundū est victoria p̄lior̃. Unde dicit q̃dam glo. sup Daniel. Qꝫ gabriel p̄positus est a deo p̄elijs gerendis. Tertium est assistētia ante deum. Unde ipse dixit Luc. j. ca. Ego sum Gabriel angelus/qui asto ante deum. Magnū est igitur secreta reuelare. maius est victorias p̄liorū concedere: sz maximū est ante deum semp assistere. De ipso etiā angelo inq̃t Grego. in quadam Omel. Ad hoc m̄ysterium summū angelum venire dignum fuerat: qui summum omnium nunciabat. Conueniēs em̃ fuit q̄ p tāta re singularissima/singularis nūcius mitteretur: qui esset omniū angelorum excellentissimus. Dicit etiaz Greg. ibidem. Dictus est Gabriel. quod nomē officio suo congruit. Gabriel em̃ dei fortitudo nominat. Per dei nāq; fortitudinē nunciādū erat q̄ virtutum dñs ꝛ potēs in p̄lio ad debellādas potestates aereas veniebat. Et nota q̄ omnia nomina angelica in diuina scriptura expressa: et sanctis patribus reuelata terminātur in el. sicut Michael. De quo habetur Daniel. x. c. Et raphael. de quo habetur Thobie. xij. ca. ꝛ Uriel. de quo in. iij. lib. Esdre habet. Et Gabriel de quo habetur. Luce. j. ca. et Daniel. viij. ac. ix. c. Ratio autem huius terminatiōis est vt denotetur vltima coniunctio quam sancti angeli habent cum deo in vnione beatifica. Istud enim nomē el in hebreo idem significat quod deus in latino.

¶ Sciendū quoq; secundū Hiero. q̄ hoc nomen Gabriel potest multipliciter interpretari. Primo. (vt supra dictum est) fortitudo dei. quia diuina fortitudo magis connexa videtur fuisse in ista incarnatione q̄ in mundi creatione. Plus enim vistat deus a qualibet creatura: q̄ creatura a nihilo. Et ideo plus fuit facere deum q̄ producere de nihilo mundum. Secundo Gabriel interpretat virtus nostra dei: quia virtute diuina concepit virgo nō humana. Tertio Gabriel interpretatur confortauit me deus. Angelus em̃ ex pte dei/cōfortauit beatā virginem. Quarto Gabriel interpretat cōfirmatio dei: qr ipsi⁹ annunciatione cōfirmatū est cor̃ beatissime virginis. Unde in officio diuino canit ecclesia. Confirmatum est cor̃ virginis in quo diuina m̄ysteria angelo nunciante suscepit.

¶ Post hec dicta: quis dubitare posset ꝛ querere. An iste angelus apparuerit beate v̄gini in visione corporali? Ad quam q̃stionem catholici doctores respondent q̄ sic. ꝛ possumus hoc probare auctoritate Augu. in sermone annunciationis dicentis in pſona v̄ginis. Uenit ad me q̃dam magn⁹ paranymphus xp̄i. non patriarcha primus/aut p̄pheta egregius: sed Gabriel archangelus facie rutilans: veste coruscās: incessu mirabilis. ꝛc. Que oia pertinere nō possunt nisi ad corporeā visionē. Hoc autez cōueniens fuit multiplici ratione.

¶ Primo. ratione similitudinis: qr illud quod annunciabat erat incarnatio dei invisibilis. Unde cōueniēs fuit: vt ad hui⁹ rei declarationē: inuisibilis creatura formam assumeret in qua visibiliter appareret. Cū etiā oēs apparitiones corporales veteris testamēti ad hāc apparitionē ordinate fuerint/q̃ dei filius apparuit i carne

¶ Secūdo. fuit cōueniēs ratione certitudinis. Ea em̃ q̃ sunt oculis subiecta certius comp̄hēdim⁹: q̄ ea que solum imaginamur. vñ dicit Chrys. sup Matth. q̄ angelus non in somnis: immo visibiliter virgini astitit. Nam quia magnam valde reuelationem ab angelo accipiebat/egebat tanter rei euentus missione solenni.

¶ Tertio fuit cōueniens ratione altitudinis. s. ꝑpter altitudinem ꝛ dignitatē matris dei/que non solum in mente: sed etiā in corporeo ventre erat dei filiū receptura. et ideo non solum mens eius: sed etiā sensus corporei erant visione angelica delectandi. Si vero obūciatur q̄ secundum Augustī. xij. super Genes. ad litteram. Intellectualis visio est potior/et dignior cor̃

poꝛali.et pꝛecipue ipſi angelo magis conueniẽs. Nam viſione intellectuali videt angelus in ſua ſubſtãtia. viſione autẽ coꝛpoꝛali ſoluꝫ in figuꝛa aſſumpta coꝛpoꝛea. igitur angelus annunciãs/magis appaꝛere debuiſſet in viſione intellectuali/q̃ coꝛpoꝛali? Reſpõdeꝛe poſſum⁹. q̃ intellectualis viſio eſt potioꝛ q̃ imaginaꝛia/vel coꝛpoꝛalis ſi ſit ſola. Sed ipſemet Aug. ibidẽ dicit. q̃ eſt excellentioꝛ pphetia/q̃ habet ſimul intellectualẽ ⁊ imaginaꝛiã viſionẽ: q̃ illa que habet alteꝛã tantũ. Beata autẽ virgo non ſolũ pcepit viſionẽ coꝛpoꝛalẽ: ſed etiam intellectualem illuminationẽ. Unde ei⁹ apparitio fuit nobiliſſima. Iſte autem angelus apparuit beate virgini in humana ſpecie pulcheꝛrima/et in forma iuuenili: ⁊ in veſte candida/⁊ clara ac luminoſa. Quod quidẽ cõueniebat multiplici ratione. Primo ratione annũciãtis: qꝛ candoꝛ veſtimenti deſignabat fulgoꝛẽ/ ⁊ claꝛitatem/atq̃ innocẽtiam angeli. Secundo ratione annũciati: quia annũciabatur ille/qui eſt candoꝛ lucis eteꝛne/et ſpeculum ſine macula. Sap. vij. c. Et aſſumpſit primitias noſtre maſſe cũ immunitate culpe/⁊ ſic in omnimoda puꝛitate et claꝛitate. Tertio. ratione illius cui fiebat annunciatio que fuit tota candida: qꝛ ab omni pctõ penitus aliena. Quaꝛto. rõne modi pcedẽdi in hac icarnatiõe: qꝛ fuit ſine coꝛruptiõe ⁊ ſine diminutiõe: ⁊ ſine mixtione. ſicut lux pcedit de luce. Cũ ergo conceptus iſte fuerit puriſſimus: et puriſſima fuerint omnia q̃ concurreꝛunt in hac incarnatione: cõgruebat angelum venire in clara veſte. Felix ergo illa appaꝛitio/et iocũda nimis: in qua nunciabat ab angelo nouũ letiſſimũ. nouum gratiſſimũ. nouũ ppinq̃ſſimũ de ſalute humani generis. Quid audiſti o puella formoſa. o mulieꝛ ſancta. o virgo virtuoſa? Quid audiſti? Quid angelus tibi ꝛetulit? Certe nulla vnq̃ creatuꝛa fuit que habueꝛit talem reuelationẽ qualez tu habuiſti. Tibi dicitur Aue ɼ. ſine vbe. Tibi dicitur plena gratia. Tibi bñdictio dat⁹ i mulieꝛib⁹. Tibi ñũciat angelus ex vtero tuo i mũdum dei filium egreſſuꝛũ. Et hec ſufficiãt pꝛima pte pꝛincipalis q̃ſtiõis ⁊ ſimonis.

Ad ſecũd ũmembꝛum/ſiue ad ſecuꝫ paꝛtẽ pꝛincipalis q̃ſtionis: q̃ erat. Quando. ſ. fuit facta hec annunciatio? Reſpondetuꝛ ſm aliquos.

¶ Primo q̃tũ ad annũ. q̃ hec annũciatio ⁊ icarnatio filij dei facta eſt in ſexto millenaꝛio annoꝝ a creatione mũdi Sicut eſſi in ſexta die formauit hominem ad imaginẽ et ſimilitudinẽ ſuã impreſſam. Ita in iſto millenaꝛio formauit deus illũ hominẽ/qui eſt imago dei/vel ei⁹ ſimilitudo expꝛeſſa ſm apl'm. Et ſicut die illo fuit homo lapſus. Iſto millenaꝛio fuit reparat⁹. et ſicut in iſto anno agebat ſeptuageſima ſcda generatio ab Adam. ſic iſte homo. lxxij. diſcipulos habuit.

¶ Secũdo q̃tum ad mẽſem ſm ſentẽtiã Aug. in. iij. de trini. dicit. q̃ xp̃s incarnatus fuit/⁊ etiam paſſionatus/ in menſe Maꝛtij. ſ. xxv. die. Et ratio quare in tali menſe voluit incaꝛnaꝛi/⁊ pati: fuit ꝓpter multa pꝛiuilegia iſtius menſis. maxime duo. Primũ dicitur pꝛimoꝛdialis creationis. qꝛ iſto mẽſe dicit mũdus cũ ſuo ornatu creat⁹. Et ideo dixit dñs. Exod. xij. ca. de hoc mẽſe. Mẽſis iſte pꝛincipiũ mẽſiũ. pꝛim⁹ erit vobis in mẽſib⁹ anni. Secũdũ pꝛiuilegiũ fuit iſꝛaeletice liberationis: qꝛ iſto mẽſe fuit ppls iſꝛaeletic⁹ liberat⁹ de egyptioꝝ captiuitate. ⁊ eductus p Moyſen/tꝛãſito mirabiliꝛ maꝛi rubꝛo. Et ideo cõgruũ fuit vt ei daꝛet tertiũ pꝛiuilegiũ. ſ. renouatiõis p xp̃i icaꝛnationẽ. De qua pdictũ fuerat ihere. xxxj. ca. vbi dꝛ. Nouũ faciet dñs ſup teꝛꝛã: femina circũdabit viꝛũ. Itẽ ⁊ quaꝛtũ ſ. liberatiõis humani geneꝛi de ſuitute diabolica p paſſionẽ eiuſdem. Q̃ aũt hec annũciatio facta fuerit in Maꝛtio patet Luc. j. c. vbi dꝛ. q̃ facta eſt i mẽſe ſexto a pceptiõe ſcte Elizabeth q̃ concepit beatũ Johãnẽ baptiſtã. xxiij. ſeptẽbꝛis. et pꝛ ex ei⁹ natiuitate: qꝛ pſupponit ſtetiſſe i vtero mꝛis nouẽ mẽſib⁹: ſicut fieꝛi ſolet cõiteꝛ. ⁊ ſic ſexto⁹ mẽſis a cõceptiõe bti Johãnis fuit Maꝛti⁹. vñ Beda i ome'. quadã inqt. Qꝛ xp̃i incaꝛnatio ſexto ꝛetate ſcli futuꝛa eꝛat. ꝛecte ſexta mẽſe cõcepti Johãnis miſſus eſt ad Mariã

angel⁹ naſciturũ nũciat ſaluatoꝛẽ. Menſez aũt ſexto⁹/martiũ itelligim⁹. cui⁹. xxv. die dñs nꝛ. ⁊ cõceptus traditur ⁊ paſſus. ſicut/⁊. xxv. menſis Decẽbꝛis eſt natus.

¶ Tertio q̃tum ad diẽ: dicitur q̃ hec annunciatio/⁊ etiam icaꝛnatio verbi facta fuit in ſexta feria. in qua ſicut xp̃s voluit pati. vt pꝛ Joh. xix. c. ita etiã voluit incaꝛnaꝛi. Et ſicut pꝛim⁹ hõ format⁹ fuit de teꝛra ſexta feria. vt pꝛ Geñ. j. c. Ita cõgruum fuit. vt ſcꝰ Adam eadem die formaꝛetuꝛ de virgine Maria.

¶ Quaꝛto q̃tum ad hoꝛam. Diuerſi diuerſa ſenſeꝛunt. Nam aliqui dixeꝛunt q̃ facta fuit hec ſalutatio ſiue annunciatio mane. ſcz. in oꝛtu diei. vt ſignificaꝛet veri ſolis conceptum. ſ. chriſti. Alij vero q̃ incaꝛnatio vbi fuit facta media nocte. iuxta illud. Sap. xviij. ca. Dum mediũ ſilentiũ teneꝛent oia. ⁊ nox in ſuo curſu mediũ iteꝛ haberet. omnipotẽs ſermo tuus dñe a regalib⁹ ſedib⁹ venit. Alij autẽ dixeꝛunt q̃ facta eſt hoꝛa tertiaꝛum: quia ſicut primus homo fuit illa hoꝛa pꝛoductus: ita eadem hoꝛa debuit concepi chriſtus. Et ad auctoꝛitatem allegatam de media nocte reſpõdẽt q̃ itelligit de aduẽtu ex mꝛis vtero in mũdũ. ⁊ nõ de aduẽtu de ſinu patris in vteꝛũ vgin⁹. Et dicũt q̃ vteꝛ⁹ virginis dicitur regalis ſedes filij dei. Aliqui etiam dixeꝛũt q̃ hec incaꝛnatio facta fuit veſpeꝛtina hoꝛa. ſcz. in ſeꝛo. hoꝛa completoꝛ⁹. quia illa hoꝛa multꝫ pꝛiuilegijs fuit illuſtꝛata. maxime quia hoꝛa ſecũdo eos fuit ſol creat⁹: qꝛ ſicut homo tanq̃ excellentioꝛ factus poſt oia alia. Geñ. j. c. Ita ſol luminaꝛe maius poſt oia luminaꝛia. ⁊ ſic in ſeꝛo. Dicũt ergo iſti q̃ fuit conueniẽs in eadẽ hoꝛa qua ſol coꝛpoꝛeus foꝛmat⁹ fuit ex luce pꝛimaꝛia: etiã foꝛmaꝛet ſol iuſticie de virgine intacta. Et ſic in ſeꝛo apparuit Gabꝛiel angelus beate virgini et eam ſalutauit et incaꝛnationem filij dei ipſi annunciauit. Et ꝓpter hoc eccl'ia in ſeꝛo facit pulſaꝛi Aue maꝛia.

¶ Sed aliq̃s poſſet q̃ꝛere. Quare potius in galilea q̃ in aliq̃a alia ꝛegione fuit facta hec annunciatio: ⁊ incaꝛnatio filij dei? Reſpõdeo: q̃ annunciatio ⁊ pceptio vbica debuit fieꝛi in galilea ⁊ ꝓpter factuꝫ quod fiebat. ⁊ ꝓpter finẽ ꝓpter quem fiebat. Dñs eñ incaꝛnatus fuit: vt indeos/⁊ gẽtiles ſaluaꝛet. Propterea in ꝛegione que ab vtriq̃ inhabitabatur annunciaꝛi ⁊ pcipi voluit Q̃ aũt ab vtriq̃ inhabitaꝛetuꝛ pꝛ ⁊ Primo q̃ a gẽtib⁹. Eſa. ix. per hoc q̃ dicitur. tranſ iozdanem galilee gẽtiũ. Q̃ aũt a iudeis pꝛ per Euãgeliſtam Lucaꝫ qui dicit ij. c. Aſcendit aũt ioſeph a galilea ciuitate nazaꝛeth/in iudeam. Et ſic in ꝛegione cõi pcipi voluit. Non eñ iudeoꝝ deus tñ: ſed etiam eſt gentilium.

¶ Item ꝛegio illa ſuo noie pꝛopꝛietatem incaꝛnationis pꝛopꝛiſſime expꝛeſſit. Galilea eñ interp̃tatuꝛ ꝛeuelatio/ſiue tranſmigratio. In hac aũt annũciatiõe fiebat ſummi ſecꝛetoꝝ ꝛeuelatio: q̃ vbum/q̃ in pꝛincipio eꝛat apud deum/⁊ lucem inhabitat inacceſſibilem/q̃ nemo vnq̃ vidit. Caꝛo factum eſt: ⁊ vidit oia caro ſalutaꝛe dei nꝛm quod libꝛũ aperuit/⁊ ſignacula oia ſoluit. ⁊ nobis oia quecunq̃ audiuit a patꝛe nota fecit. Simili modo fiebat hic tranſmigratio maxima de ignoꝛãtia iſciaꝫ. de culpa in gꝛatiam: de vmbꝛa in veritatem: de ſeruitute in libertatem. de timoꝛe in amoꝛem: de gꝛauitate in leuitatem: de auſteꝛitate in benignitatez: de diuinitate in humanitatem/que maxima tranſmigratio fuit: quia in ea primum ad vltimuꝫ in vnam peꝛſonam tranſmigꝛauit. Galilea etiam fuit ꝛegio feliciſſima. Unde multitudo apoſtolica a domino ibidem incaꝛnato fuit electa. et ꝓpter hoc dicebãt Judei Actuꝫ. ij. Nõne oẽs iſti galilei ſunt.

¶ Itẽ galilea interp̃tat⁹ ſiue dicit⁹ rota. et iſtud cõuenit incaꝛnationis myſterio. qꝛ ibi rota diuinitatis fuit vnita q̃dꝛato nꝛe humanitat⁹. Unde ait q̃daꝫ. In hac vbi copula in q̃ fallit oꝛis regula/circul⁹ quadꝛatur. Rota q̃ppe ſignificat diuinitatẽ: qꝛ ſic circulatus figuꝛa nõ hz pꝛincipiũ nec fiñ: ſic eteꝛnũ ve eſt ſine pꝛincipio et ſine fine. Unde q̃daꝫ phs diffiniẽs q̃d eſt deꝰ/dixit q̃ deꝰ eſt circul⁹ ⁊ ſphera itellectual'. cui⁹ cẽtꝛũ vbiq̃ eſt. ⁊ circũfeꝛẽtia nuſq̃. Quadꝛat⁹ vo q̃ eꝛ oꝛ pte eſt finit⁹ in puncto: deſignat naturã creatã. Et iccireo circulus tũc fuit q̃dꝛat⁹/q̃n deꝰ extitit humanat⁹

Galilea etiã dicitur transmeans. ꝛ ista significatio huic mysterio est conueniẽs: quia in eo natura humana trãsmeauit ad supposituz aliene nature cũ esset nata supponi in supposito proprio de suo gñe. et tñ fuit suppositata in supposito diuine nature. ꝑm illud ad heb. ij. Non angelos apprehendit sed semen Abrae. Et sc̃m hec oĩa dñs iesus xp̃s cõuenient i regione galilee icarnat9 fuit. ꝛ galile9 appellat9 ẽ.

Si autẽ adhuc q̃rat. Quare hec annũciatio/ ꝛ incarnatio ꝟbi diuini fuerit facta in Nazareth ciuitate. et nõ in hierl̃z/vel in Roma/aut in aliq̃ alia ciuitate? Rñderi põt q̃ hoc factũ est. rõne interpretatiõis et cõuenientie. Qz nazareth flos interp̃tat. Et hec significatio cõpetit incarnatiõis mysterio. qz sicut flos gignit ex subtilissimis humoꝛib9 virgule. Ita xp̃s dñs nõ fuit generatus ex humano semine: sed ex purissimis sanguinib9 virginis bñdicte: et sicut flos de flore sine mixtione de matre saluo virginitatis decore pcessit. Vñ Bern. supmissus est inq̃t. Ju nazareth ergo annũciatur xp̃s nascitur9: qz in flore sperat fructꝰ pcessurus. Nomẽ igit ciuitatis in qua cõcipit exprimit statũ tpis/et finẽ opis/ad quẽ venit. Cũ. n. xp̃s in Nazareth cõcipit hyẽs transit. tẽpus innouatiõis aduenit. fructus appropiquauit. oĩb9 se exhibuit. medicinã cõficit. sensum reficit. coronãd9 petõrib9 venit. Hec enĩ sunt ꝓprietates floris ꝓpter quas cõgruit nazareth ad locũ diuine cõceptionis. Hec ille. Merito ergo nazareth vocat9 est locus in quo cõceptio floris illius annũciata est qui inq̃t Can. ij. Ego flos campi/et liliũ cõnalliũ.

Conceptus quoq; fuit xp̃s in nazareth vt adimpleret ꝓphetia Esa. xj. di. Egredietur virga de radice Jesse: et flos de radice eius ascẽdet. Ubi ꝑz vitatẽ hebraicã bñ. Et nazare9 de radice ei9 ascẽdet Mat. n. di radix filij et fili9 appellat flos mris.

Item hoc ideo factũ est vt xp̃i et beate virginis habitãtiuz in nazareth/excellentia figuraretur. Ut enim. ō. dicruz est. Nazareth flos interpretatur. Et floris triplex est conditio/que virgini et xp̃o competit scz. pulchritudo: redolentia: et fructuositas. quas cõditiones ponit. Ber. in ꝑmõe de assump. di. Cõmendat flores pulchritudo. suauis redolentia/ꝛ spes fructus. gña tripler. Prima igitur conditio di pulchritudoiq; flores sũt pulcherrimi. Sic et beata virgo cuz filio suo in corpore et anima fuerunt pulcherrimi. De beata ꝟgine dr. Cant. iiij. Tota pulchra es. ꝛc̃. De xp̃o dicitur q̃ fuit speciosus forma ꝑ filios hominũ. Scda conditio floris est redolentia et suauitas odoris. Hinc et beatissima virgo et eius filius suauissimũ reddebant suarum virtutũ odorem. Fuit aũt hic odor beate virginis/ꝛ filij sui exemplaris/ꝛ immaculata vita. Unde Hiero: ad Custo. i sermone de assump. de beata virgine inq̃t Uere hortus deliciarũ beata virgo in quo consita sunt omnia flores gña et odoramenta virtutũ. De xp̃o vero patet oĩb9 q̃ fuit et est lux mundi via et veritas. ꝛc̃. Tertia conditio floris est fructuositas. Sic et a ꝟgine maria florentissima/fructus ille dulcissimus exiit iesus benedictus/per cuius gestũ oẽs electi salui fiũt. Et sic etiã credo q̃ non latent xp̃ifideles fructus/qui pcesserunt et procedũt ab ipso xp̃o dño nostro Et ex his etiam patet expositio euangelij Luc. j. di. Missus est angel9 gabriel a deo in ciuitatẽ galilee: q̃ vocat nazareth. glo. vero sup. Luc. inquit. Locus quo mittit angelus nazareth vocatur: qz nazare9. i. sanctus sctõrum nũciabatur venturꝰ. Qz enĩ nazareth iterpretat etiã vnctio. Ideo bene fuit celebrata illa vnctio: ꝺ qua fuit prophetia ꝓnũciata Daniel. ix. vt quãdo yngeret sctũsctõr inducerẽt iustitia sempiterna: ũ xp̃s/q̃ꝺ sctũsctõr in hac ciuitate fuit vnct9. qz in primo instanti sue cõceptionis spũsancto sine mensura fuit repletus. sicut loquitur Petrus apostolus. Actuum. x. di. Unxit eum dñs spiritu sctõ et virtute. Uñ ꝓz scda pars ꝑmõis ꝛ respõsio ad sc̃m mẽbrũ principalis q̃stionis.

Ad tertium mẽbrum q̃stionis/qꝺ erat. Quis fuit modus huius annunciationis? Rñdeo non oĩa asserendo: sed deuote aliqua meditando/et sic contẽplando. Cum enim propter peccatũ primorũ pa-

etonitates poetarum: quia respondetur q formositas non est causa proxima et immediata illorum defectuum: licet possit esse causa remota que nō attenditur: sed non prima. Quod sic probat. Nam si formositas esset causa superbie ⁊ aliorum vitiorum: cessante ipsa/cessarent ipsa vitia per locum a ratione cessante. ij. Phisico. Item si deformitas esset causa humilitatis ⁊ ceterarū virtutum: cessante ipsa cessarēt predicte virtutes per eandem rationem. quod manifeste apparet falsum. Ergo. ꝛc.

¶ Ad quartum obiectum. Dico q non fuisset maior humilitas si deus incarnat⁹ esset de deformi q̄ de pulchra. humilitas eñ est gratie collectiua ⁊ augmētatiua ⁊ nunq̄ diminutiua. Non esset ergo filij humiliatio maior que humilitatē et dignitatem matris in sua nobilitate diminueret: et laudē sue castitatis auferret. Non eñ mirum neq; laude dignum hominū opinio iudicaret si virgo esset: quia deformis et quasi despecta vir humilis ⁊ virgo permaneret. Econuerso autē quanto virgo beatissima profundior fuit humilitate: et q̄to ab altior inferius in seipsam descendit: tanto maior fuit filij dei humiliatio q̄ se a summo celo post ipsaz inclinauit. Et q̄to ipsa virgo benedicta fuit pulchrior ⁊ formosior: tanto eius perpetua virginitas mūdo extitit mirabilior et maiori laude digna. Canta: contemplando pulchritudinem Marie di.

¶ Tota pulchra es: o Maria. ⁊ macula nō est in te. Sicut eñ anima tua fuit nobilissima/ perfectissima atq; pulcherrima. Ita decuit vt corpus tuum esset nobilissimū/perfectissimum atq; pulcherrimū: quia corpus ordinatur ad animā ita q̄ anime nobiliori debetur corpus nobilius. Unde pulchritudo tui corporis debuit correspōdere pulchritudini tue anime: quia locus debet esse conformis ⁊ proportionatus locato. ⁊ forma et materia debent esse proportionabilia. O maria virgo. Si alie ẏgines laudātur de pulchritudine corporali et spirituali. quare tu omni laude dignissima nō debes super omnes puras humanas creaturas de vtraq; pulchritudine laudari? eñ fis tu illa sola que inter omnes fuit digna parere rerum omniū cōditorem ac humani generis redemptorem. O pulchra igitur ad videndum. o admirabilis ad contemplādum. o desiderabilis ad amandū: quomō effugies capacitatez cordis mei? O virgo mirabiliter singularis. et singulariter mirabilis: per te elementa renouantur: homines saluantur: demones cōculcantur. et angeli reintegrantur. O deuoti christiani ponite vos in bona contritione peccatorum vestrorū. et omnes gementes ⁊ flentes rogemus ipsam beatam virginem vt dignetur deprecari filiū suū dñm nostruz iesum christum: vt velit sua clemētia/nos pauperculos seruos suos: in illa sua gloria et consortio beatorūz ac angelorum recipere. vbi ipse regnat gloriosus per infinita secula seculorum.

A M E N.

¶ Sermo. xxx. De desponsatione Marie virginis.

¶ Thema.



Letabitur spōsus super sponsam et habitabit iuuenis cum virgine Scribunt hec verba Esa. lxij. capitulo.

¶ Prologus.

Magna etem̄ et indicibilis fuit Joseph consolatio quando sibi diuino nutu et voluntate tam prestātissima atq; dignissima virgo fuit coniugio copulata. Licet enim magnam excellentiam ⁊ sanguinis generositatem recepisset a parentibus: maiorem tamen nobilitatem ⁊ preciosius donum recepit a deo sibi talē vxorem tribuente. iuxta illud. Prouerb. xix. Domus et diuitie dantur a parentibus: a domino autem vxor prudens. In eo etiaz verificatum fuit illud Prouerb. xviij. ca. Qui inuenit mulierem bonam: inuenit bonum: et hauriet iocunditatem a domino. Et illud Ecclesiastici. xxvj. capitulo.

Gratia super gratiam mulier sancta ⁊ pudorata. Et potest intelligi de muliere hac dignissima quā sortitus est Joseph in suo sacratissimo cōnubio. Propterea vt hec clarius innotescāt christifidelibus corde concepi hodie velle predicare de Marie virginis desponsatione. Sed vt sermo noster habeat aliquod principium: more solito monetur talis questio.

¶ Utrum congruū fuerit mariam virginem desponsari?

¶ Anteq̄ respondeam ad questionem videndum est pro maiori intelligentia ⁊ declaratione ipsius q̄stionis. An beata virgo potuerit desponsari? Et alicui videretur q̄ non. Ipsa eñ fecerat votum continentie. Unde Augusti. in libro de sancta virginitate inquit. Annuncianti angelo Maria respondit. Quomodo fiet istud quoniā virū nō cognosco: quod profecto non dixisset nisi se virginem deo ante vouisset. et glo. super illud Luc. j. c. Virum non cognosco. ait. Ecce tangit q̄ ipsa vouerat castitatem. Nam dicunt quidaz doctores cotemplatiui q̄ virgo benedicta le gens illud Esaie septimo. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium: nō existimans se esse illam. amore ipsius virginis deuouit virginitatem vt posset illius effici ancilla ⁊ pedisseqna: putans eam nō recepturam ancillas nisi virgines. Cum ergo dicat Hiero. sup. j. Epłam Pauli ad Thimo. v. c. Uouentib⁹ virginitatem nō solūz nubere sed etiā velle dānabile est. Uidetur q̄ cum bona consciencia post tale votum nō potuerit desponsari. Per tale eñ votū obligata erat ad cōtinēdum. Spōsalia autem obligant ad matrimoniū. et matrimoniū tēpore debito ad soluendum debitum. Ergo si obligauit se ad sponsalia venit cōtra votū suū. Itē si sic: obligata fuisset ad opposita. Item aut cōsensit in copulā carnalem: aut non. Si sic ergo primam fidē irritam fecit. Si non cōsensit in carnalez copulaz. Ergo nullū fuit matrimoniū. quia finis matrimonij ē vt soboles procreetur. Procreatio autē fit per copulā. Cessante ergo fine ⁊ his que sunt ad finē matrimonij cessabit matrimonium: q: fini dat esse.

¶ Sed his nō obstātib⁹ in cōtrariū est veritas. Dico enim q̄ ista desponsatio fuit possibilis: q: licet btā virgo feciss̄et votum ⁊ habuisset firmū propositum cōtinentie: poterat tamē cōsentire in matrimonialem societatem. facta tñ diuinitus inspiratione vtriq; de altero. scz virgini ⁊ Joseph q̄ vellet virgo manere. ⁊ sic consensit in societatem maritalem ⁊ nō in copulā carnalem absolute. Et quod videtur dicere Aug. q̄ cōsensit in copulam carnalem intelligendum est nō absolute sed sub conditione. s. si de⁹ sic vellet In omni enim actu semper subintelligitur hec cōditio: reb⁹ sic stantibus. Aliter deo nō disponente. Nam virgo maria ante desponsationē fecerat votum mentale castitatis et proposuerat se illō seruare: sed nō exp̄resserat ore. ⁊ similiter vouerat Joseph Non absolute tñ vouerant: sed sub conditione scz nisi de⁹ aliter vellet. vt ait Aug. in lib. de nuptijs. Postea vero ex diuina inspiratione vterq; consensit sponsalibus ⁊ matrimonio. Fuit eñ inter eos verus matrimoniū. vt dicit magister. in. iiij. di. xxx. Et hoc idem habetur xxvij. q. ij. c. Institutum. Et hoc declaratur sic. Matrimoniū dicitur esse verum quādo suā perfectionē attingit. Dupler aūt est perfectio rei. Prima quidem perfectio in ipsa forma rei cōsistit: ex qua speciem sortitur. Secūda aūt perfectio consistit in operatiōe rei per quā res aliqualiter suum finē attingit. Forma aūt matrimonij consistit in quadam indiuisibili coniunctione animorū per quam vnus cōiugum fidem alteri seruare tenet. Finis aūt matrimonij est proles generanda et educanda.

¶ Quantum ergo ad primā perfectionez omnino fuit verum matrimoniū inter virginē ⁊ Joseph: q: cum nuptias non concubitus sed consensus faciat. xxvij. q. ij. c. ex his oib⁹. vterq; consensit in copulā coniugalem. non autem in copulam carnalem. nisi vt supra dictum est sub cōditiōe si deo placeret. Nam ad primam perfectionem matrimonij. nō requiritur cōsensus ad copulaz carnalē nisi implicite ⁊ sub cōditione. s. si alter cōiunx eam exegerit ⁊ si debitū reddendi non relaxauerit/ Et hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo beata virgo in copulam carnalem ꝓsensit. nec in hoc piculo se exposuit. nec suo voto in aliquo derogauit. qz diuina inspiratione certificata fuit ꝙ Joseph nunqꝫ ab ea exigeret carnalē copulā. et si exigeret deus eā a debito reddendi absolueret. vt inqt. Aug. vbi. s. vbi etiā dicit ꝙ postqꝫ beata vgo genuit filiū. simul cū viro suo vginitatis votū labijs expressit. et vterqꝫ in virginitate permansit.

¶ Quātum vero ad secūdā pfectionem matrimonij. s. de generanda et educanda prole. Dicendum ꝙ quo ad primum. s. ad actū generatiuū prolis: nō fuit hoc matrimoniū cōsummatū. Unde Amb. sup Lucā. inqt. Nōte moueat ꝙ scriptura mariā vocat cōiugem. Non em̄ vginitatis ereptio: sed coniugū testificatio z nuptiarū celebratio declaratur. et Aug. in lib. de nuptijs. xxvij. q. ij. ait de Maria z Joseph cōiuges fuerūt mēte: nō carne: sicut z parētes. Ex quo dak intelligi. ꝙ sicut Joseph pater dñi dictus est: nō effectu geniture: sed officio z cura puidēdi. Sic z cōiunx appellatus est non coniugū affectu sed ministratione necessariorū: z indiuiduo mentis affectu. Ihec ille. Et in hoc sensu etiam loquitur. Ihiero. sup Mat. j. c. Genuit virū marie. dicēs. Cum virū audieris suppositio tibi nō subeat nuptiarū s. ꝓsummatarū p cōcubitū: sz recordare ꝓsuetudinis scripturarū ꝙ spōsi viri: z spōse vocēt vxores. hec ille. Aug quoqꝫ vbi. s. ait. Coniunx vocak ex prima desponsationis: fide quā concubitu non cognouerat nec cogniturus erat.

¶ Quātū vo ad pfectionē educāde plis fuit vez matrimoniū. vt dicit Aug. vbi. s z Magister sen. vbi. s. vbi etiā inqt. Perfectū matrimoniū fuit nō in significatiōe qz matrimoniū cōsummatū pfectiꝫ vnionē xpi z ecclie significat: sz ex his q̄ concomitank cōiugiū. s. ex fide: ple: z sacramento. Que tria iter xpi parētes fuisse asserit Aug. in lib. de nup. Tāto em̄ sanctiꝫ z pfectius fuit matrimoniū Marie z Joseph: q̄to a carnali pollutiōe immuniꝫ fuit. Non obstat modo dictū Ihiero. s. allegatū. de cōtrahēte matrimoniū post votū cōtinētie q̄ peccat: qz rñdet q̄ illud intelligik de illo qui absolute vouit suare castitatem: quod matēr dei non fecit anteq̄ Joseph desponsaretur. vt. s. declaratum est. nec etiā fecisse presumitur. qz ꝙ fuerit votum istud est facti. Facta aūt nō presumunk nisi probentur. Ihis declaratis. Nunc.

ADq̄stionē prin

cipalē prepositaz. Rñdetur ꝙ fuit ꝓgruū et rōnabile Mariā vginē desponsari triplici respectu siue rōe

¶ Primo ratione christi.

¶ Secundo ratione ipsius virginis.

¶ Tertio respectu siue ratione nostri.

¶ Primo hoc fuit congruz ꝓpter xpm quadruplici rōne.

¶ Primo q̄dez rōne celationis. vt mysterium incarnationis sue diabolo celaretur. Unde hac de causa virgo maria fuit desponsata. Factū est aūt hoc ad tutellaz pueri ne diabolꝰ cōtra eū vehemētius nocumēta procuraret. Sciebat enī ipe diabolus dei filiū debere incarnari pro redēptione humani gn̄is: sed tempꝰ ignorabat. Unī caute obseruabat ad sciendū q̄n mūdum intraret: vt redēptionē nostram impediret. Hec aūt desponsatio vginitatem matris parientis ipsi diabolo occultauit Unde Amb. sup Luc. ait. Nō mediocris quoqꝫ causa est vt virginitas marie falleret principem mundi: qui cum desponsatā cerneret viro/partū nō potuit habere suspectū. fallendi enī mūdi principis fuisse cōsilū ipsius dñi ꝙ ba declarāt cū apli iubenk tacere de xpo. Ihec ille Et hoc ꝓz Mat. xvj. Itē sanati iubenk tacere de remedio. vt ꝓz de leproso Mat. viij. et de cecis Mat. ix. z de puella resuscitata Mar. v. Predictis aūt non obstat si dicak ꝙ nō latent diabolū ea que sunt in corde q̄ uis latēt ea q̄ sunt in corde: qz vt ait. Aug. in. de trini. Multa q̄ cognosceret diabolꝰ vtute sue ñ ac/ꝑhibek cognoscere a diuina virtute. Itē dñi doctores ꝙ etiā latēt diabolū ea q̄ sunt in corde q̄n appropinquare nō pōt. Diabolꝰ aūt nō poterat appropiāre vgini ꝓpt virtutē sāctitatis ipsi. z etiā q̄ impediebak a deo z ab angelis cū custodiētibꝰ. Et ideo scire nō potuit vtrū vgo ꝓcepisset sine viro cū eam maritū habere videret.

¶ Scdo hoc fuit congruz propter xpm: ne ab infidelibus tanq̄ illegittime natus abhorreret. Unī Amb. super Luc. ait. Quid iudeis. quid herodi posset ascribi si natū ex adulterio viderenk pscribi? q. di. Nihil. Ergo fuit conueniēs vt eius mater desponsaretur: qz aliter oēs arbitrati essent xpm ex stupro fuisse generatū. Et sic tāq̄ illegittime natuz despexissent. Unī Amb. vbi. s iterū inqt. Cū partꝰ inupte lege dānetur congruū fuit vt virgo despōsaretur ne videretur xps a legis iniuria cepisse.

¶ Tertio congruz fuit Mariā despōsari propter xpm ratione nutritiōis. Ut. s. a Joseph nutrirek. Hinc Amb. vbi. s. Despōsata est vt infantis curā gereret siue i egyptū iens. siue inde denuo rediens. Unī z pater eius curatione dictꝰ est. quasi nutricius. Unde habetur Luc. ij. existēs beatissima virgo cū Joseph. et inueniēs puerū Jesum in templo dixit ei. Ego et pater tuꝰ dolentes querebamꝰ te. Nō negauit aūt xps Joseph esse patrem suū: sed rñdit Quid est q̄ me querebatis. Fuit etiaz Joseph pater christi reputatiōe: qz iudei putabant Joseph generasse ipm Jesum. Et sic dictus est Joseph pater iesu putatiuꝰ. Fuit tertio pr̄ gn̄atione nō quidē sua: sed Marie vxoris sue: coopante spūsancto z quodāmodo vices Joseph gerente nō virili semine sz mystico spiramine. Ppropterea pater quidem Joseph nō naturalis: sz legalis pueri iesu dici pōt cui spūssanctus suscitauit semen carnali valentius.

¶ Item fuit conueniens hec desponsatio. vt cōsueto modo scripturarū genealogia xpi per virū describeretur. Unī Amb. sup Luc. ait. Qui in seculuz venit scīi debuit more describi. Uiri aūt persona queritur que in senatu et reliquis curijs ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit scripturarum que semper viri originem querit. Ihec ille. Quia autē beata virgo secundum legem desponsari nō poterat nisi viro q̄ cēt de tribu Juda et familia Dauid ex genealogia sponse. i Joseph deprehendit genealogia Marie et christi filij eius.

¶ Secundo pricipalit dico ꝙ fuit cōgruz Mariā virginē despōsari respectu sui siue ratione sui. Et hoc Triplici rōne.

¶ Primo rōne occisionis ne. s. a Judeis occideretur tāq̄ adultera. vt ait Ihiero. Nam sm̄ leges virgo adultera de stirpe sacerdotali comburebatur. Leuit. xxj. Ipsa aūt virgo descenderat non solū de tribu Juda: sed etiam de tribu Leui. s. de stirpe Aaron. vt patuit. s. in sermone de eiꝰ natiuitate. Lapidabatur quoqꝫ nō solū illa q̄ iam erat desponsata: sed etiā illa que in domo patris custodiebatur vt virgo q̄nqꝫ nuptura cuiuscūqꝫ alterius tribus esset. Unde dicit Deut. xxij. Si non est in puella inuenta virginitas lapidibus obruent eam viri ciuitatis. ꝛc.

¶ Secundo hoc fuit conueniens ꝓpter ipsam ratione exhibitionis et procurationis. Ut ei a Joseph ministerium exhiberetur et seruiretur. Et vt ipse Joseph procuraret necessaria ipsi virgini et filio eius de arte sua. Erat aūt carpentarius. vt ait Chrysost. Et etiā vt eam associaret sicut et fecit cū simul in bethleem perrexit vbi filium suum peperit. et ad templū in purificatione eius. et cum in egyptum iuit. et redijt. Unde Bernar. in quodam sermone inquit. Quia ista delicata puella sola erat: ideo fideli socio indigebat a quo et ante partū/et in partu/et post partum assolaretur: et a laboribꝰ releuaretur.

¶ Tertio fuit conueniens. Ratione libe rationis. Ut per hoc virgo ab infamia liberaretur. Unde Ambro. super Luc. ait. Desponsata est ne temerate virginitatis aduretur infamia. cuius grauis alnus corruptele videretur insigne ꝑferre. Habuit autem dñs aliquos de suo ortu q̄ de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse virginis verecundiam et lubrica famā pudoris. nec putauit ortꝰ sui fidē matris iniurijs astruendaz. Seruatur ita q̄. sez Marie sicut pudore integra: ita inuiolabilis opinione virginitas. Ihec ille Et Bernardus super missus est inquit. Quis enim eam videns non desponsataz et tamen granidam: non potius diceret meretricem q̄ virginem? Non autem decebat hoc dici de matre dei. Tolerabilius ergo et honestius fuit putari Jesum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad tempus de coniugio natum fuisse q̄ de fornicatione. Hec ille. Et i hoc apparuit charitas et benignitas dñi nostri iesu xp̄i qui potius voluit diminui de honore suo q̄ de honore matris sue.

¶ Tertio principaliter fuit cōueniens. b. virginez desponsari propter nos. et hoc quadruplici ratione.

¶ Primo vt christus natꝰ de virgine certi⁹ crederetur testimonio ioseph qui matrem eius virginem desponsauerat. ꝛ a tē pore desponsationis diligenti eā cura custodierat. Nam sponsa a tpe despōsatiōis erat sub custodia sponsi. vt ait Ber. supermissus est. Mos erat indeorū vt a die desponsationis vsq; ad tempus nuptiarum sponsi/sponsas in custodia reciperent vt earum pudicitiam curiosius seruarent. ꝛ ipsi eis fideliores existerent. Item erant i eorum potestate quo ad obsequia et similia: et debebant defendi a viris suis in his que sibi occurrissent. Et hanc rationem tangens Amb. super Lucaz ait. Locupletior testis pudoris maritꝰ adhibetur qui posset delere iniuriā et vindicare opprobriuz si nō agnosceret sacramentū. Greg. quoq; in homel. super Mat. iquit. Sicut discipulus dubitans ꝛ palpans factus est testis vere resurrectionis: sic sponsus fuit custos et testis integerrime virginitatis. Ex quo magis cōfirmamur in fide conceptionis christi de spūsancto ex virgine.

¶ Secdo hoc fuit cōueniēs vt vniuersa ecclesia designetur. que cū sit virgo: despōsata tñ est vni viro. i. xp̄o: iuxta illud apli. ij. ad cor. xi. Despondi enī vos vni viro vt virginē castam exhibere xp̄o. Et hanc rōnez tangit Aug. in lib. de sancta virginitate. Chrisost. quoq; sup Mat. inquit. Quia futurū erat vt oēs sancti de ecclesia virgine nascerentur xp̄o despōsata. xp̄s de despōsata natus est ne indignius nasceretur dominus q̄ serui.

¶ Tertio cōgruū fuit. ꝛc. vt beate virginis Marie verbis maior fides haberet et omnis mentiendi suspitio tolleretur. Ut enim ait Amb. super Luc. Videretur mētiri innupta pregnans et culpā velle obūbeare mendatio. neq; enī crederet ei si diceret se virginē. Et ideo dicit Amb. vbi. s. Fides marie verbis asseritur. et menda cij causa remouetur. Causam enim mentiendi despōsata nō habuit cū cōiugū premium et gratia nuptiarū partus sit seminarū. Hec ille.

¶ Quarto potuit hoc esse congruū rōne quā ponit Chrisost. super Mat. Qz enim vt ꝛ: Mat. xiij. Erat Joseph faber lignarius Ideo ipe Chryso. inqt. Fabro lignario maria desponsanda erat. q̄si xp̄s dei filius ecclesie sponsus oēm salutē hoiz operaturus erat per lignū crucis. Hec ille. Nō est aūt mirādū q̄ Joseph fuerit faber. Debuit enim sic esse: vt esset conformis deo qui est oim fabricator. Itē qz nullū exercitiū ita conueniebat xp̄i nutritio: marie qz natus est in diuersorio. in quo per quadraginta dies fm aliquos steterūt: et ipse Joseph vt creditur fore: aliquā cunā et aliq̄lem reductū ibi fecit de asseribus/aut viminib⁹ pro defensione pueri et matris ei⁹ a frigore. Itē cū essent in egypto: nullum aliud poterat quasi habere exercitiuz aptius ad acquirendum victuz quotidianū Preterea: quia ex ligno natura humana est perdita. Ideo cōueniebat: vt faber lignarius diceretur pater recuperatoris et restauratoris. Ex omnib⁹ ergo p̄dictis rōnibus patet fuisse congruum et rationabile mariam virginē desponsari.

¶ Sed pro expeditione istius sermonis: more cōtemplatiuo/videndum est de modo ꝛ de leticia seu gaudio hui⁹ desponsationis. s. marie et Joseph. Unde nota q̄ cū ipsa benedicta virgo esset. xiij. annorum summus pōtifex preceptum fecit. vt oēs virgines in templo educate que ad etatez quattuordecim annorum peruenerint ad domū parentum suorum reuertentur vt legitimo matrimonio traderētur. Cū autē oēs alie virgines huic p̄cepto obedissent. sola beata virgo in templo remansit. di. q̄ non poterat tenere viam carnalis matrimonij: quia a parētibus suis fuerat perpetuis dei seruitijs dedicata. et etiam ipa perpetuam deo virginitatē ex voto mētali promiserat. Semel aūt deo dicatū ap̄li⁹

est ad humanos vsus transferendū. Que audiens summus pontifex. ex vna parte timebat offendere deum si eam ad frangēdum votum castitatis cōpulisset. cuz per prophetam dñs dicat. Uouete et reddite. ps̄. lv. ꝛ iterū. Redde altissimo vota tua. ps̄. xlix. Alia vero ex parte metuebat iducere nouam cōsuetudinē in populo dei de seruanda virginitate contra preceptū primis parentibus datum de multiplicāda prole. Gen. j. Qua ex re habito cōsilio cū sapientioribus et antiquioribus populi: omnes respōderunt in tam difficili et isolita re ad oraculū diuinū esse recurrenduz qui quibuscūq; rebus etiā desperatis modum et ordinē ponere potest: cuius voluntatem semper debemus inquirere et considerare vt ei beneplaciti esse videamur. Cum igitur omnes in oratione deuote p̄sisterent: rogantes deuz vt quid in hac causa faciendū esset illis reuelaret. statim cūctis audientibus in loco propiciatorij facta est vox dicens: q̄ omnes qui erant de domo et familia Dauid habiles ad cōtrahendum matrimoniū ad templū ante altare conuenirent singuli virgaz in manu ferentes. et cuius virga fronduisset et floruisset et super summitatē eius spūssetūs in columbe specie descendisset secundum Esaie vaticinium. xj. c. vbi dicitur. Egredietur virga de radice iesse/et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus domini. Ille eam desponsaret tāq̄ sibi a domino deputatam. Cū ergo oēs virgam suam portantes ordinato tempore ad templum conuenissent/et coram altari se presentassent: sola virga ioseph inter omnes alios de domo dauid statiz fronduit/et flores emisit: ac spūssanctus in ei⁹ cacumine in specie columbe descendit. Quapropter clamantibus cunctis/ad tā grande miraculum. sacratissimam virginem ipsi ioseph tanq̄ digno tam egregia coniuge/in sponsaz dederunt. In hac aūt etate (. s. xiij. annorū) voluit christus matrem suam desponsari nō ratione alicui⁹ periculi: sed quia tunc erat perfectissime apta sue conceptioni/que in desponsata virgine fieri debebat.

¶ Si autem queratur. cui⁹ etatis erat Joseph/q̄n beatissimā virginē desponsauit? Dico q̄ circa hoc est duplex opinio. Qui dā em̄ dicunt q̄ erat senex: Unde quando iuit ad templuz cū alijs de familia Dauid portabat virgam suam absconditam/timens forte videri ab alijs: q̄ cuz esset vetulus/vellet nubere. prexit tamē ad templum ne faceret cōtra mandatum summi sacerdotis/ex parte dei factū: in quo oēs qui erant nubiles de progenie dauidica tenebantur cuz virga predicta ad ipsum tēplum proficisci. Quando vero sua virga floruit ipse ioseph cognoscens miraculuz maxime per reuelationem spiritussancti/qui in columbe specie super ipsam virgā suam apparuerat q̄ hec delicata puella sibi debebatur in sponsam ꝛq̄ hec erat diuina voluntas/vt eam desponsaret: licet cū rubore ipsam virgam sic floridam in publicum videndam ab omnibus protulit: atq; protinus benedictam virginem desponsauit. Ad argumentum autem quod fit contra hanc opinionem sez q̄ non videtur conueniens fuisse q̄ vna puella sic delicata nuptui traderetur sponso antiquo. Respondent tenentes hanc opinionem q̄ hoc fuisset inconueniens si hoc matrimonium factum esset causa procreāde prolis vel propter vitandam fornicationem: sed propter nullā harz causarū cōtractū fuit. Sz sanctissima volūtate diuina ita pactū est multis de causis. vt patuit supra. Rationes aūt quare deꝰ voluit matrē suā desp̄sari seni: assignāt p̄dicti doctores. Primo vt appareret hāc de spōsationē nō libidinis causa fieri: sed solū ex obediētia sui bñplaciti ꝛ p̄cepti. Secdo ppter cōfirmationē hereticoz quos sciebat debere opinari ꝛ p̄dicare q̄ ioseph habuit filios carnales ex btā maria: ꝛ cū ea stetit matrimonialiter: saltē post parturitionē filij dei. Quoz iniqua/ꝛ peruersa opinio potuisset colorari ex ioseph iuuentute.

¶ Alia opinio ē q̄ ioseph eēt iuuenis pulcher/ꝛ decoꝛ nobilis/ꝛ sapiētissim⁹. Nō em̄ opz credere ip̄m ioseph iustū virū marie senio fractū/debilitatū aut frigidū fuisse dū nupsit marie adolescētule: ad saluā dū castissimū atq; pudicissimū cū ea conuictuz. Potuit namq; plus operari spūssanctus in conseruando castitatem ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ioseph/per repressionē/vel extinctionē fomitis originalis in ipso:quē senectus/vel senīū operetur. Eteniz quis nesciat quosdam senes septuagenarios/aut octogenarios spurcissimis ⁊ fetidissimis libidinib⁹ exarsisse:cūtes post desideria sua ⁊ adinuentionibus suis turpissimis:quales etiā vel cogitare vel dicere pudor est fetore cō putrescentes. Sensit aūt virginitatis gratiam qui dixit. Scio q̄ continens esse non possum nisi dederit deus. Nō est ergo dicendum ioseph fuisse senem: sed inuenē: Nec vrget in oppositū libellus de infantia saluatoris in quo dicitur ioseph fuisse senex. q̄ iure dānatus est. Mouet aūt ad hoc pie credendū mysterium prophetic̄ū: quo dr in Esa.s.lxij.c. Letabitur sponsus sup sponsam: et habitabit iuuenis cū virgine. Ubi glo.interlinearis/et ordinaria dicit.s.ioseph cum maria. Mouet etiam ad hoc finis/⁊ ratio despōsationis marie cum ioseph.

¶Primo finis mouet nos ad credendū q̄ ioseph fuerit iuuenis nobilis/ac prudēs. Quia diuina sapiētia que ab eterno oia vidit:hūc sanctissimū virum nō solū⁹ preelegit ex oibus: sed etiā super omnes preparauit et disposuit ad tam altam ysteria cognoscenda/et pertractanda taliter q̄ nihil ei defuit. Nam illos/quos de⁹ ad aliquid eligit: ita preparat et disponit/vt ad illud ad quod eliguntur inueniantur idonei. Unde dicit Apostolus.ij.ad Cor.iij. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Cum ergo deberet ioseph esse custos dūtissime virginis/⁊ pueri iesu: ⁊ eorum socius ⁊ gubernator:et habere reginam celi in coniugem: ⁊ esse maritus illi⁹ que esset sponsa dei. Credis ne q̄ errauerit deus in electione ipsius: aut q̄ aliquid ei deesse permiserit: quin eum perfectissimum fecerit? Profecto hoc esset valde erroneum et stultissimum opinari. Deus enim (vt supra diximus) cum aliquez ad aliquod opus peragendū assumit. dat ei omnē sufficientiam ad perficiendū. Unde de isto sanctissimo viro super familiaz dei cōstituto/dici potest illud Luce.xij. Quis putas est fidelis seruus/⁊ prudens super familiam suam? Ergo tenendū est q̄ in toto mundo nunq̄ fuit vir ita sufficiens ad tam dignum opus sicut beatus ioseph. Ita q̄ fuisset sufficiens ad regimen totius mundi: magis q̄ Alexander magnus. et q̄ imperator Octauianus. Nam qui erat sufficiens ad maius: multo magis est credēdus fuisset sufficiēs ad min⁹. Qui ergo fuit a deo electus idoneus ad regimen filij sui/qui in infinitū est excellentior et maior mundo. et ad gubernationē spōse diuine/que est dignior vniuerso orbe. multo magis credendus est fuisse sufficiens ad regendum totum mundum. Et ideo male faciunt (videri meo) qui depigunt eum decrepitum/melancolicum/ac vilem cum flascheto ad cingulum. Cum enim beatissima virgo fuerit tante perfectionis. non dubium est q̄ etiam eius coniunx fuit perfectione repletus/vt esset ei⁹ coniugio idoneus. Fuit etiā beatissimus ioseph super omnes homines purus: similis virgini gloriose i nobilitate. Quia inter oēs qui sunt egressi de stirpe adam/non est egressus vir dignior/ac nobilior illo.quod patz Mat.j.in genealogia eius. Nam ois profecto/et nobilitas generis humani/et maxime stirpis iudeorū tam nobilis/est collata in eo. Sicut ergo bene dicta virgo fuit de stirpe regali: ita et beatus ioseph/cui de iure debebatur regnuz. sicut Mat.j.c. patere potest. Fuit etiam preditus ioseph alia nobilitate/dignior supradicta.s. nobilitate spirituali. Non enim principaliter faciunt nobilem antiquate diuitie: vt videtur Arist. describere. neq̄ dominatio super ceteros:aut aliquod huiusmodi temporale dat nobilitatem:sed seruitus dei: cui seruire regnare est: cuius agi frenis summa libertas est. Unde Agatha theologizans gloriabatur inter opprobria: dicens. Summa ingenuitas ista est/in qua christi seruitus comprobatur. Ex quibus elicitur Mariam ⁊ ioseph summa nobilitate p̄ditos fuisse:q̄ suprem⁹ i dei obsequio/etiā corporali/exhibuere seruitutē. Nobiliores igf q̄ nobilissim⁹ regū david sicut eo sanctiores ⁊ timoratiores in dei fuerūt seruitio.

¶Sed hic oritur dubitatio. Cū maria/et ioseph fuerit de stirpe regia p̄genit. quo vt corpus eius; verum ostenderet nasci ex femina: sed vt ostenderet eius diuinitas nascitur ex virgine. Talis enim part⁹ decet deum. vt dicit amb.in hymno natiuitatis. Per supradicta ergo patet responsio ad secundum membrum. q.s. Maria mater dei fuit virgo in partu.

ADtertium q̄sti

onis mēbrum: quod est. Utruz beata mater dei maria fuerit et permanserit virgo post partum? Rndeo q̄ nōnulli fuerunt heretici: sicut Eluidi⁹ ⁊ eius sequaces: qui dixerūt/asseruerūtq̄ beatam matrem dei mariam non permānisse virginē post partuz. propter illud q̄d Mat.j.c. dicitur. Accepit.s. Joseph: cōiugem suam.et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Hoc aūt aduerbium donec/cōsueuit determinatum tempus signare:quo cōpleto fiat id quod vsq̄ ad illud tempus non fiebat. Uerbum aūt cognoscendi ad coitū refertur. sicut et Gen.iiij.dicitur q̄ Adaz cognouit vxorē suā. Ergo videtur q̄ post ptū btā v̄go fuit a Joseph cognita ⁊ ita videf q̄nō permanserit virgo post partum.

¶Item. Primogenitus non potest dici nisi qui habet fratres subsequētes. Unde ad Ro.viij.dicitur. Quos prescivit ⁊ predestinauit conformes fieri imaginis filij sui. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sed euangelista x̄pm primogenitū matris eius noiat: ergo alios filios habuit post christum. et ita videtur q̄ mater christi non fuerit virgo post partum.

¶Preterea Joan.ij. c. dicitur de christo q̄ descendit in capharnaum. ipse ⁊ mater eius/et fratres eius/⁊ discipuli eius. ergo habuit fratres carnales: quia aliter non poneretur copula inter fratres et discipulos. Nam fratres dicuntur qui ex eodem parente progeniti sunt. Et sic si beata virgo habuit alios filios post christum sequitur q̄ non permanfit virgo post partum. Ista dogmatizauit Eluidius heretic⁹ pessimus quē validissime vexit Hieron. in quodam libello quē edidit contra eum.

¶Dico ergo respondēs ad istud tertium membrū: q̄ absq̄ omni dubio detestandus est predictus error illius prenominati Helui di⁹/qui dicere presumpsit matrem christi a Joseph post partum esse carnaliter cognitam et alios filios genuisse sicut. S. dictum est. Hoc enim primo derogat christi pfectiōi: qui sicut secundū diuinā naturā vnigenitus est patris tanq̄ perfectus per omnia filius eius. Ita etiam decuit vt esset vnigenit⁹ mris tanq̄ pfectissimū germē ei⁹.

¶Secundo hic error iniuriam facit spūi sancto:cuius sacrariuz fuit vterus virginalis in quo carnem christi formauit. Usi non decebat vt de cetero violaretur p cōmixtionem virilem.

¶Tertio hoc derogat dignitati et sanctitati matris dei:que ingratissima videret si tanto filio contenta non esset: et si virginitatem que in ea miraculose conseruata fuerat sponte perdere vellet per carnis cōcubitum.

¶Quarto etiam ipsi Joseph esset ad maximam presumptionem imputandū. si eā quam reuelante angelo de spūsancto deū concepisse cognouerat polluere attēptasset. Et ideo simplr est asserendū q̄ mr dei sicut virgo cōcepit et v̄go peperit:et etiā virgo post partū in sempiternū pmansit.

¶Ad obiecta autem superius posita Respondetur. Et ad primum dico secunduz aliquos q̄ hoc nō est intelligendum de cognitione carnis: sed de cognitione noticie. Dixit. n. Chrysos. q̄ non cognouit eaz ioseph antēq̄ pareret ⁊ cuius fuerit dignitatis:sed postq̄ peperit. cognouit eam quia per ipsius ptolem specialior et dignior facta fuerat/q̄.totus mundus:q̄ quē totus mund⁹ capere nō poterat in angusto vteri sui sola susce-pit. Quidaz vero hoc referunt ad noticiā visus. Sicut enim mox si cum domino colloquentis glorificata est facies vt nō possent intendere in eum filij israel. Sic maria claritate virtutis altissimi obūbrata cognosci non poterat a Joseph: donec pareret. Post partum vero a Joseph inuenitur specie faciei non tactu libidinis. Hiero. autē concedit hoc esse intelligendum de cognitione coit⁹:sed dicit q̄ ly. vsq̄ vel donec in scripturis dupliciter potest intel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligi. Dñs̄ n. designat certū tēp⁹ scōm illud ad Gal'. iij. Propt trangressionez lex posita donec venit semen cui promiserat. Quando⁹ vero signat infinituz temp⁹. Sicin. ps̄. Sede a dextris meis: donec rē. quod non intelligitur ꝙ postea sedeat: sz ꝙ vsq; et tunc et postea. Et etiam ſm illud. ps̄. Oculi nostri ad dñm deum nr̄m donec misereatur nostri. Ex quo non est intelligendum ꝙ post impetratam miaz oculi auertantur a deo. Et scōm hūc modum loquendi significantur ea de quib⁹ posset dubitari si scripta non fuissent. Cetera vero nostre intelligentie derelinquūt Et secunduz hoc dicit euangelista matrē dei non esse cognitam a viro vsq; ad ptū: vt multomagis intelligamus cognitam non fuisse post partum.

¶ Ad secūdum obiectum. ℟. ꝙ mos diuinar scripturar est. vt primogenituz vocent non solum eum quem fratres sequūtur: sed etiam eum qui primus natus sit: etiam nullo fratre sequente. Alioquin si non esset primogenitus nisi quem sequūt fratres: tamdiu secundum legem primogenita non deberētur ꝙdiu et alia nō fuerint procreata. quod patet esse falsum. cū infra annum et mensem primogenita redimi mandentur scōm legem.

¶ Ad tertiuz obiectum siue argumentū dicendum. ꝙ quidam (sicut dicit Hiero. super Mat.) fratres domini de alia vxore Joseph suspicantur. Nos autem fratres non filios Joseph: sed consobrinos saluatoris sororum marie filios intelligimus. Quattuor enim modis in scriptura dicūtur fratres. s. natura. gēte: cognatione: et affectu. Uñ fratres domini dicti sunt non ſm naturā: qñ ab eadez matre nati: sz ſm cognationē quasi cōsanguinei ei⁹ existentes et germani. Uñ ad Gal'. j. Paul⁹ dicit Alios ap'lor vidi neminē nisi Jacobū fratrē dñi. Erat eni Jacob⁹ ꝓsanguine⁹ ieſu xp̄i. filius sororis beate marie: sicut et alq. vt Johānes et Symon chanane⁹. Joseph aūt (sicut Hiero. dicit cōtra heluidium) Magis credēdus est ꝙ pmāsisse ꝙ aliā vxorē habuisse. qz cū xp̄s matrē suā. i cruce nō pmēdauerit nisi virgini: etiā cū iaz in etate processerat: non est verisile ꝙ Joseph qui fuit assignatus a deo precipuus custos eius: et in iuuentute virginis non fuerit cōsimiliter virgo: immo cū ea votuz virginitatis emisit: qz erat in cōsimili proposito sicut ipsa: put habitū est in sermone de despōsatiōe marie. Dicunt igit ibi ffres xp̄i cognati ei⁹: qz illi q̄ sunt de eadem cognatione (sicut dictū est) in sacra scriptura noiant frequenter fratres. Unde Gen. xiij. dixit Abraā ad Loth. Ne sit iurgiū inter me et te: fratres enī sum⁹: tamen Loth erat nepos ipsius. Hinc ergo existimo te o populemi/ā posse percipere tot/ ac tam validis rationibus christiparam dei genitricē ante partuz/in partu et post partum virginem extitisse.

¶ Hancetiamveritatem. s. btām mariaz seruasse perpetuā virginitatem: pbare possum⁹ testimonijs/ mysterijs/ exēplis/ et figuris.

¶ Primo testimonijs. s. pphete/ āgeli et dominis. Primo testimonio pphete. Cū. n. (vt ait Petrus. ij. cano. c. j.) non volūtate humana sit allata pphetia sed spūsancto inspirante. clarum est eoz testimoniū esse certissimū. Hoc vero ꝙ plurib⁹ prophetaz ora clamauit spūsctus ꝙ virgo deū debuit concipere. vt patet in veteri testamento. Uñ Esa. xj. Egredief virga de radice ieſſe et flos. rē. Flos. n. sine corruptiōe ex vgine gñatur: ita xp̄s ex vgine. Et Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet et pariet. rē. Hiere. etiā xxxj. vt Romū faciet dñs sup terrā. fem ina circūdabit virū. Hoc certe nouū fuit i mūdo vt virgo cōciperet et pareret virū: qz nec fuisem visa est: nec habere sequētez.

¶ Secdo testimonio āgeli: q̄ cū sit noticia dei plen⁹ nō pōt falli: sz ipe infallibile testimoniū fuit de vginitate marie. ergo rē. Q̄. n. āgel⁹ testat⁹ sit vginalē cōceptū pz Luc. j. cū reḡ sit⁹ fuit a virgine bñdicta de sacro icarnatiōis. Quō inq̄t fiet istud qm virū nō cognosco: Rñdit. Spūsctus superueniet in te. rē. et Mat. j. dixit Joseph de btā vgine. Qđ in ea nat⁹ ē de spūsctō est.

¶ Tertio testimonio sctōz hoiz. vz. ap'lorū/ sacroruz doctoruz. sicut Aug. Hiero. Grego. Ambros. Chrysost. Bernardus. z alioz. vt clare patet in eorum dictis. que breuitatis causa relinquo Proclamatur etiam hec veritas a/ sctā matre ecclesia in singulis symbolis cum dicitur xp̄s cōceptus ē de spūsctō nat⁹ ex maria virgine rē.

¶ Secundo hoc idem demōstratur mysterijs. Primo virge Aaron que miraculose floruit z fructum fecit. vt habet Numeri xvij. Uñ Bernardus in quodam sermone ait. Nec virge virorem floris lesit emissio. Hec est virga sublimis: plāta celestis: sanctioz vniuersis que verticem sctm erexit vsq; ad deū maiestatis: qz multum in profundū miserat radices humilitatis. hec ē virga ieſſe flos campi filius eius. Admodū em campi sine oi humoris adminiculo virginis alnus floruit. hec ille.

¶ Secdo ostenditur mysterio porte q̄ soli dño fuit aperta: ceteris aūt clausa. Ezechiel'. xliij. vbi dr. Porta hec clausa erit z nō aperietur z vir nō trāsibit per eaz: qz dñs deus ingressus est p eam. Quod exponēs Augu. in sermone de natiuitate dñi dicit. Quid est porta hec erit clausa nisi qz Maria semp fuit itacta? z qđ ē vir nō trāsibit p eā. nisi ꝙ ioseph nō cognouit eā? Et qđ est dñs solus intrat z egredif p eaz. nisi ꝙ spiritusſctūs fecūdauit eam? z dñs angelox nascitur p eaz. Et quid est clausa erit in eternum. nisi qz Maria virgo est: ante partū: in ptu: z post partum. hec ille.

¶ Tertio ostenditur mysterio velleris de celo pfusi. vt habek Judich. vj. De quo Bernar. in quodā ser. ait. Quid gedeonis significat vellus? quod vtiq; fuit tonsum de carne. sed sine vellere carnis? nisi carnē assumptam sine detrimento virginitatis.

¶ Tertio principaliter ostenditur ei⁹ virginitas ex ē plis. Ponit autem Augu. in quodam sermone tria exempla vi. Qui lapideas scripsit tabulas sine stillo ferreo: ipse ingrauidauit Mariam spiritusancto Et qui produxit panes in deserto sine agratore: ipse parere fecit virginem sine corruptione: et qui fecit virgam sine pluuia germinare: ipse fecit filiā dauid sine semine generare

¶ Alia quoq; sunt exempla. Primuz est corporis glorificati: quia corp⁹ christi gloriosum clauso sepulchro exiuit: z ad discipulos clausis ianuis intrauit: et eodem modo clauso virginis vtero exiuit: vt ait Gregorius in homelia paschali Dicunt enim quidam ꝙ Christus nascens habuit dotem subtilitatis. Unde Augustinus in quodam sermone ait Sicut christus exiit de sepulchro clauso: ita natus est de virgine clauso virginitatis claustro. Secundū exemplum est syderis. de quo Bernard⁹ in quodam sermone ait. Nec syderi radius suam minuit claritatem: nec virgini filius suam integritatem Tertium exemplum est apis. Nam si apis ſm Ambros. mellificat z filios generat sine commixtione: multo fortius virgo Maria generare potuit sine corruptione.

¶ Quarto hec eadem veritas ostendif figuris et similitudinibus. Nā sicut rubus cōburi videbatur: et ignis eū non tangebat. Exo. iij. et sicut tres pueri i camino ignis ardentis non ardebāt. Daniel'. iij. Et quē admodū danieli intra lacū leonū incluso: ostijs non apertis allatuz est prandiuz ab Abacuch. Daniel. vj. Ita hec sancta vgo genuit deum: et imaculata in virginitate permāsit. Ideo merito ecclesia sancta canit illi. Sancta virgo virginum: ora pro nobis.

¶ Sed Aliquis posset querere. quare virgo mat dei maria appellatur virgo virginum? Respondeo ꝙ hoc illi optime congruit triplicitatione.

¶ Primo ratione premiationis. Quia nec primam similem visa est nec habere sequentem: vt canit ecclesia Merito igitur dicitur virgo virginum maria. quia est omnium virginum mater virginitate prima vel primiceria. qm̄ fine precepto/ consilio/ z exemplo glorioſum munus vginitatis deo obtulit: per quod et omnes virgines per imitationem in virginitate genuit. Hinc. ps̄. Adducentur regi virgines: post eā primi ei⁹ afferent tibi. Q̄. si petas. Cur non magis xp̄o attribuif hoc priuilegiū ꝙ dicak virgo vginuz cum xp̄i

Universidad de Deusto
Biblioteca

virginitas sit excellētissima et dignissima vt pote deo vnita vnione personali? Ad hoc rñdetur q̄ hoc nomen virgo virginū christo non cōuenit: licet christi virginitas omniū virginitatē etiam matris precellat: quia ipse xp̄s non fuit primus vgo virginū tēpore sed ipsius mater: que primo per votum virginitatis opprobriū abstulit sterilitatis: et eam in se consecrauit Ipsa quoq̄ virgo deus genuit que et fecūda extitit et virginitatem perpetuam vouit ⁊ tenuit. christo aūt hoc non conuenit cum in sua virginitate non genuit deū sz ipse deus verus extitit.

¶ Secundo beata virgo dicitur virgo vginuz ratione significationis: qz in huius modi locutionibus significatur excellentia ſm grāmaticos: vt cū dicit flos florum .i. excellens oēs flores alios. Quia aūt beata virgo excellit omnes alias vgines in castitate/ et fecunditate que simul in nulla alia virgine/ ⁊ in nullo inueniunt. ergo ipsa merito virgo virginū dicitur.

¶ Tertio ratione prelationis: qz ipsa est regina ⁊ dña omniū aliaz virginū: ⁊ ipaz post xp̄m in celo sequunt tanq̄ dñam oēs alie virgines. Unde canti. j. In odorē vnguentoz tuoz currim⁹ adolescentule dilexerunt te nimis. Clama hic ad beatā virginem dulciter cantando. di. O felix Maria. merito igitur/ et bñmerito vocaris vgo virginū: cū tua etiam virginitas: sit tāte dignitatis ⁊ excellētie q̄ superexcellit p gratiam virginitatē angelorum. Tāta est tua virginitas. O/ vgo dei genitrix q̄ quē totus nō capit orbis i tua se clausit viscera factus hō. O/ virgo singularis inter oēs mitis. tua sancta virginitas fuit: que prima extitit deo dedicata. Tu nāq̄ omniuz prima ꝓposuisti in terris angelicā vitam ducere. Ideo virgo virginuz es appellata. Dignissima fuit tua vginitas: que meruit inuenire thesauruz dei sapientie. Et illum suscipere. per quem illuminati sum⁹ in fide. O felicissima virgo maria. merito tibi dixit angelus. Inueniſti gratiaz apud dñm. qñ omnez gratiā quā in Adā amisimus tu inueniſti: et inuentam nobis restituisti. O/ gloriosissima dña quid laudis? quid gratiaz actiōis? quidue fututis tibi retribuamus? Uere toto posse tibi fuire ⁊ te laudare obligamur. Uere o/ virgo benedicta. multum tibi debem⁹ re gratiari et seruire: quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. O/ igitur domina nostra ora (queso) pro nobis peccatoribus: vt possimus habere gratiam in presenti seculo: et in futuro sempiternam gloriam. Amen.

¶ Sermo.xxxv. De Purita te Marie.

¶ Thema.

Jhilimūduz in illam incurrit: candor est enī lucis eterne: et speculū sine macula dei maiestatis: Scriptuñ hec verba. Sap. vij. ca.

¶ Prohemium.

Uerbis i p̄miſsis fratres dilectissimi sapiens ipūscto loquēte tripliciter cōmendat puritatē beatissime vginis Marie. Primo q̄dem q̄ sit summe mūdicie: immunis ab omni pcti originalis/ mortalis/ ⁊ venialis/ sorde. Ideo dicit. Nihil inmundū incurrit in illā: hoc quo ad pctm mortale: ⁊ postea speculū inq̄t sine macula: hoc quo ad peccatū veniale ⁊ etiā originale. Uere o/ anima deuota permaxie tibi reddit laudabilis et venerabilis ac/ amabilis ipsa sanctissima dei mater que i sua puritate ac/ mundicia virginali meruit concipere filium dei. Propterea ecclesia canit. Sancta et immaculata virginitas quibus te laudib⁹ efferam nescio: quia quē celi capere nō poterant tuo gremio coluisti. Secūdo in premisso themate p̄mēdat Sapiēs puritatez virginis marie q̄ sit sublimis et summe excellentie supra puritatem omnis creature. Uñ subdit. Candor enim est lucis eterne. .i. diuine sz. per preparationez. Eteni vt dicit Anselm⁹. Ipsa tāta puritate nitebat et aitet q̄ sub deo nequit maior intelligi. O/ quid

cogitare/ aut dignum dicere possumus de te o purissima vgo. Reuera si te formam dei appellam⁹ digna extitis. vt ait Hiero. Si te cādorem eterne lucis nomine p opa comprobaris. Tertio cōmendat q̄ videz eius puritas sit diuinalis munificentie/ ⁊ magnifice gratie. p singulari eius. videz priuilegiatione et divine maiestatis operatione. vnde subdit. Speculū inquit dei maiestatis. Mirū in benedicta virgine tanq̄ in speculo relucet summa gratia divine bonitatis ⁊ maiestatis: atq̄ singularissimū donū charitatis ei⁹ in icarnatiōe facta ex ea. Itaq̄ de puritate btissime virginis ad presens acturi. Tria dubia declarabimus.

¶ Primū dubiū est. Utrū beata vgo ſm statum vie nitebat tanta puritate q̄ sub deo intelligi maior nequiret?

¶ Scōm. Utrū hāc puritatē accepit fil/ vel successiue ⁊ qñ eā assecuta est?

¶ Tertium. qualiter vel in quo ei⁹ puritas precellebat oēz puritatem tam hoim q̄ etiam angelorum?

¶ Pro maiori itelligētia ⁊ declaratiōe dicēdoz. Anteq̄ respondeā ad primū dubiū videndū est. In quo cōsistit puritas beate vginis Marie matris dei? seu quomodo intelligenda sit hec intentio puritatis eius? Ad quod respōdeo. q̄ hec eius puritas in tribus consistit. Primo in cōtrarij. i. pcti elongatione. Secundo in summe puri approximatione. Tertio in vtriusq̄ predictorum cōfirmatione.

¶ Primo inq̄ in contrarij. i. peccati elongatione et distantia: quia puritas intēditur per recessum a contrario: sicut albius dicitur quod est nigro impermixtius. Et lucidius dicit illud quod est tenebris impermixtius. Sic ⁊ beata virgo dicitur purissima. quia pre oībus post xp̄m ipsa est impermixtius impuro. i. peccato. Unde August. in lib. de natura et gratia dicit. Excepta hac virgine de qua propter honorem dñi nullam prorsus cum de peccatis agitur/ volo habere questionez. Inde enī scimus q̄ ei plus gratie fit collatū ad vincendum et omni parte peccatū q̄ meruit parere quem constat nullus habuisse peccatum. hec ille.

¶ Secūdo hec puritas beate virginis cōsistit in summe puri approximatione: et per consequēs non cōsistit in sola peccati elongatione. Unde fit pro conclusione q̄ beata virgo dicit purissima. nō solum ob hoc q̄ ab impuro. i. a peccato est elōgata: sed etiam quia ad summe purum. i. deum/ est summe approximata. Hoc declaratur taliter. quia puritas sequitur naturā luminis/ ⁊ luminosi: sicut videt ad sensum: quoniā illud quod plus participat de natura lucis plus habet puritatis: vt summa lux vel summe luminosum: summe sit lucidum ⁊ purum. Lux autem est dupler. s. corporalis ⁊ spiritualis. vt dicit Aug. super Gene. ad litteram: et magis proprie dicit lux spūalis q̄ corporalis lux. Scōm hoc ergo duplex est puritas. s. corporalis ⁊ spiritualis. Sed quia maior puritas corporalis ſm maiorem conuenientiam ad summā corporalez lucem. Quamobrem videmus q̄ aqua purior est q̄ terra: aer q̄ aqua: ignis q̄ aer: firmamentum q̄ ignis: celum aqueum q̄ firmamentum: ⁊ celum empyreū q̄ aqueum. Similiter ergo erit maior puritas spiritualis ſm maiorem cōuenientiam ad summā lucem spiritualez que de⁹ est: qui lux est/ in quo tenebre non sunt ulle. j. Joh. j. ca. Unde ſm hoc purior est anima sensitiva q̄ vegetativa: rationalis q̄ sensitiva: angelica rationalis: q̄ humana secundū naturam: sed secūdū gratiā est alr: quia anima hūana existens in gra purior est q̄ diabolus: licet secūdū naturam diabolus enim sit angelice nature/ sit purior. Gratia nēpe est quasi quoddam lumen creatum procedens a luce in creata ideſt deo. prout dicit Bernard⁹. in sermone de charitate et gratia christi. Ergo vbi est participatio maioris gratie: ibi maior est ad primā lucem approximatio ⁊ assimilatio et per consequens maior ſm gratiam puritas. sicut exemplum in corporalibus. Licet enī secūdum se cristall⁹ purior sit aliquo vitro de materia min⁹ pura facto: tamen istud vitrum si fuerit irradiatum a sole/ lucidius est et purius secundum participatam radiositatem et lucem solis/ q̄ cristallus non irradiata

sole. Quia igitur in beatissima vgine respectu omniū creaturarum aliarum non vnitarū fuit summe gratie participatio. Ergo approximatio ad primā lucem fuit in summo:et per consequens puritas in summo.

¶ Tertio dici q hec puritas beate virginis fuit in vtriusq predictoꝝ.i.elōgationis et approximationis cōfirmatione:propter quod ponit hec cōclusio q beata virgo Maria per sanctificationis copiosam gratiam adeo fuit confirmata in bono penni vt nunq̄ posset in aliquod peccatuz flecti.nec posset in ea diuina gratia deperire/aut minui/vel ab ea aliquo modo separari. Unde beatam virginez Mariam peccare etiam venialiter vel minimo peccato fuit impossibile:q̄to magis in mortali peccato. Probatur hec veritas siue conclusio/brevitatis causa/tantū dupliciratione. Primo ratione redundatiōis: quia sicut honoꝝ parētum redundat in filios. Prouerb. xvij. ca. Gloria filiorū parentes eorum. Ita per oppositum. Ignominia vel confusio matris redundat in filiū. Si ergo mat vnq̄ peccasset vel peccare potuisset:ignominia fuisset dei filij sui. Ergo eius mater dominari potuisset:qd est absurduz. Quid eñ ignominiosius q̄ reginam celi matrē dei diabolo potuisse subiici per culpam.ergo videtur propositum fore verum. Secūdo idem probatur ratione dignificationis:quia dignioꝝ fuit mater christi effecta ex hoc q̄ ē mater dei: q̄ sit aliqs angelus in celo. Si ergo angeli boni sunt in gratia confirmati: multo magis mater dei:propter illud.ij. Topic. Si ei cui minus videtur inesse inest:ergo et ei cui magis. Nec propter hoc q beata virgo Maria fuit cōfirmata ita vt nunq̄ flecti vel velle malum posset.ablata est ei potentia liberi arbitrij:sed fuit confirmata.et defectus qui est posse flecti in maluz fuit exclusus: Ad hoc facit qd dicit Hieronymus in sermone de Assumptiōe.di. q̄ tota plenitudo gratie que fuit i christo venit in Mariam. Ergo venit in eam nō tantum gratia sanctificationis:sed etiam cōfirmationis in bono. Ideoq̄ Bonauē. in.iij.dist.iij. Dicit q̄ cum Maria sanctiꝝ sanctorum gestinit in vtero tunc sanctificata fuit conformiter filio suo adeo q̄ sicut ipossibile fuit xp̄m peccare:ita et impossibile foret matrem eius cadere. Et sicut ipossibile fuit propter honorez christi vt haberet alium filiū:sic impossibile fuit vt vnq̄ carnis virginitas violaret in qua dei filius habitauerat. Et ita etiam impossibile fuit vt mentis sanctitas aliqua culpa macularetur.

¶ His igitur declaratis.prosequemur et respondebimus ad preposita dubia.

Ad primū prin=

Acipale nostri sermonis dubiū/ quod erat. Utrum beata virgo secundum statum vie nitebat tanta puritate q̄ sub deo intelligi maior nequiret? Respondetur q beata virgo etiam in statu vie ea puritate nitebat qua maior sub deo intelligi nequibat. Et probatur dupliciter Triplici ratione.

¶ Primo ratione donatiōis:quia ad dationē summi dom sequitur donatio oim donoꝝ inferiorum.iuxta illud apostoli.ad Rom.viij.ca. Qui proprio filio suo non pepercit/sed pro nobis omnibus tradidit.ꝛc. Quomodo non cum ipso nobis omnia donauit? Sed dominus beate virgini summum donum donauit cuius capax fuit pura creatura.s.dei maternitatē Ergo et summam puritatem.

¶ Secundo ratione sublimatiōis. Quia ipsa beata virgo erat sublimanda et exaltanda super omnes choros angelorum/ꝛ sanctorum atq̄ super omnem creaturam post christum:quam sublimationem habuit in assumptione. Sed qꝝ (vt ait Dionysius.lib.de angelica hierarchia) superiores habēt proprietates inferiorū cum excellētia. Unde seraphin q̄ excellit charitate/excellit omnibus donis omnes inferiores. Ergo beata virgo cum excellit omnes etiam seraphin charitate:excellit etiam omnes puritate.

¶ Tertio ratione impletionis. Quia beata virgo super omnem creaturam impleta est spiritusancto. Luc.j.ca. Spiritus sanctus superueniet in te. Glo.q̄ nunq̄ in aliquem venit superexcellēter/ veniet in te. Et iterum. Ave gratia plena dns tecū ꝛc. Sed effectus spiritussancti est purificare. Denicq̄ vt ait Bernardus. Gratia ē purissimum balsamum:mundissimū vas requirens. Ergo vbi maior gratia spiritussancti:ibi maior puritas esse debuit:et per cōsequens ipsa summe pura fuit. Unde simpliciter verum est q̄ gloriosa omniū domina etiam in statu vie super omnem creaturā ea puritate nitebat/qua sub deo nequit maior intelligi. Et hoc etiam dicit Ansel.in libro.de conceptu virginali. ca. xviij. vbi ait. Nempe decens erat vt ea puritate qua sub deo maior nequit intelligi virgo illa niteret:cui deus pater vnicū filium suum quem de corde suo equalem sibi genitum tanq̄ seipsum diligebat ita dare disponebat vt naturaliter esset vnus idē q̄ cōmunis dei patris et virginis filius:ꝛ quam ipse filius substantialiter sibi matrem eligebat:ꝛ de qua spiritussanctus operaturus erat vt conciperetur et nasceretur ille de quo ipe procedebat.hec ille. Bernardus quoq̄ idem affirmat in sermone Assumptiōis eiusdem:di. Que nā vel angelica puritas vgini illi audeat cōparari? que digna fuit sacrarium fieri spiritussancti/ꝛ habitaculum filij dei.

¶ Sed contra posset aliquis obstare. Quia anima christi que creatura fuit in statu vie/maiori puritate nitebat q̄ gloriosa virgo:et tamen sub deo erat puritas anime christi. Ergo maior puritas potest sub deo itelligi q̄ ea quam habuit virgo.

¶ Preterea. Beata virgo in statu glorie nitet maiori puritate q̄ in statu vie:et tamen sub deo.

¶ Preterea:oēs sancti angeli/et scti patrie celestis i sua puritate glie plus videt appropinquare: puritati patrie q̄ ḡcūq̄ puritas sit vie. Ille eñ sufficit ad hoc vt possint patriā lucem per speciem videre. Hoc autē non ita. Ergo gloriosa virgo nō nitebat tunc summa sub deo puritate.

¶ Ad hec obiecta respondeo:et ad illud de anima christi dico q̄ beata virgo ꝺz purissima immediate post puritatem christi. Si dicas q̄ Ansel. non dicit post xp̄m:sed post deuz. Dico q xps deus est. Ergo post christū ipa purissima est. Uel aliter dicendum Ex quo obiectio est de anima christi q̄ hec puritas dicitur per elongationem/vel recessum ab impuro vbi aptum natum esset inesse impuruz .i.peccatū:q̄tum ex se.in anima aūt christi quia non fuit aptum natum inesse impurū/immo nullomō ei potuit inesse impuritas aliqua etiam ex modo sue conceptionis:quia supernaturaliter christ? de virgine cōceptus est de spiritusancto operante. Ergo non fit hic locutio respectu christi et anime eius:sed respectu aliaruz creaturarum in quibus est aptitudo impuritatis ex se. sicut ꝛ in beata virgine aptitudo fuit quidem inesse aliquod impurum.quia ex modo sue conceptionis habuit aptitudinem contrahendi originale peccatuz:sed diuina gratia/specialiq̄ privilegio preseruata est ne contraheret. vt dictum est.xxvj.sermone.de conceptione Marie.

¶ Ad secundum.vz. de statu patrie: similiter et tertium de angelis et sanctis in patria. Dicendum q̄ in beatissima virgine secundum statum vie fuit gratia dei foꝝ maior q̄ in angelis/et sanctis in patria: et hoc quantum ad substantiam dico: non quantum ad actum qui est operatio gloriose visionis/fruitionis/et tentionis. Nec obstat de puritate quam ipsa habet in statu glorie:quia eandem puritatez habuit ipsa in statu vie secundum substantiam/licet non secundum actum. Nec obstat q̄ sua puritas in via non plene apprehendit per speciem lucem increatam:qz hoc fecit status subiecti conditio/et contrarij coniunctio/et minor motoris attractio. Et hoc ostenditur per simile. Uidemus enim q̄ quandoq̄ maior lux minus illuminat:et minor lux magis illuminat per coniunctionem cum aere obscuro vel claro. Unde quandoq̄ magis illuminat luna in nocte aere puro:q̄ sol in die aere obscuro: et tamē imꝓportionabiliter maior est lux solis q̄ lune. Ad/simili non

videtur inconueniēs si maior lux gratie in subiecto passibili cōiuncto corpori passibili ⁊ grosso minus immutat et mouet actualit: q̄ minor lux glorie in subiecto impassibili et glorioso. i. in angelis et sanctis. Patet igitur q̄ ipa summa puritate nitebat qua maior sub deo nequit itelligi: ad est primum dubium.

AD secundū principale dubiū nostri sermonis qd erat. Utrū hanc puritatē accepit simul vel successiue et qñ eam assecuta est? Rñdeo. Ex quo eñ Anselm⁹ dicit huius puritatis esse causam q̄. vz. debuit esse mater dei. sed q̄ effectus nō prius est in re q̄ in sua causa. Ergo tūc cū facta est mater dei debuit ea puritate nitere q̄ maior sub deo neq̄t intelligi. ⁊ sic prius nō nitebat ea puritate. et istomō Anselmi dictū accipiunt inimici virginis marie/qui dicunt ⁊ tenēt matrē dei Mariā/fuisse cōceptaz in peccato originali et post mūdatam. Sed q̄ constat beatam virginē non fuisse conceptam in originali peccato. vt probatum est in sermone. xxvj. de ei⁹ conceptione. Ideo dico q̄ licet maria etiam ante christi conceptionem habuit sub christo puritatem quo ad remotionem cōtrarij. i. peccati originalis: quia puritas ipsa intenditur per recessum a contrario: veruntamen puritas marie augmentum sumit ⁊ incrementum successione quo ad approximationem et conuenientiam maiorem/ad summam lucem/que deus est. j. Joh. j. Et hoc quattuor gradibus.

¶ Primo enim purificata fuit maria per sanctificationez in vtero sue matris. Tūc enim fuit preseruante gratia dei speciali/purificata non de peccato quod infuit: sz quod infuisset nisi preseruata fuisset.

¶ Secūdo fuit puritas aucta in ea p̄ virtutum exercitationez/quando cepit operari secundum virtutes. iuxta illud Act. xv. de fidelibus scriptum. Fide purificās corda eorum. Et tunc accepit actualez p̄fectionem virtutum.

¶ Tertio puritas auctā fuit in superuentione spiritussēti: iuxta illud. Luc. j. Spiritussanctus superueniet in te, ⁊c. et tunc accepit perfectionem donorum.

¶ Quarto purificata est in filij conceptione quando est cōpleta eius illuminatio et perfecta purificatio in conceptione ipius eterne lucis. et tunc accepit p̄fectionē fructuū et beatitudinum.

¶ Unde prima eius purificatio est per gratiam cooperantem ad gratiā sacramentalē aliqualiter conformem. Et de hac prima eius purificatione. dicit Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea: quia ab omni peccato aliena. Uñ subditur. et macula non est in te:

¶ Secunda est per operationem virtualez: quia postmodū cū operari cepit infantia transacta operabatur etiam secundū virtutes. Denicp̄ constat quia in perfectionibus gratuitis ad operandū dona sunt superiora virtutibus: et beatitudines superiores sunt donis. De hac etiam secunda purificatione potest dici illud. Sapi. iij. Quam pulchra es casta generatio. s. virginalis conceptionis: cum charitate: que est forma omniū virtutuz. qm̄ ⁊ apud deum nota est. s. noticia approbationis p̄ humilitatez: iuxta illud. Luc. j. Respexit dominus humilitatem ancille sue ⁊ apud homines. s. per imitationez virtuose operationis.

¶ Tertia ergo eius purificatio est p̄ gr̄az donorum atq̄ perfectionez eorum. Et de hac etiam subdit Esa. xj. ca. Requiescet super eam spiritus domini: spiritus sapientie/et intellectus.

¶ Quarta ē beatitudinū. Uñ Ezechiel. xviij. de hac dicit. Maiestas dñi ingressa est templum per viam porte/que respicit ad orientem: et sequitur. et repleta est gloria domini. Et Esa. iij. Locū maiestatis mee glorificabo. Et sic ex predictis patet responsio ad secundum dubium.

AD tertium aūt dubiuz sermonis: quo quereba tur. Qualiter/vel in quo eius puritas p̄cellebat omnem puritatez tam hominū q̄ etiam angelorum? Respondetur breuiter. Et p̄o maiori declaratione/notādū q̄ beata vgo ꝺdruplicē habuit puritatē. s. sctificationis in materno vtero:

Innocentie: Castitatis virginee: et supnē tionis spiritussancti in conceptu.

¶ Prima puritate. s. sanctificationis in matris ventre excellebat per confirmationē puritatez Ade/quā habuit ante peccatum in statu innocentie. Quia beata vgo confirmata erat in bono: Adam vero non. Excellebat etiam in ea puritatē angelorum: qui licet sint cōfirmati in bono: tñ nec crescere possunt in premio substantiali: nec decrescere. Sed beata virgo proficere potuit in merito/et non deficere.

¶ Secunda puritate. s. innocētie excessit omnem puritatē rōnalis nature: quia ipa vixit sine omni peccato: et inq̄tum mater dei electa peccare non potuit: quod nulli est concessum vel donatum alteri.

¶ Tertia puritate. s. castitatis virginee ipsa excessit homines et angelos. Boies quidē: quia primum exemplar fuit huius integritatis: vt nec primam similem. nec habere visa sit sequentem. Angelos etiaz quia secundū Hieronymū. Hoc retinuit per virtutem castitatis: quod in angelis est necessitatis nature.

¶ Quarto in puritate ex spūssancti supuentione ⁊ presentia dei omnia creata excessit. ex qua mater dei esse meruit. Canta voce dulcissona. di. O igitur vere purissima. O indicibiliter sanctissima virgo maria. Uere tu pulchra per puritatē: suauis per charitatem: et decora per virginalem castitatem. O q̄tuz fuit deo gratissima ⁊ amantissima tua puritas maria. q̄ ppter illā in te/tota trinitas p̄f/fili⁹/⁊ spūsctūs habitauerit/tanq̄ in p̄dilectissimo tabernaculo: tā miro modo q̄ in nulla alia creatura sic voluerit habitare. Tā digna et excellentissima fuit tua puritas o maria: vt nūq̄ alicui creature cōcessuz sit nec cōcedet etiaz angelis vt sic familiaris foret filio dei. vt. vz. tā frequēter/ tā familiariter p̄m ap̄lexaret/ oscularet/manibus contrectaret/et vlnis portaret/lactaret/nutriret/et educaret quēadmodū tu fecisti. o sanctissima virgo: Mirum tu ex summa approximatione ad purissimam lucē diuinam/fuisti ita radiosa et plena tota diuino lumine/cōcupiscendo illum/qui est splendor paterne glorie: q̄ nulla fuerit in te habilitas ad tenebras/vel impuritatem aliquam: sed radiares/et refulgeres pre omnibus puris creaturis splēdore diuino. Tantam enim habuit efficatiaz puritas tua/ex specialissima gratia sanctificationis q̄ non tantum in te verumetiaz in alijs aspicientibus te/extingueret oēz motum carnalem. Maxima quippe gloria tua o virgo benedicta/est: q̄ nulla creatura fuerit inuenta tante puritatis vt foret idonea vt esset mater dei/ quemadmodum tu. Idcirco tibi dixit angelus. Ne timeas maria inuenisti gratiam apud deum. Inuenisti inquam/gratiam apud deum excellentissimam/vt tui puritate idonea fores/tui ⁊ oim creatoris/mater dignissima. Puritas tua o virgo maria/extitit toti mundo fructuosissima et angelis et hominibus. Nullius q̄ppe angeli/velsancti/aut creature cuiuscūq̄ puritas tantū fructum attulit mūdo sicut tua puritas: ex qua processit precium nostre redemptionis. i. caro et sanguis christi/quo sumus redempti. Quis ergo mente capere sufficiat q̄tum tu pre omnibus nitidissima/et summa puritate post deum refulgeas? O virgo gloriosissima super omnes sanctos/et angelos purissima. O sanctarum santissima. O omniuz creaturarum domina cum nō sufficiamus enarrare tua magnalia. hoc tantū flagitamus/prece humillima/quatin⁹ per tue puritatis merita sanctissima/dele sordium nostraruz crimina duc ad tui p̄dulcissimi nati regna felicia. O deus meus. o iesu magne deus q̄m mirabilis et glorioſus es in sanctis tuis: Sed vere mirabilissimus et glorioſissimus in maiestate tua in sanctissima genitrice tua O saluator noster. quando erit: vt videamus in celo tuam/et matris tue gloriam? O iesu predilectissime virginis marie/nate dulcissime: hui⁹ tā sanctissime tue matris ob merita petimus/dele nostra delicta. Da quesumus nobis gratiam vt imitando illius castimoniam/digni simus p̄uenire ad tuam gloriā.

Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Sermo.xxxvi. De maternitate marie.

¶ Thema.

Ui creauit me requieuit i tabernaculo meo. Habenk hec vba. Eccl'iastici.xxiiij.cap. Uel istud. Ego mater pulchre dilectionis. ꝛc. eodem ca.

¶ Prologus.

Mater cetera (ffes charissimi) mirabilia ꝛ stupenda fidei nostre. Hoc ē vnū mirabile et dignum stupore: q vna pura creatura/vna virgo puella sit effecta mater oipotentis dei/creatoris vniuersi. Quid maius hac dignitate? Quid excellētius? q̄due mirabilius et sublimius hac cōmendatione q ipa Maria dei ꝛ dñi omniū creatoris mater nominetur: ꝛ de facto foret. Ita q ipsa iure principatur vniuersis. Deo/vt mater: nobis/vt mediatrix: et creaturis oib9 vt dña preposita a creatore. Quibus in stuporem rapientibus animum stimulatus/agitatus/atq cōmotus: decreui atq obnixe proposui de virginis maternitate hoc mane vestris offerre conspectibus q̄ mee imbecillitati insufflabit spiritussanctus. Pro nostri igitur exordio sermonis more solito monetur talis questio.

¶ Utrum beata v̄go Maria sit vere mater dei ꝛ genitrix appellāda? Et an virgo ipsa beata meruerit vt sit mater dei electa? Et q̄bus bonis deo tantum placuerit vt foret in matrem acceptāda? Quia autem hec questio tria membra/siue tres partes habet. Idcirco paulatim ad singulas ptes per ordinem respondebimus.

Ad primā partem questionis/siue ad primū mēbrū: q̄ erat. Utrū btā virgo maria sit v̄e dei m̄r ꝛ genitrix appellāda? N̄ fidek q aliq̄ possent dicere (et dixerunt quidā heretici) q v̄go maria nō est appellanda mater dei. q̄ ꝓbak duplicit̄er:

¶ Primo sic. Beata virgo non est mater x̄pi nisi f̄m id quod x̄ps accepit ab ea: scd nō accepit ab ea diuinitatē: sed tm̄ humanitatē: ergo nō d3 dici m̄r dei: sz m̄r hois.

¶ Secundo sic. In deo nō differt deus et diuinitas: immo sunt idem realiter. Sed beata virgo non potest dici mater deitatis: quia deitatē non genuit. Ergo nō potest dici mater dei.

¶ Sed bis non obstantibus. Dico q virgo Maria vere ꝛ appellāda mater dei: quia omnia q̄ requiruntur ad rationem maternitatis fuerūt in ipsa respectu Jesu x̄pi. Unde sicut x̄ps dicit ver9 filiꝰ v̄ginis: (sicut p3 Luc.ij.c. vbi d1: Peperit filiū suū p̄mogenitū. et ibidē etiam hebetur. q beata virgo dixit dño Jesu x̄po. Fili q̄d fecisti nobis sic?) Ita ipsa beata virgo maria dicit ei9 vera mater. Quod etiā patet p̄ textū scti euāgelij. vñ Luc. j. ca. dixit Elizabeth. Unde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Et.ij.c. Dixit mater ei9 ad illū. ꝛ Mat.ij. Et itrātes domū inuenerūt puerū cū maria matre ei9. et eodē.c. Angel9 apparēs Joseph dixit ei. Surge ꝛ accipe puerum ꝛ matrē eius. ꝛ Joh.ij.c. Ruptie facte sunt in chana galilee: ꝛ erat mater Jesu ibi.

¶ Ad rationē autē vere paternitatis vel maternitatis ej filiationis cōcurrūt siue req̄runk quattuor.

¶ Primū est generatio viuentiū. vt viuū generet viuum. Et ꝓptere q̄ ignis generās non est quoddā viuēs: non dicit pater aut mater ignis generati.

¶ Secūdo req̄rit collatio substantie. Nā faber lignoꝝ non dicitur pater scāni/aut cuiuslibet alteri9 artificij q̄ ipe fabricat: q nō cōmunicat sibi substāna suam:

¶ Tertium est materie ꝓparate administratio. Propterea terra nō dicitur ꝑprie mater hois: quia est materia remota.

¶ Quartū est assimilatio in natura specifica. Ideo capillus vel pediculus ab homine generat9 nō dicit filius hominis: q nō assimilak hoi specifice. Cū ergo primo btā v̄go viuēs/genuerit x̄pm viuentē. vñ Damasce. lib.iij. di. Filius dei contraxit ex castissimis et purissimis sanguinibus

virginis marie carnem animatā anima rationali. Secundo cum communicauerit ei corpulentam substantiam: quia in generatione christi cōtulit quicquid alia mater conferre debet ad generationem filij. Tertio cū administrauerit ad formationē corporis eius materiam preparatā. Quarto cum christus ab ea genitus fuerit ei similis in specie: quia perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Sequitur q fuit eius naturalis filius: et ipsa ipsius vera mater. Quia ergo omne nomen significans in cōcreto naturam aliquam: potest supponere pro qualibet hypostasi illius nature. Cū aūt vnio incarnationis sit facta in hypostasi manifestum est q hoc nomen deus potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam et diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuine nature et humane: potest attribui illi persone siue hypostasi secōm q pro ea supponit nomen significās humanam naturam Concipi aūt et nasci attribuitur et hypostasi f̄m naturā in illā qua concipitur et nascitur. Cum ergo in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta a diuina persona: cōueniens est q vere possit dici deum esse conceptum et natum de virgine. Et hoc enim dicitur aliqua mulier alicuius mater: quia cum concepit et genuit vt dictū est. Quare et beata virgo dicit mater dei non q sit mater diuinitatis: sed quia persone habentis diuinitatem. ꝛ humanitatem est mater secundum humanitatem. Et ideo dicitur mater dei propter cōmunicationem idiomatuꝝ. Et ita exponi debent verba que ponit Aug. lib. de eccles. ast. dogmatibus: di. Natus est secundum veritatem diuine nature ex deo dei filius: natus est f̄m v̄itatem humane nature ex hoie hois filiꝰ vt nō adoptiōe nō appellatiōe/nō nūcupatiōe: sz natura in vtraq natiuitate nascēdo filij nomē hbet. hec ille

¶ Et per hec etiam dicta patet responsio ad obiecta. Quia beata virgo dicitur mater dei/non ꝓpter hoc q ipsa genuerit ꝛ p̄mā f̄m diuinam naturā: sed propter ideomatum cōmunitatem et mysterij incarnationis expressionem. sicut dictū est. vt ipsius virginis honorificationem. Ex quo enim vna persona est que subsistit in diuinitate et humanitate. Ideo nature sibi communicant suas ꝓprietates vt dicit Damasc. Exponitur exemplum tale. Sicut enim iudei dicuntur crucifixisse dñm gloriē. q̄uis nō f̄m q est dñs glie: ita d3 dici v̄go m̄r dei q̄uis non secundum diuinitatem genuerit deum.

¶ Ad scd3 etiā patet sik̄r rn̄sio ex p̄dictis. Di deus vt cōcretū vt de psona deitatis ꝛ supponit p ea. Deitas aūt abstractū supponit vel dicitur de natura. Et sic q̄uis deus et deitas non differant re: tamen vti q differunt secundum modum significādi. Beata ergo maria dicitur mater dei: quia est mater filij dei. Et per consequēs mater dei veri: non q sit mater deitatis. sicut supra dictuꝝ est. sed quia persone habētis deitatē ꝛ humanitatē est m̄r f̄m humanitatem. Ideo sepe canit ecclesia sancta. Aue maris stella: dei mater alma. ꝛc. Sub tuum presidium cōfugimus sancta dei genitrix. ꝛc. Sancta dei genitrix ora p nobis. Post partū virgo permansisti: dei genitrix intercede p nobis. Uñ Damasc. iij. lib. c. xij. inquit Theothocon. i. dei genitricem principaliter et vere sanctaꝝ mariam predicamus virginē. Et ad premissa confirmanda legitur miraculum quod in concilio quodam dicitur factum videlicet. Dj cum heretici negarēt constanter in concilio beatam virginem fore dei matrem. et insuper dicerent q post partū christi plures filios genuisset ex ipso Joseph. Ecce angeli ceperūt canere in aere omnibus audientibus supra dictum versiculum. Post partum virgo inuiolata p mansisti. dei genitrix intercede pro nobis Dox ab omnibus qui aderant repetituꝝ est genibus flexis. Et heresis damnata extitit et confusa. Clama. O igitur beata v̄go quantus tibi honor. q̄ta dignitas: q̄ta laus ꝛ gloria hec est q tu veri dei genitrix et m̄r dei digne p̄dicaris. Exeat q̄squis heretic9 ꝛ neget hoc ad sue dānatiōis cumulū. Nos aūt fideles cū sctā ecclesia confitemur vere te esse matrem dei vere genitricem domini creatoris nostri. O ergo felix. o gloriosa virgo intercede pro nobis.

Et sic patet prima pars questionis/ac sermonis.

AD secundã partẽ finem membrum questionis/quo quereba tur. Utrũ ipsa virgo sacra hoc meruerit vt sit mater dei electa:et christꝰ incarnarek ab ea? Respondetur ꝙ incarnatio filij dei potest ꝓsiderari dupliciter. scz. quantum ad essentiam:et quantũ ad circunstantiam.

¶Primomodo nullus vnq̃ potuit mereri incarnationem filij dei:quod ꝓbari posset multipliciter:sed ad presens solum ꝓbabimus duobus modis.

¶Primo quia fundamentum meriti nõ potest cadere sub merito. Sed incarnatio filij dei semper fuit fundamentum omnis meriti post lapsum humane nature. inq̃tum sine fide eius implicita vel explicita/ nunq̃ potuit quis mereri vitaꝫ eternam. Unde August. in libro Encheridion. ca. vlti. dicit. Nec antiquorũ quicũq̃ iustorum preter fidem christi salutem potuit inuenire. Ergo ꝛc. Ideo ait apostolus ad Titum. iij. ca. Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei. nõ ex operibus iusticie que fecimus nos:sed ꝓm suã misericordiã saluos nos fecit. Et ꝓfirmatur predicta per illud quod dicit ad. Ro. xj. c. s. Si gr̃a dei iam nõ ex operib9. alioquin iam nõ ex gr̃a. hec ibi. Quod em̃ nõ datur gratis nõ est gr̃a. sed ꝓm Aug. xiij. de trini. c. xix. In rebus per tempus ortis illa summa gratia fuit:ꝙ homo in vnitate persone coniunctus est deo. Ergo nullius merito est deus icarnatus:sed ex mera gratia.

¶Secundo idem ꝓbatur sic. Nam incarnatio filij dei fuit infinita. tum quia deꝰ est infinite excellentie. iuxta illud. Ps. Magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis ⁊ magnitudinis eius non est finis. Tum quia fuit ad reparãdã humanã naturaꝫ: que q̃ius non habuerit infinitatem individuorum in actu. habuit tamẽ in potentia:quia nisi deus prefixisset numerum:erat apta nata cõmunicari in infinitum. Ergo meritũ nullius hominis puri immo nec omniuꝫ hominũ simul sufficere potuit ad impetrandam filij dei incarnationem:per quã humana natura erat reparanda.

¶Secũdomodo si de ꝓdicta ĩcarnatione loquamur. s. q̃tum ad circunstantiam. hoc potest esse dupliciter. s. q̃tum ad circunstãtiam temporis:aut q̃tum ad circunstantiã persone in qua debebat incarnari.

¶Primomodo potest dici. ꝙ sancti patres veteris testamenti meruerunt ꝙ filiꝰ naturam humanã assumeret eo tempore quo incarnatꝰ ẽ. Ipsi em̃ feruẽtissimis deiterijs/et orationibus/presupposita filij dei incarnatione futura meruerunt eius accelerationẽ. Rã secundũ omnes theologos. Ille qui orat pie/humiliter/et reuerenter/fideliter/et perseueranter:et petit necessaria ad salutẽ meretur exaudiri a deo. iuxta illud Matth. vij. c. Omnis q̃ petit accipit. ⁊ qui q̃rit inuenit:⁊ pulsanti aperietur. Sed sancti patres qui fuerũt ante christi aduentuꝫ: sic petierũt filij dei incarnationeꝫ eis necessariam ad salutẽ. dicẽtes. Rorate celi desup:et nubes pluant iustum: aperiatur terra:et germinet saluatorem. Ergo. ꝛc.

¶Secundomodo quo ad circunstãtiam persone in qua debebat incarnari. Distinguẽdũ est de merito secũdũ Theologos. Quia triplex est meritum. s. meritum cõdigni:meritũ congrui:et meritum digni. Meritum condigni est illud in quo reperitur perfecta ratio merendi. quando. scz. est adequatio meriti ad premiuꝫ: vt puta si quis per vnum diem seruit alicui laborando fideliter. meretur de condigno certam mercedẽ siue premiuꝫ: vtputa grossum vel carlinũ. Meritũ digni et cõgrui est quando non est pfecta adequatio meriti ad premium. Sed diffirentia est inter meritũ digni ⁊ cõgrui: qꝛ meritũ digni est cõpletum in actu. Meritũ vero congrui est meritum non omnino perfecte cõpletum:sed tamen exiguum habẽs defectũ. Uel est perfecta dispositio et propinquitas ad consequendam aliquam mercedẽ in futuro. Exemplum autem vtriusq̃ facere possumus. Quidam rex potentissimus ꝙ sua magnificentia ꝓclamari facit ꝙ si quis per vnam diem ei seruierit dabit ei decẽ milia talenta auri. tunc si quis ei seruiret per illã diem. merebitur ipsa decem milia talenta non merito condigni: quia maius est premiũ q̃ fit meritũ laboris. Et sic nõ est adequatio meriti ad premiũ. merebik tamen ipsa talenta merito digni quia cum ꝓplacuit regi promittere ille seruiuit ei per diẽ factus est dignꝰ ipso premio ex regia liberalitate preparato. Sed posito ꝙ ꝙs fuierit per illam diez sed ex lassitudine per aliquam horꝫ mortiam quieuerit a seruitio siue labore. licet nec merito condigni:nec meritodigni mereatur ipsa talenta:quia nõ laborauit perfecte per integram diez:tamen merito cõgrui dicetur mereri illud premiũ:quia qꝫ minimum est ꝓ nichilo reputatur. Et si militer si quis cuꝫ a principio diei ceperit feruenter laborare et perseuerauerit vsq̃ ad. xiij. horam et vlterius prosequatur laborando. ille qui videbit cum prope finez laboris dicet. Iste meretur decez milia talenta auri. Uel dicet. Iste lucratus est decem milia talenta auri:quia est prope cõplementum meriti: Et parum deficit: et est dispositus ad perficiendum ⁊ cõsequẽdum premiuꝫ. Unde posito casu ꝙ aliquo superueniente impedimento sine culpa sua non potuerit perficere: licet nec merito condigni: nec merito digni mereatur ipsa talenta:tamen ipsa merebitur merito congrui.

¶Modo ad propositum nostrum/dico: ꝙ licet beata virgo Maria non meruerit merito condigni concipere christuꝫ: quia beneficium incarnationis est supra merita omniũ angelorum/et cunctarum creaturarum. Unde et supra merita ipsius virginis benedicte: tamen quia ex benignitate sua deus diffiniuit ꝓ salute humani generis/carnem assumere de vna muliere. Ipsa beata virgo a principio sue vite vsq̃ ad incarnationem filij dei meretur esse mater dei merito congrui:quia ꝑpt excellẽtiã sctitatꝭ ⁊ puritatꝭ sue/⁊ pfectionẽ vtutũ: ad hoc erat magis idonea et dispositꝫ q̃ oẽs alie mulieres que vnq̃ fuissent aut future essent in mundo. Ꝓ

terea dicit ecclesia ipsaꝫ meruisse portare dñm Jesum christuꝫ: non qꝛ meruit deum incarnari:sed quia meruit ex gratia sibi data illũ puritatis ⁊ sctitatꝭ gradũ vt ꝓgrue ⁊ digne posset esse mater dei: Ex oĩbus istis claret q̃ excellẽtis sit meriti beata virgo super omnes sanctos que sola ex omnibus fuit digna portare et concipere dominum: sola pre omnibus in matrem dei eligi: sola virgo manens deum parere sola toti mundo salutem afferre. Ydest responsio ad secundam partem questionis.

AD tertiam partem siue membrum questionis qđ erat Qualibꝰ vel q̃bꝰ bonis ipsa bñdicta virgo placuerit deo in tantũ ꝙ foret in matrem ab eo acceptanda? Rñdeo ꝙ licet beata virgo fuerit plena omnibus bonis/et virtutibus/gratijs/⁊ donis spiritussancti. Fuerunt tamen in ea quicq̃ principalia bona siue virtutes: quibus deus magis alliciebatur/et attrahebatur et quibus ipsa se deo acceptabilissimam reddebat: vt deus eam in matreꝫ eligeret ꝓut ex sacre scripture passibus colligere valemus/ac doctorum catholicorum sententijs accipimus.

¶Primum est bonum summe puritatꝭ: qđ multum allicit deuꝫ: quia ipse libentissime pascitur inter lilia castitatis. Cant. ij. Hec puritas summe et super omnes puras creaturas claruit in beata virgine: vt ꝓbatum est in precedenti sermone. Et ideo summe placuit. quia vt scriptum est Sapien. vj. Incorruptio proximum facit esse deo.

¶Secundum bonum siue virtꝰ fuit summa obedientia. At vbi verba illa sanctissima protulit. s. Ecce ancilla domini:⁊ suum consensum verbo firmauit illico meruit merito digni concipere christũ ⁊ effici mater dei. Dũ enĩ dixit. Ecce. promptitudinem obedietie ostendit:quetanta fuit ꝙ nunq̃ deo gratioꝛ acceptioꝛq̃ ĩ aliqua alia creatura siue homine siue angelo inueniri poterit. Exhibuit namq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

se tantū ꝓmptissimā ad obediendū deo quāto fieri potest a pura creatura. ⁊ intē sius fuit illius voluntas quantū intendi potuit.

¶Tertium bonū siue virtꝰ fuit summa humilitas quā demōstrauit dñi ait. Ancilla dñi. Tunc eñ tantū descendit in nihiluꝫ respectu dei: ꝙ nulla vnq̄ creatura ita viluit sibiꝑsi ꝓdeo sicut ipsa. Et licet magna fuerit būilitas Abrae cū dixit Gen. xviij. Loquar ad dñm meū cū sim pulvis ⁊ cinis. et Job cū dixit. xvij. c. Sui libri. Putredini dixi. pater meus/es mr̄ mea ⁊ sorori mee vermib⁹. Et Dauid. ps. xcj. dū ait. Ego autem sum vermis ⁊ nō homo. ⁊c. Tamē humilitas virginis benedicte superauit istorū ⁊ quorūcunq̄ aliorū humilitatē. Propterea in cantico suo cecinit. Luce. j. Respexit humilitatē ancille sue. Ber. Audeo inquit dicere ꝙ nec virginitas marie placuisset deo sine eius humilitate. Et iterū idem Bernar. sup missus est ait. Si maria humilis non fuisset: spiritussanctus in ea non requieuisset: qꝫ scriptum est. Super quē requiescet spūs meus nisi super humilē ⁊ quietum/ ⁊ tremente sermones meos? porro si super eā nō requieuisset: vtiq̄ filium dei nō cōcepisset. Igitur vt de spū sancto cōciperet: humilitas fecit. Ra m ⁊ si ex virginitate placuit: tamē ex humilitate cōcepit. Unde constat ꝙ vt etiam placeret virginitas proculdubio humilitas fecit. Laudabilis eñ virtus v̄ginitas: sed necessaria magis humiltas. hec ille. Clama hic facie directa versus celum: ⁊ loquere deuote ac humiliter ad beatā v̄ginē dī. Dic mihi (queso) o/sancta sctorum: mater v̄ginū ⁊ oim in te sperantiū. Dic queso per deum vnica spes et mater misericordiaꝫ dña. Hoc eñ expectant te sequentes virgines: implorant vidue: et matrimonio vegētes vt possint exemplo tuo esse virtuose. Dic ergo dña: quid boni feciſti? quibus suffragus promeruisti? quo sensu? quali opere? vt simul fieres mater et virgo: filia ⁊ spōsa dei: et quem celi capere non poterant tuo gremio concluderes. Dic o dña quomodo ad tantam dignitatem peruenisti? At illa. Queris a me quid obtulerim mā neris vt mater fierē mei saluatoris. Oblatio mea fuit puritas/obedientia/ ⁊ humilitas. Hūs promerui/ vt virgo essez ⁊ mater dñi mei: hūs ꝓplacui ⁊c. Clama. O luxurioſi et concubinarij. O inobedientes deo et eius preceptis. O superbi et vanagloriosi vos non ascendetis celum: sed potius descendetis ad infernum. nisi efficiamini puri/obedientes diuinis preceptis/ ⁊ veri humiles: sequentes et imitantes exemplo beate Marie virtutes.

¶Quartum bonū seu virtus fuit eius fides: quam explicauit dum ꝓsecuta est. Fiat mihi. Tunc eñ captiuauit omnem intellectum in obsequium dei: credidit q̄ simpliciter et purissime quecūq̄ fuerant sibi per angelum intimata. Hinc Elizabeth commendans illam dixit. Beata q̄ credidisti: quoniam perficiētur in te que dicta sunt tibi a domino. Unde August. Felicior fuit maria fide deum concipiendo: q̄ corpore portando: et certe nisi credēdo assensum prebuisset/ nunq̄ christuꝫ concepisset. Hec autem virtus fidei sine bonum fidei quantum alliciat deum ad habitādū in hoie et se ei cōdonādū oñdit aplus. di. Habitare xp̄m p fidē in cordib⁹ vestris. Exclama. Putas ne o aia deuota q̄ ille vsurarius habeat fidez? Ille fur honestus: qui honeste et libenti aio furatur possessionem illius pauperis: ⁊ retinet ei⁹ sudorem et mercedē habeat fidem? Certe nō. Putas etiā q̄ ille merchator mendaciorum. Illa cōcubina et ille sups concubinarius habeāt fidē? Non. Existimas o fidelis anima q̄ ille presbiter vel canonicus qui nocte dormit cum concubina: vel cum filia macharele: ⁊ mane vadit ad tradendum filium dei/et Marie quando celebrat missam habeat fidē? Tene q̄ nō. quia si isti omnes supradicti haberent fidem: viuerent pure/mūde/et sancte. Rā ait Gregorius. in quadam homelia. Ille veram fidem habet et vere credit qui exercet operando quod credit Jacobi. ij. ca. Sicut corpus sine spū mortuū est: ita fides sine bonis operibus mortua est.

¶Quintum fuit bonū excellentissime charitatis: sine qua cetere vtutes nil sūt j. Cor. xiij. Hec virtus quātū alliciat et attrahat deū. saluator testatur Joh. xiiij. Si quis diligit me sermonē meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eū: ⁊ ad eū veniemus ⁊ man. apud eū faciem⁹. ⁊. j. Jo. iij. Qui manet in charitate in deo manet: et deus in eo. Hanc eñ summā charitatem demonstrauit cū tandē subiūxit: fm verbuꝫ tuū. Tunc omne cor suū ⁊ omne esse atq̄ omne obtulit voluntarie deo. Et nū q̄ in hac vita inuētus est nec inuenietur qui tanto feruore amoris cor suū dederit deo quantū tribuit. tunc ipsa virgo beata. Nullus etenī eorū qui dilexerunt deū fuit in eo excessu dilectionis in quo ipsa fernebat: adeo q̄ illis verbis prolatis merito digne meruit eē mater dei. Exclama cantando ⁊ di. O armariū diuine gratie: o armariū diuine mie. o fons pietat ⁊ castitatis. O virgo purissima maria. o virgo humillima. o fide ⁊ charitate plenissima dña: ꝺs nisi stultus tuas virtutes imitari despiciat? quis in vnguentorū tuorū ꝺorem nō currat? cū te per virtutes. per hec bona: per hec sanctitatis exempla tātum deo placuisse videat: vt mater mereris fieri saluatoris: dña oibus: ⁊ regina totius curie celestis. O anima peccatrix vtinā aduerteres ⁊ operā dares te his virtutibus placere deo marie exēplo. Nōne ceca es? nōne stulta es? qꝫ summopere conaris placere mūdo qui te captiuā tradit diabolo ⁊ eternali tormento: ⁊ tamē cuꝫ multo leuius: multo suauius: multo honestius placere posses xp̄o qui te remuneraret eterno regno: nō curas: nō operaꝝ vas. O durissimū/o saxeum cor: cur magis vis seruire diabolo vt tibi soluat tormenta q̄ xp̄o qui remuneraret ineffabili et eterno regno. Moli aia noli dormitare Agnosce tuā retributionem finalem: et stude exemplo marie placere deo. Expergiscere ⁊ noli perire cū diabolo. sed perfusis lachrymis: toto corde roga matrem dei mariam: vt meritis suis velit impetrare nobis oibus filꝫ sui gratiā in p̄nti: ⁊ tandē in futuro gloriam. Amen.

¶Sermo.xxxvij. De eadē maternitate marie.

¶Thema.

Sanctorum viuentiū mater est. Scribuntur hec verba. Ecclesiastici. xiij. cap. vel istud. Omnium bonorū mater est. Sap. vij. c.

¶Prohemium.

Non vos latet charissimi auditores heri me ꝓbasse variis autoritatibus: atq̄ etiā ratione vnā purā creaturā. s. virginē mariam veraciter esse matrē dei. Quare vt materiā ꝑsequandē virginē hodie mōstrabo posse dici matrem viatorū ⁊ cōprehensorū. Pro cuius disputationis initio: talis interminis mouek questio.

¶Utrum beatissima virgo maria sit mater oīum xp̄ianorū ⁊ electorū: ac sanctorū angelorū. Et in quibus ipsa ostendit se esse matrez nostrā? Ad singula membra in hac questione virtualiter contenta respōdebim⁹

Ad primū inquā mēbrū q̄stionis quo querit. Utrū beata virgo sit vel possit dici mater oīm xp̄ianorū ⁊ electorū. Respondetur ꝙ sic. Et ꝓbatur tripliciter. ¶Primo auctoritate. ¶Secōdo rōne. ¶Tertio exemplo ⁊ similitudine.

¶Primo inquā auctoritate. nā Luc. ij. bf. Peperit filiū suū primogenitū. Ergo habuit secōdo genitū: nō quidē corporalr vt bñ cōstat. ergo spūaliter. ſz gñatio spūalis vna est oīm xp̄ianorū ⁊ electorū. Ergo ipsa est mr̄ oīum spūaliū. Itē beb. ij. aplus dicit ꝙ xp̄s nō cōfunditur eos. s. xp̄ianos vocare fratres. Ipse eñ est primogenitus in multis fratrib⁹. Roma. viij. cap. ergo sicut Christus est frater omnium christianorum: ita et eius Mater Maria est

Universidad de Deusto
Biblioteca

oīum mater. Unde Ansel. Si xp̃s omniū frater Cur nō ipsa que genuit oīum mater. Item Sapiētie. vij. scriptum est: Dñi omnium bonorum mater est.

¶Secundo ostēditur rōne. Nam ecclesia sancta dei. canit: di. Maria mater gratie: mater misericordie. Sed per gratiā omnes xp̃iani habent gratuitū esse: t habebunt in futuro gloriosum esse. Ergo ipsa est mater omnium electorum.

¶Tertio idem ostenditur exēplo et similitudine. Nam mater respectu filij habet proprietatem geniture/cure/t prioritat[is]: quia vnū hominē xp̃m genuit per quē omnes xp̃ia nos regenerauit. Et hoc est qd dicit. Peperit inquit filiū suū primogenitum.

¶Item ipsa est mater cura: qr in xp̃o nobis genuit quicquid ad hanc vitā vel futuram ad salutē nobis necessariam fuit: et curā in celo sollicitā gerit nostre aduocationis tanq̃ mater mie adoptata sicut canit ecclesia.

¶Ipsa etiā est mater prioritate: qr p̃electa et primogenita ante omnem creaturam. Eccliasti. xxiiij. Hinc dominus iesus in cruce pendens dixit iohanni. Ecce mater tua. Johan. xix. Et beate virgini. Ecce filius tuus. Johānes quippe interpretatur gratia: vel in quo est gratia: t iō ibi typum retinuit omnium hoim in gra existentium: quos domin⁹ omnes t singulos sue matri tanq̃ adoptatos filios recō mendatos esse voluit. Uñ tota vniuersaliter ecclesia canit ad beatam virginē loquendo. Monstra te esse matrem: sumat per te preces: qui pro nobis nat⁹ tulit esse tuus. Et mellifluus Bernar. ostēdit quales xp̃iani dicantur verius beate Marie filij: vt quibus signis agnosci hoc valeat: supra euangelium. Stabat iuxta crucem &c. ita di. Multis ergo fratres cognoscere sez per signa/verum filium Marie. Ille est qui preter hoc q̃ seipsum virginis obsequio mancipauit: deum ex toto corde diligit qui ex ipsa natus est: et in se voluptatem carnis abdicauit sez castitati deseruiendo: necnon ad proximū vt potest misericordie opera extēdit. Certe de isto dicit Christus ad Mariam. Ecce filius tuus. hec ille. Concludo igitur ex predictis gloriosam virginem Mariaz esse seu posse dici matrem oīm xp̃ianorū electorū

Ad secūdum mē-

brum nostre questionis: quod est. Utrum ipsa gloriosissima virgo dicatur merito nō solū mr hominū sed etiam sanctorum angelorum. Respō detur q̃ beata virgo maria dei genitrix in clyta merito dicitur mater non solum hominum sed etiam angelorum sanctorum t in patria beatorū: atq̃ omniū creaturarū dei: triplici potissime ratione.

¶Primo ratiōe causalis originationis.
¶Secundo rōne eternalis p̃destinatiōis
¶Tertio rōne supnaturalis illustratiōis

¶Primo inq̃ ratione causalis originationis: qr ipsa est mater dei: sed deus est pater/causa/t origo omnium creaturarū. ergo ipsa est mater omniū. Nam quicquid est causa per se et origo causē est etiam origo et causa causati. per autorem de causis. Sz quoniā mater dei est per se causa t origo filij: et filius est per se causa t origo omnium angelorum sanctorū ac creaturarū. Ergo ipsa est mater omnium.

¶Secundo rōne eternalis p̃destinationis Ipsa eñ ab eterno t ante secula p̃destinata est vt esset principiū ex quo recreandū fuit omne creatū. Unde de ipa appropriate legitur illud ℣Prouerb. viij. Dñs possedit me ab initio viarū suarū anteq̃ quid q̃ faceret a principio. Et infra. Cū ipso erā cuncta cōponens &c. Uñ qr ipsa p̃ordinata t prouisa in mēte diuina: creatus est orbis/t angelica natura: ac tota mūdi machina. Ergo ipsa merito dicit mater omnium etiā angelorum t creaturarum.

¶Tertio rōne supernaturalis illustratiōis: qr i gra supna oēs angeli t sancti accipiūt illuminationē t perfectionē beatitudinez a dño iesu in quē desiderāt angeli prospicere. j. Pet. j. t per quē oīa restaurant siue que in celis sunt siue que in terris. Col. j. ca.

Sed qr dñs Jesus in gloria dei patris est in carne sumpta ex beata virgine: in qua quidē incarnatiōe diuina/oēs angeli atq̃ sancti beatificos se gaudent fore eterna bitudie t sic quodāmodo eē glorie recipiūt oēs a btā virgine. Ergo t ipsorū est mater in esse glorie superne. Uñ. Bernar. Merito o/dña in te respiciunt oculi vniuerse creature in qua t ex qua benignissima mā⁹ dei quicqd creauerat recreauit. Ad te quippe. O dña sicut ad mediū respiciūt: t qui habitant in celo: t qui in inferno: et q̃ nos p̃cesserūt: t q̃ nos sumus. t qui sequūtur. qui in celis sunt vt resartiātur. qui in inferno. i. purgatorio vt eripiātur. qui p̃cesserunt: t nunc sunt vt fideles inueniāt: t q̃ sequūtur vt glorificentur. hec ille.

¶Sed quia nūc dictū est q̃ Maria vgo est mater nō solū hominum sed etiā angelorū. Ergo restat questio. Utrum magis diligat homes q̃ angelos: vel cōuerso? Ad quod Respōdeo q̃ sicut deus ita t dei mater magis diligit hominem q̃ angelum. qr ad maiora t plura bona diligitur homo a deo q̃ angelus tam in bonis gratie: q̃ glorie. Naz hebre. ñ. scriptū est: Ruſq̃ angelos' apprehēdit: sed semen Abrae. s. in beneficio incarnationis t misericordiosis reparationis t redemptionis. Uerum et in gratia ac gloria quoſdā homes angelis superiores fecit: et humanā naturā/angelicis spiritibus in vtroq̃ sexu supposuit in celo. Ut patet in xp̃o et eius matre. Ergo consequens est: vt sicuti deus/ita t eius mater que cōformissima est per omnia divine volūtati pl⁹ diligat homines q̃ angelos. Quod quidē luce clarius cōfirmatur triplici ratione.

¶Primo ratione proximioris cognationis: quia homo proximius attinet ei q̃ angel⁹: cū xp̃s Jesus ei⁹ fili⁹ t homes adoptauerit in fratres Joh. xx. Uade t dic fratrib⁹ meis qr precedā vos in galileā. Atq̃ in amicos charissimos Joban. xv. c. Jam nō dicā vos seruos sz amicos. Sed nusq̃ legitur q̃ xp̃s angelos fratres t amicos nominauerit: sz tm̄modo seruos. Ergo &c. Hic dicit Bernar. Jam me spernere nō poterit xp̃s deus/t sanctissima scilicet mater ei⁹/os/caro/et frater meus.

¶Secūdo ratione ꝑfectioris dignificationis qr homo per gratiā diuine incarnationis amplius est dignificatus et exaltatus: q̃ angelus. Quid eñ sublimius t digni⁹ q̃ q̃ humana natura vnita est deo i vnitate persone. vt sez sit homo deus: t de⁹ homo. qr verbum caro factum est. Johā. j. quod nō est prestitū angelice nature. Immo oēs angeli adorāt humanā naturaz in christo adoratiōe latrie ꝓpter vbi vnionē. Ruq̃ aūt exhibet ãgelo adoratio latrie ab hoie vel aliqua creatura. Ergo t beata virgo amplius reueretur t diligit hoies q̃ angelos: immo sicut seipsaz: iuxta illud Mat. xxij. Diliges proximum tuū sicut teipsuz.

¶Tertio rōne duplicis glorificatiōis: qr angelus habet simplicē gloriā essentialez in celo. homo vero duplicē glorie stolā cōsecuturus est t duplici oculo perfruet visione celestis glorie: qr in anima perfruet visione diuinitatis sicut t angel⁹: et insup corporali oculo videbit faciē xp̃i in quam desiderāt ãgeli ꝓspicere. j. Pe. j. Similiter t glorioſissimā dei matrē videbim⁹ in corpe glorioſissimo t anima sctissima: t in vtroq̃: ac fm vtrum q̃ videbimur in ipsa t qñ in celo quilibet sctūs tantuz gaudet de bono alterius sicut de proprio: vt dicit Grego. Quis ergo mensurare poterit q̃ta charitate ipa dei pūssima mr de nr̃o bono gaudeat: quanto amore erga nos feruebat: quos optime nouit tam pretioſissimo filij sui sanguine fore redemptos t in tantū a deo dilectos t tanta gloria sublimandos. O anima fidelis. O cor xp̃ianum: vtinaz semp in mente haberes t pensares q̃tum te dñs Jesus amauerit qui pro te incarnari/pati/t mori voluit: t quanta charitate eius sanctissima mater tua salutem optauit que tale et tantum sacrificium. i. sanguinem Christi pro te offerri desideranter sustinuit: immo non tantum eius predulcissimum natum: sed et suam animam ꝓpriam in compassionis dolore vulneratam pro te obtulit deo sub cruce. O christiane pensa q̃ care es redemptus: q̃ maxime a/christo t eius matre es dilect⁹. t stude gratias agere: stude christo ac eius matri deseruire: disce miser pro tanto amore amorem non odium rependere vt valeas cum.

vtroq; in celo conregnare. vnde ex predictis patet o populi mi matrem dei mariā non solum esse matrem omnium electoꝝ: sed etiam angelorꝝ sanctorꝝ ac omniū creaturarū: et ipsam plus diligere homines q̄ angelos. Adest responsio ad secundū mēbrum questionis..

AD: tertiuz questionis mēbrū quod est. In q̄bus. s. effectibus siue signis dilectionis virgo maria ostendit se esse matrem nostram? Respondeo q̄ notare possumus aliquos pro nunc effectus et signa dilectionis: maxime ergo genus humanū exhibita per eandem: q̄bus certificamur de eius maternitate. s. q̄ ipsa sit vera mat nostra.

¶ Primus est studiose educationis.
¶ Secundus est prouide cautionis.
¶ Tertius anide motionis.
¶ Quartus sollicite subuentionis.
¶ Quintus est amoroſe recōciliationis.
¶ Sextus est sedule intercessionis.

¶ Primus ergo effectus: est studiose educationis. Mirum maternus amor facit vnā quāq; matrē nimis studiose educare/ lactare et nutrire suum filium: adeo q̄ sicut cernimus plorantem filium consolari studeat: nec continere se valet quin etiaz in nocte ad ploratum filū assurgat et ei lac p̄beat: quod quidē lac de sui sanguinis fonte gñatur et manat secundū phos. Unde mater proprio lacte tanq̄ sanguine filiuz educat. Insuper panem masticando mater filio exhibilem reddit vt eum enutriat. Beata ergo virgo Maria mater nostra. (vt probatum est) nobis filꝫ suis/ talez per omnia spiritualiter exhibet et ministrat effectum. Nam ipsa nos peccatores flentes. s. pro peccatis: et in nocte vicioſe tenebrositatis ad eam conuersos parata est consolari per gratie dulcedinem ac deuotionis infusionem. Esaie. vltimo. ca. Quomodo si blandiatur mater filio. ita consolabor vos. Item ipsa panē vite eternē. i. corpus et sanguinem christi filꝫ dei nobis exhibilem reddidit in sacramento: et hunc panem angelorum de proprio suo et purissimo sanguine generatum ac virgineo suo lacte enutritum nobis peperit et prebuit. vt nos alat et educare ad eternam vitam valeat. Unde Johā. vj. Ego sum panis vite qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. O igitur beata viscera Marie virginis que genuerunt nobis hunc cibū patrie celestis. O beata eius vbera virginea quelactauerūt xp̄m/ vt ipsuz panē angelorum habeamus quotidie eterne vite alimentum.

¶ Secundus effectus siue signum dilectionis quod exhibet nobis beata virgo Maria: quo cognoscimus ipsam/ veram esse matrem nostram: est prouide cautionis. Maternus quippe amor affectuosius proprium habet prouidere/ vt caueat sollicite pericula et queq; mala sui filꝫ: adeo vt sese pro natis matres exponāt mortis periculis sicut videmus certa experiētia in brutis et bestijs/ auibus ac animalibus alijs. Etenim cerua tempore venationis confugit ad pullum/ et interponit se canibus: ne amittat filium. Sic simee: sic leones: sic celi aues: Immo et homines. Propterea sapiens Salomon cuz ad euz venissent due mulieres meritrices litigando pro filio: vna dicente q̄ hic viuꝰ filius esset filius suus. altera econtrario q̄ non inquit sed filius meꝰ hic est. tuus aūt mortuus est. Voluit rex ipse per hoc probare cuius esset filius ille viuus: si que illarum non posset velle mortem seu malū filꝫ sui. Unde ait rex. Diuidite infantem viuum in duas partes: et date dimidiam partem vni: et dimidiam alteri. Et mox mulier cuiꝰ erat filius: q; cōmotasunt viscera eiꝰ sup filio: dixit ad regē. Obsecro dñe date illi infantem viuum et nolite interficere eum. Econtrario altera dicente. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidatur. Sententiam tulit rex. Date huic inquit infantem viuū et nō occidatur. hec est enī mater eius. iij. Reg. iij. c. Hunc certe affectū dilectionis erga nos btā virgo ostēdit et exhibet cum sollicite cauere studet sua intercessione corꝫ iudice deo ne pericula mortis eterne incurramus: ne sententia damnatiōis data pereamus. Unde canit ecclesia: Sub tuū presidiū confugimus sancta dei genitrix nostras deprecatiōes ne despicias in necessitatibꝰ: sed a periculis cunctis liberā nos semper vgo gloriosa et benedicta. Nam p̄fecto sicut q̄ pater vult corrigere et flagellare filium accurrit filiꝰ sub pallio matris. Mater quoq; se interponit et protegit eum a flagellis. Sic beata virgo facit nobis quando deꝰ pater propter peccata vult nos castigare penis et tribulationibꝰ. Propterea orando Ignatiꝰ in epistola ad beatam virginez dicit. Rūc claude me in gremio pietatis tu mr̄ summe deitatis vera mater saluatoris: mater adoptata petōris: hec ille. Hinc in quibusdam picturis solet sub pallio imaginis benedicte virginis depingi multitudo populi christiani diuersi generis propter huius significationem.

¶ Tertius effectus maternitatꝭ siue materne dilectiōis est anide promotionis. Mater nus nempe affectus anidus est et animosus ad filꝫ sui promotionez. Unde multū gaudet cum videt filiū procreari in regez vel militem aut principem: Quod clarescere potest in exemplo de matre filiorum zebedei Mat. xx. que a xp̄o optabat et petebat vt filꝫ sui in regno eius sederent vnꝰ ad dexterā: et alius ad sinistram. Hunc talem affectum dilectionis habet beata virgo et exhibet erga nos: q; summo desiderio optat et pro nobis laborat vt adipiscere valeamus coronam regie dignitatis patrie celestis que talis est sublimitatis: et tam in effabilis glorioſitatis: vt sicut dicit Apls. j. Coz. ij. Nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligētibus se. Unde de ipsa glorioſissima dei matre scribitur Eccle. xv. Obuiabit illi. scz homini quasi mater honorificata: et exaltabit illum apud proximos suos: et stola glorie vestiet illum: iocunditatem et exultationem: thesaurizabit super eum: et nomine eterno hereditabit illum. hec ibi.

¶ Quartus effectus est sollicite subuētionis quoniā ipsa tanq̄ mater amoroſissima omnibus inuocantibus subuenit: adeo q̄ a principio vsq; ad finem seculi nunq̄ aliquis hominum cuiuscunq; status ad eam deuote recurrentium vt debet esse potuit quin ei beata virgo mox succurrit tanq̄ mater pietate et charitate plena que se cōtinere pre amore nequit quin filio non misereatur: iuxta illud Esa. xlix. Nūquid potest obliuisci mater vt nō misereatur filio vteri sui? q. d. non. Et per consequens vt ait Ambrosius libro prefationum. Jam inquit non poterit nos odisse deus dum invocata fuerit deuote mater eius. Et Ber. ait. Non est phas te o domina posse deserere qui spem ponit in te. Idem in quodā sermone dicit etiaz sic. O maxime pia/ O multum admirabilis Maria tu nec nominari potes quin accēdas: nec cogitari queerees affectus diligentium te: nec invocari quin exaudias et subuenias. Hec ille.

¶ Quintus effectus amoroſe reconciliationis quia ipsa velut pissima mater non sinit hominem ad se conuersum stare in diuine ire vltrice sententia: sed reconciliabit in dei amorem et gratiam atq; clementissimam misericordiam et auertet dei irā et vindictam. Unde Bernardus in quodā sermōe de beata virgine ait. Ecce coram tremebundo iudice peccatores assistimus cuius manus terribilis gladium ire sue vibrat super nos et quis auertet eam nisi tu dei amantissima mater per quam primaz suscepimus gratiam et misericordiā. Idez ait. O felix maria tu mater regis: tu mater ducis: tu mater rei: tu mater iudicis: tu mater dei et hominis. cuz sis mater vtriusq;: discordiam inter tuos filios sustineri neq̄s. O bñdicta/ Maria quātū tibi debemꝰ p quā talem ffem. i. dei filiū habemꝰ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Septimo t vltio pdidim⁹ i Adā bonū imortalitatis: qz (sicut. ā. dictū est) si ipse nō peccasset. sed i statu innocētie pstitisset nunq̄ mortis nexū incurrisset. hō: sz viuus sine morte ad gloriā trāslatus fuisset.

¶ Patet igit ex oibus p̄dictis q̄ pctm est causa mortis nr̄e. Modo (ad ppositū nostrū reuertēdo) vgo maria q̄ fuit summe prima statui innocentie: nō habuit aliqd pctm. nō originale: nō veniale. nō mortale. Ergo nō habuit necessitatē moriēdi: qz non habuit causam mortis in se. s. peccatum. Quod etiam pbatur multipliciter.

¶ Primo sic. Nā dicit sanctus Thomas in. iij⁹. parte. q. xxvij⁹. q̄ propter honorē dei non debuit/nec fuit causa rationabilis q̄ virgo Maria haberet peccatum veniale quia honor matris est honor filij: et ignominia matris est ignominia filij.

Cum ergo peccatū veniale non sit tante malignitat̄ sicut peccatū originale: quia non priuat gratia dei: et potest stare cum charitate. vt dicūt theologi. t illi nō corre spōdet pena eterna. Peccatū aūt originale priuat diuina gra: t auertit a fūmo bono et a diuino amore. Illi etiā pena debet eterna et infinita. Nā valde maiꝝ malū est esse in pctō originali p vnicū instās: q̄ in quātiscūq̄ venialib⁹ p q̄tūcūq̄ tpis spaciū. Ergo sequit q̄ si de⁹ voluit pseruare dilectā spōsaz suā a pctō veniali minoris grauedinis: multo fortiꝝ voluit eā pseruare a pctō originali qd est tāte malignitat̄. Si ꝛ pseruauit eā a minori malo. bñ seq̄t q̄ etiā eā pseruauit a maiori malo: eo maxime q̄ ante scī'a ipsa fuit destinata et deputata vt esset mater ipsius dei sctissima. Licz em de hac vgis p̄fuatiōe ab originali scriptura nō loquat: de ipsa tñ nō est dubitādū q̄n facta fuerit: qz rōnabiliꝝ fieri debuit. Unde Aug. i smone de Assūptiōe vgīnis dicit q̄ vbi scriptura diuina nihil cōmemorat de vgine Maria: inq̄renduz est q̄d cōueniat rōni: fiatq̄ ipa rō auctoritas sine q̄ nec est nec valet auctoritas. Ideo ibidē iterū ait. Ab iproperio humane cōditionis a quo xp̄s excipit: rationabile est vt Maria excipiatur.

¶ Secdo idē pbo sic. Rationabiliꝝ creditꝝ illa q̄ genuit vnigenitū a pte plenū gre et vitat̄: maiora priuilegia gre accepit p oib⁹: vt ait Tho. vbi ā. Sed q̄busdā alijs priuilegiū sctificatiōis in materno vtero cōtra originale pctm legim⁹ fuisse cōcessum: vt Hieremie: cui dictū est Hiere. j. ca. Anteq̄ exires de vulua sctificaui te. et Johānī baptiste: de quo dictū ē Luc. j. c: Spūsctō replebit adhuc ex vtero matris sue. Ergo illa q̄ genuit vnigenitū dei patris: cōtra originale pctm maiꝝ priuilegiū debuit accipe. vñ Anselm. i omel. cōceptionis ait. Dignā donationem sup ceteros sctōs illa debet habere p quā oēs scti sctificant. Sed priuilegio sctificatiōis in materno vtero cōtra originale pctm nullū est maius q̄ priuilegiū pseruatiōis. Ergo rationabiliter cōcludit q̄ fuerit ab ipso originali peccato preseruata.

¶ Tertio sic. Locus debet esse ppositionatus locato. ū. de aīa: t. iij⁹. phiꝝ. et qualia sunt p̄dicata: talia cōueniūt esse subiecta. Sed vgo gloriosa fuit habitatio filij dei. Uñ ipsa inq̄t. Eccliasti. xxiij⁹. c. Qui creauit me requieuit i tabernaculo meo. Ergo debuit esse ppositionata suo habitatori: qui fuit sine vlla pcti macula. Purissimo ergo filio nō debuit esse mater nisi purissima: nec decuit dei sapiētia sordidata nō ac pctō cōtaminatū sibi habitaculū deputare q: (vt dr Sap. j. c.) In maliuolam aīam nō intrabit sapiētia nec habitabit in corpore subdito pctis. Si igit beata vgo fuisset originali pctō deturpata nō fuisset cōueniēs habitaculū filij dei. Quia vt ait apl's. ū. ad Cor. vj. c. Nō est cōuentio xp̄i ad belial. Ergo indubitāter est tenēdū q̄ immaculata fuit: et omni puritate repletissima. Et hec rō pōt p̄firmari sic. Nam ppius locus est conseruatiuus locati. vt dr iij⁹. ꝑ hisicoꝝ. Ideo vnūquodq̄ naturaliter delectat̄ habitare in loco conueniēti nature sue sm phm. iij⁹. phisicoꝝ Sicut talpa i terra: pisces in aqua: auis in aere: salamādra in igne. Cū ergo de⁹ sit purissimus. rq. Metaphisices. Et similia similib⁹ gaudeāt: eisq̄ cōiunguntur. vt dr. viij⁹. Ethic. t ij⁹. Phis. Oportet concludere q̄ bta vgo in qua de⁹ suū habitaculū elegit. iuxta illd. ps. Elegit eā deus t p̄elegit eā: fuit purissima ppter cui⁹ mundiciā: dicit de⁹ in. ps. Hec requies mea in scl'z seculi: hic habitabo qm elegi eā. Et sic patet ex predictis rōnibus q̄ vgo Maria non fuit cōcepta in peccato originali. Poteris ad huc si volueris/accipe aliquas alias fortiores rōnes/t dicta ad hoc ppositum/in smone de ꝓceptione ipsius virginis. Dz aut̄ ipsa beata virgo fuerit immunis ab omni peccato tā originali q̄ veniali q̄q̄ mortali. hoc etiaz testatur Aug. in lib. de natura t gratia di. De maria propter honorem dñi nullā prorsus cum de peccatis agitur volo habere questionē. Et Hieronymus ad Paulā et Eustochium inq̄t. In maria totius gratie que est in christo plenitudo venit. Sed xp̄s fuit sine omni pctō originali/veniali/et mortali. Ergo et mater eius. Unde Anselm. in lib. de conceptu vginali. ait. Decuit vginē ea puri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate nitere qua sub deo nequit maior intelligi. quod non haberet vitatem si ipsa aliquo peccato fuisset maculata. Ideo dicit hiero. vbi. ꝛ. Quicquid in Maria gestum est: totum puritas / totum veritas / totumq; gratia fuit. Hanc etiam veritatem clarius concludimus et demonstramus per Amb. in quodam sermone dicētem. Hec est virgo in qua nec nodus originalis: nec cortex venialis culpe fuit. Et per Aug. in sermone de Natiuitate virginis dicentē. Magnifica illuꝫ o virgo beatissima qui te ab omni peccato super oēs homines preseruauit. Quis enī dicere poterit: fine pctō fuit natꝰ. aut mūdus fuit ab omni iniq̄tate dicere audebit: nisi illa vgo prudētissima aiatū tēplū dei excelsi: quā deꝰ sic elegit ꝛ pelegit ante mūdi pstitutionē vt sctā ꝛ imaculata mr dei esset. ꝛ filia ab eterno pseruata incorrupta ab oi labe peti. hec ille. Clama. Uide o ppke mi q̄ vgo maria nō habuit aliq̄s pctm̄: et sic nō habuit causaꝫ mortis: q̄ est pctm̄. Ergo si ipsa nō habuit causam mortꝫ. seq̄tur q̄ nō habuit necessitatē moriēdi: q̄ cessante causa cessat effectꝰ. ꝛ p cōsequēs nō est mortua: sed viua fine expiri mortē assūpta est i celū. Uerte te ad mulieres simplices ꝛ dic. Creditis ita esse o femine q̄ vgo maria sit viua trāslata i celū sine experiri mortē? Et ipse forte rñdent q̄ sic. Tu vo dices postea. Uidete oñi mei q̄ periculosum sit disputare in hoc loco: ppter simplices et idiotas non percipientes subtilia.

THoppositū eñ est veritas Uis videre o aīa deuota q̄ virgo maria habuit necessitatē moriēdi ꝛ est mortua. Nam dicūt phi naturales q̄ omne generabile est corruptibile: si corruptibile mortale. Sz corpus vginis fuit gñabile. si gñabile corruptibile: si corruptibile mortale: si mortale. ergo habuit necessitatē moriēdi: ꝛ p cōsequēs est mortuum.

¶ Preterea dicit etiā phs. Omne cōpositū ex cōtrarijs est corruptibile. sed corpꝰ vginis fuit cōpositū ex contrarijs. s. ex quatuor elemētis q̄ sunt ꝓtraria sm qualitates suas. Cōtraria enī adiuicē sunt corruptibilia. v. phis. ꝛ iiij. etiā de. Dia q̄ fiūt ꝛ generant in tpore etiam corrumpuntur in tpe. Et ibidē iterū dr. Omne corruptibile necesse est aliquādo corrumpi. Ergo corpus virginis fuit corruptibile et mortale. Et si sic habuit necessitatem moriēdi. et p consequens est mortuum.

¶ Preterea: Materia est res qua aliq̄d potest esse nō esse. vij. Metaphis. Et hoc ratiōne priuationis in ea. i. phis. q̄ priuatio siue materia priuata machinat ad maleficiū. i. ad corruptionē cōpositi cuius est Sed materia fuit eiusdē ratiōis in btā virgine ꝛ in nobis. Sed in nobis est causa necessaria corruptionis. Igit ꝛ in btā vgine Et sic habuit necessitatem moriendi. ꝛ p consequens est mortua.

¶ Fuit autē congruū ꝛ necessariū q̄ beata virgo moreretur: Triplici ratione.

¶ Primo ratione confirmationis. Cum eñ xps naturā nostrā assumpserit vt eadē natura q̄ peccauerat sctificaret: decuit vt hoc manifeste oñderet ad cōfutādas multas hereses q̄s futuras pnouerat. Fuerūt eñ hereticī nōnulli q̄ nō solū naturā nostrā. hoc est de gñe Adā eū assumpsisse negauerūt: sz oino eū corpus fantasticū habuisse asseruerūt. Inter quos fuerūt Manichei. Ualentinꝰ aūt hereticꝰ dixit xpm celeste corpus assumpsisse. Ut ergo ostenderet q̄ xps ve de illo gñe erat qđ mortem meruerat: decuit vt eius genitrix mortez sustineret. Si enim sine morte ad gloriaz fuisset trāslata faciliter fuisset creditū vel q̄ non fuisset de humano genere: vel non de illa stirpe primorum parentum. Et sic si beata virgo non fuisset credita esse de stirpe humana ab Adam descendente: similiter creditum fuisset de christo eius filio. Et consequenter visum fuisset q̄ christus pro ipso humano genere congruentem satisfactionem non fecisset: et q̄ idoneus redemptor non fuisset. Mors autez ipsius benedicte virginis ostendit illam fuisse veraciter de humano genere: de illa progenie de qua dicitur ad hebre. ij. ca. Statutum est hoibus semel mori.

¶ Secundo conueniens fuit ratione conformationis. scilz. propter filū sui consortionem. Neq; enim decuit eam melioris esse conditionis q̄ filiuz: qui vere deꝰ et homo est. Inconueniens namq; esset q̄ membrum precederet caput cuz omnia membra sequantur naturam capitis. Cum igitur filius beate virginis sit caput totiꝰ ecclesie: cuius vtiq; ꝛ virgo est membrū. Et ipse mortem sustinuerit: immo (vt inquit Aug. in lib. de baptismo paruulorum) si nullus eū interfecisset senio defecisset. pro fecto decuit vt beata quoq; virgo moreretur que filio suo esset conformis.

¶ Tertio hoc congruum fuit ratione confortationis. s. propter nostram confortationem: Naturaliter enim omnes mortez timemus: sciētes q̄ graue est mori. s. quo ad sensualitatez carnis. Et maxime quia homines cōmuniter pati habent in morte triplicē anxietatem vel angustiā. Primo amarissimum dolorem. Secundo tristissimū merorem. Tertio terribilissimū timorem. Propterea dicitur q̄ nulla maior acerbitas cuiuscunq; amaritudinis q̄ mors ipsa hominis et precipue in peccato morientis. Nam revera tunc insurgit homini dolor amarissimus qui cogit animā separari a corpore / qui penetrat ꝛ scindit cor / omnia mēbra viribꝰ destituit / et omnes sensus a sua viuacitate euacuat ꝛ dissoluit. Item tunc in anima tristissimꝰ meror exoritur propter cogitationes ꝛ temptationes infestātes: quia videt se priuari vita quaz naturale est cuilibet appetere: vt dicit Aris. ij. de anima. Aduertitq; oia bona huius mūdi se relicturū: corpus abominabiliter corrumpi / vermibusq; in eam vari / et in nullo se posse in tot doloribꝰ iuuari. Hinc Eccl'. xli. O mors q̄ amara est memoria tua homini habenti pacē in substantijs suis. Profecto dicēte Aris. iij. etbic. Terribilissimum omnium mors est. Deniq; tūc erit hoi timor maximꝰ. vñ Greg. in homel'. dicit. Tūc cogitādū valde est q̄tū nobis erit terribilis hora nre resolutionis et mortis. q̄s pauor mētis cum ante nos erit oim malor memoria: cōtra nos demonū armabit malicia: retro nos priuatio felicitatis trāsacte mūdialis: supra nos formido tremēdi iudicis. hec ille. O qualis ille timor ꝛ tremor q̄n aderit nephādor spiritū multitudo aiam rapere volētiū quor species horrēdissima. Nam vño passo in cruce affuit diabolꝰ fidiādo si q̄d forte in eo iuris sui inuenirer. Si ergo xpo affuit morienti et multis sīlr a lōs sanctis in morte affuisse legitur: a fortiori credēdū est q̄ cunctis hoi assistit in insidiādo Deꝰ q̄tus tunc erit timor: q̄ta tribulatio cū de oībus factis et culpis ac / delictis est rō reddēda / ꝛ sentētia irrevocabilis accipiēda. Ue tunc et vhe pctōri cōtra quez instat snia eterne dānatiōis ferēda. Propterea q̄ resuscitati sunt: vt de lazaro quē deꝰ suscitauit: et de alijs ꝓsimilr refertur q̄ postea nūq̄ risērūt in hoc mūdo sz fleuerūt q̄si cōtinue. Uñ refert Cyrillꝰ in epla ad Aug. de miracl'sctī hiero. q̄ cū tres mortui fuissent iuxta tumulū sctī hieronimi resuscitati: q̄diu vixerūt postea sine intermissione flebāt: et vnū eor alijs pstitibꝰ Cirillꝰ interrogauit Cur tā dire lachrimas icessanter emitteret? At ille rñdit. Si inq̄t q̄ sum exptus Cirille nō ignorares tibi semp iesset cā fletꝰ. Illo req̄rēte / rñdit. Dia inq̄t mea resoluta ē acorpe tā grauit et acerbe q̄ mens nō capit humana. Nec egonisi certa experiētia didicissez credere valuissem: q̄ ois āgustia et dolor q̄ exti maret hō nihil reputat respectu illiꝰ angustie. Tāta etiā adueniēte mortis hora nephādor spiritū affuit multitudo vt oī no dinumerari nō possent: quor spēs talis erat vt ea nil horribiliꝰ / nil pnitiosiꝰ cogitari pōt. Potiꝰ. n. q̄libz horis flāmis ardētibꝰ arsurū se exponeret q̄ formaz illor visione in ictu oculi potiri: q̄ ad me adueniēdo oia q̄cūq; ꝺō deū ppetrauī ad memoriā revocabāt suadēdo vt de dei mia nō sperarē. Heu cur nō aduertūt mortales q̄bꝰ hoc eueniet q̄ tūc mihi vt nō peccarēt Si ergo cām fletꝰ interrogas: timor penaꝝ est q̄ pctōribꝰ iuste danf: q̄ de re nō mireris si plāgo cū potiꝰ si nō plāgerē vehemēt admirari deberes. Hec ꝛ plura idē pscutꝰ ē Ad ppositū ergo redeūdo. O nāuis timor mortꝫ. s. quo ad sēsualitatē carnis sublatꝰ sit q̄n xps dei filiꝰ mortē sustinuit q̄ posset hō cogitare et dicere. Bene sustinuit: q̄ non solum homo sed et deus fuit. Virgo aūt btā in q̄ fuit pura humanitas mortem

Universidad de Deusto
Biblioteca

libenter sustinēdo nos omnes hortata est seruare hoc documentū illud Juuenalis di. Fortem disce animū mortis terrore carentem. Rā mors vltima pena est nō metuenda viris. Teneamus ergo ꝛ nihil cēseamus esse malum quod sit a natura datum omnibus. Qui enim metuit id qđ vitari nō pōt: is viuere animo quieto nullo modo potest. Qui vero mortem nō timet magnū is presidiū sibi ad beatam vitā cōparat. Patet ergo his rationibus ꝙ congruum fuerit ꝛ necessariū vt beata virgo moreretur.

¶ Ex predictis etiā omnibus stant due cōclusiones vere. Prima ꝙ virgo maria fuit immunis ab omni pctō tam originali ꝙ actuali. Scda ꝙ ipsa beata virgo habuit necessitatē moriendi rōnibus supradictis: ꝛ est mortua. Fuit ꝙ congruū ꝛ rationabile vt moreretur: sicut nunc declaratum est.

¶ Ad argumentū autem seu obiectum illud: ꝙ cessante causa cessat effectus: ꝛ remota causa ꝛc. Respondeo ꝙ hoc est verum quando effect⁹ causatur solū ab vna causa. Sed quādo plures cause eque principaliter concurrunt ad producendum aliquē effectum: ita ꝙ quelibet earum est causatiua effectus: tunc posito effectu / nō sequitur positio cuiuslibet cause: ꝛ similiter cessante vna illarū causarū nō cessat effectus. Cū ergo cause humane mortis sint plures vt nūc patebit. sequitur ꝙ licet in beata virgine cessauerit vna causa mortis non debuit cessare ipsa mors: concurrētibus alijs causis naturalibus. Cause autem humane mortis sunt quinq⁹.

¶ Prima nāq⁹ causa est peccatuz: ppter quod statutū est hoibus ex Adā ꝓgenitis semel mori. ad Hebre. ix. ca.

¶ Secunda causa nostre mortis est consumptio humidi radicalis in quo vita cōsistit. Quod quotidie cōsumik paulatim a calido naturali et nutrimētali: qđ ex cibis comestis generat. ꝛ ideo non pōt pfecte manere. ꝛ sic oportet tādē cōsumptionem fieri. Unde phs. j. ca. De gñatione: ponit exemplū de vino qđ ex vegete haurik et desup aqua ifundit: qz tandem sola aqua haurik. Sic em̄ homo accipit cibū ꝙ os ꝛ in secessum vadit. Sz quotidie humidū radicale minuik: qz ꝙ cibū nō pōt totaliter restaurari: et sic tandē totū cōsumik. et ideo Seneca ad Lucillū. ait. Quotidie morimur: quotidie demik aliqua pars vite: ꝛ tūc quoq⁹ cū crescim⁹ vita decrescit. Auicēna vo ponit exēplū de lāpade siue lucerna in qua est oleū et ignis. Rā q̄diu oleū durat / tādiu ꝛ lumē cōseruak: sed cōsumpto ab igne oleo / lumē deficit. Sic cōsumpto humido radicali ꝙ actionē naturalis caloris: deficit vita corpalis. Et ideo in paradiso terrestri si hō stetisset contra cōsumptionē humidi radicalis comedisset de fructu ligni vite: quo plene ipediebatur senectus in hoie: et dicta ꝓsumptio humidi radicalis.

¶ Tertia causa gñalis mortis oim est cōtrariorū cōpositio. Nam (vt. 8. dictū est.) Omne cōpositū ex cōtrarijs est corruptibile. Itē cōtraria sunt adinuicem corruptibilia: ꝛ oia que fiunt et gñantur in tpe: etiā corrumpunk in tpe. Cum ergo corpa nostra sint composita ex. iiij. elemētis seu ex qualitatibus quattuor elementorū que sunt inuicem cōtraria: necesse est vt alterenk et corrumpank: qz omne corruptibile necesse ē aliqñ corrumpi. v: phiſ. Et sic corrumpendo resoluitur in ea ex quibus est compositū. Nam (vt dr. iij. phiſ.) Unūquodq⁹ resoluik in id ex quo cōponik Et ideo cū hō sit cōpositꝰ ex anima et corpore: necesse ē vnū ab altero separari. Dr vt ait phs. Mors nihil aliud ē ꝙ recessus anime a corpore. Et cū corpus originē traxerit a terra: opz illud in terrā reuerti maxime dictis quattuor elementis / quorū virtus est in corpore inuicē cōtrariantibus. Et ideo licet homo in statu innocētie potuisset nō mori. et ita de facto fuisset quia nūq⁹ mortuus fuisset obediendo deo: ꝛ comedendo de ligno vite: tñ corpus humanū de se erat corruptibile / rationibus predictis: et potuisset mori. Puta si nō fuisset translat⁹ in paradiso terrestri vel etiā si ibi nō comedisset de ligno vite per quod fiebat restauratio humidi radicalis deperditi per cōsumptionem naturalis caloris.

¶ Quarta causa mortis nostre est loci incongruentia. Locus em̄ proprius cōtinet et cōseruat locatū. iiij. Phiſi. Et ideo res extra proprium locū nō bene cōseruank sed corrūpuntur. Itē hoies extra patriam ꝓpriam cito infirmātur. Unde boni medici solent tales infirmos ad proprium aerem mittere vt ibi sanentur ꝛ conseruenk. Cū igitur mundus iste nō sit proprius locus humani generis: iuxta illud apostoli. Nō habemus hic ciuitatē permanentem ꝛc. Et Señ. in libro de senectute. Cōmorandi natura diuersorū nobis nō habitādi dedit. Ideo necesse est ꝙ hic alteretur ꝛ corrumpatur. Locus autē proprius hois est paradisus in quo nō pōt corrumpi. Unde hieron⁹. ad Eustochiū ait. Regio tua paradisus est.

¶ Quinta causa mortis nostre est motus perficiens circulum. Uita enim humana nō est nisi quidā circulus. vñ Señ. ad Lucilluz ostendēs oportere hoiem mori ait Circulus nō est perfectus nisi in omni loco sui contingat principiū cū fine. Ex quo cōcludit ꝙ hō de terra factus: tandē reuertitur in terrā: Ea ꝓpter phs in lib. de gñatione dicit ꝙ oīs res suo periodo mensurat⁹. i. circuitu vel fine. Periodus autē siue circulus vite humane est nasci vel gñari: ꝛ mori seu corrūpi. Et alicui est magn⁹ alicui vero est parvus. Prima igit causa mortis. s. peccatū nō fuit in beata virgine maria. sed alie cause bene fuerunt in ipsa sicut declaratū est. Et iō qz nō habuit peccatū. iō nō sequik ꝙ debuerit cessare mors cum alie cause mortis naturaliter in ipsa fuerint. Cū etiā fuerit cōgruū ꝛ rōnabile ꝙ ipsa moreretur: vt iam probatum est.

¶ Nota tamē ſm aliquos ꝙ btā virgo maria nō decessit infirmitate nec doloris pressa necessitate: vt ceteri solent obire: sed est mortua sine dolore / sine merore / ꝛ sine omni timore.

¶ Primo sine dolore: immo cū suauissimo dulcore spiritus: vt sicut supnaturaliter ꝛ ex spāli priuilegio a corruptione fuit extranea: ita ꝛ a dolore mortis fuit aliena Et hoc testat Damascenus dux ait. Ipsa btā btārū q̄ super naturā dñationū exalta ta est: dolores quos effugit pariens ꝛ etiaz moriens: hos in xpi passione sustinuit cōpatiens. hec ille. Si enim hoc priuilegium cōcessum fuit Johāni euāgeliste vt testat hiero. in plogo sup Johā. vbi ait. Hic est Johānes qui sciens supuenisse diez recessus sui cōuocatis discipulis suis in epheso: per multa signoꝝ experimenta promēs xpm descendens in defossuz sepulture sue locū: facta oīone posit⁹ est ad patres suos tam extraneus a dolore mortis: ꝙ a corruptione carnis inuenitur alienus. hec ille: Multo magis ergo debuit cōcedi btē virgini. ¶ Sed diceres. Quomō potuit fieri vt in mortis separatione nō habuerit dolorem cū naturaliter anima inclinetur ad vnionē corporis: ꝛ maxime qz eius aia fuit nobilissima ꝛ nobilissimo eius corpori cōiuncta? Respōdetur ꝙ ipa pre amoris magnitudine et cōtemplationis sue anitate in qua tunc fuit nō sensit dolorē in separatione. Rā maiores motus impediunt minores: ſm naturales phos. Sicut autē natura mouet ꝛ inclinat aiam ad corpus. Ita caritas multo forti⁹ mouet ꝛ inclinat aiam̄ ad xpm: iuxta illud apli. Cupio dissolui et esse cum xpo. Mens ergo beate virginis in ipsa hora mortis fuit suspensa in contēplatione sue dulcissima ꝛ amore xpi dulcissimo: ꝛ paulatim interim eius cōplexio deficiebat vsq⁹ quo tandē sine dolore pcepto: nō interrupta contēplatione sanctissima eius anima corpus desereret.

¶ Sed forte quis dicet. Ergo eadez rōne debuit sic esse de xpo in cruce morīente. ꝛ sic nō sensit aliquem dolorē. Ad hoc dr ꝙ xps dns debuit suscipere ꝛ habere maximos dolores in parte sensitiua ppter hoc vt satisfaceret pro peccatis humani gñis et redimeret ipsum: iuxta illud. j. Pet. ij. Qui pcta nostra. i. penas satisfactorias ꝓ pctis nostris ipse ptulit in corpore suo. et illud Esa. liij. Vere languores nr̄os ipse tulit: ꝛ dolores nostros ipse portauit. Sed qñ btā virgo nō pro redēptione gñis humani est mortua: ideo nō oportuit vt ipsa dolores mortis pateret: imo ꝓ spāle priuilegiū propter incorruptionē debuit esse a dolore mortis aliena.

¶ Scdo btā virgo est mortua sine merore qz voluit de⁹ ipsam mori sic sine oī merore cū letissima cōsolatione etiā eterna. Naz

habuit ꝓsolationē in hora mortis sue multiplicem: qz tā ab aplis qui oēs affuerunt in eius transitu vt testat Dionȳ. in epla q dā: q etiā a sanctis angelis eā cōsolātib⁹ et assistentibus.

¶ Tertio ipsa btā ẏgo maria est mortua sine omni timore cū certissima assecuratione. Nimirū aliqui hoīum in morte timēt naturaliṫ ipsam mortē exhorrescētes. Sic etiā sancti hoīes timēt naturaliṫ. Alij vo timorē habēt ꝓpter mala q̄ fecerunt. Alij autē ꝓpter demonū maliciā. atq; alij ꝓpt incertitudinē: qz nescit hō vtrū amore vel odio dignus sit. vt dr Eccl'ia. ix. et ideo timet dei iudiciū. Sed in btā virgine nullū horū locū habuit. Nā mortē ipsa nō horrebat: qz charitate z desiderio sui filij feruens z gr̄e suauitate plena cupiebat dissolui z esse cū xp̄o Jtē ipa nūq̄ se peccasse nouerat etiā venialiṫ. z ideo de aliquo malo nō timuit. Propterea iudicij sententiā nō timuit: qz amore digna tāq̄ dei matrē purissimā z dilectissimaz quā impossibile foret dānari nouit necessario saluandam. Deniq; ipsa a filio impetrauit z obtinuit: vt aīa eius de corpore exiēs nullū spūm terrimuz videret: nullaq; sathanē ptās ei occurreret. Et sic in eius exitus hora ageli affuerūt q̄ demones insidiantes nō permiserunt assistere ipsi btē Marie. vtpz exterrentē demonū teterrimā faciē pro tunc nō videret. Et sic claret qm̄ btā virgo sine oi timore cū maxima securitate z oīmoda cōsolatione externa z interna obierit.

¶ Ad maiorē ctoz declarationē ac cōfirmationē: z ad vestrā cōsolationē atq; incitandā deuotionē. Accipite o deuote aie btē virginis deuotā (lz in aliquo apocriphā) cōtemplationē de ꝑciosa morte marie virginis. prout hr in libello de eius transitu: quē Hieronymus in sermone assumptiōis vocat apocriphū. i. dubiū. Apocripha aūt dicūt illa scripta quorum auctor ignorat: vel q̄ in canone scripturarū nō habent: vel q̄ nō sunt in publico legenda tāq̄ auctētica: vel q̄ sunt dubia sm Jsiō. vi. Ethim. Et ideo dicit hiero vbi s. loquens de ꝓdicto lib. Re dubia ꝓ certis recipiatis. Nō ergo reprehēdit illū tanq̄ falsum: sed vult aliquādo haberi dubiū. Notate igit q̄ btā virgo stās seu habitans in monte syon. aliquādo sūmane in aurora surgebat et ibat (vt dicit hiero.) ad visitanda loca in quibus filius fecerat aliq̄ mirabile opus contēplando illa sacra mysteria. Aliq̄n i nazareth ibat ad locū vbi fuit cōceptus xp̄s: ibi cōtēplādo immēsam dei charitatē: qua misit vnigenitū suū in mundū. Aliq̄n ibat in bethleem z visitabat locū natiuitatis iesu xp̄i filij sui meditando eius summā humilitatem: flebatq; ibi pre gaudio cōtemplando cōsolationes quas habuerat in natiuitate filij ⁊c. Et postea ibat in redeūdo ad montem Oliueti et ibi cōtemplabaṫ admirabilem sui dilecti filij ascensionē. Deinde veniebat in hierusalē ad tēplū memorando filij sui circuncisionē z suā purificationē: recordando et xp̄i doctrinā suauissimā et sapientiā quā ꝓdicauerat iudeis. Ulterius visitabat loca passionis xp̄i. s. locum vbi fuerat captus z flagellat⁹. Locū montis caluarie vbi crucifixus est et tota resoluebatur in lachrymas ex meditatione et recordatione acerbe mortis z amarissimorū dolorū quos filius eius ac ipsa sustinuerat. Indeq; ad sepulchrū: et ad alia eiꝰ loca. Postea redibat domū z ibi vacabat oꝰonibus/ieiunijs/vigilijs. ⁊c. Secundū tamē beatū Amb. dicta peregrinatio btē virginis ad loca sancta intelligēda est magis sm spūm q̄ sm loci decursuz. qz. s. domi manens contēplabatur q̄ filius fecerat in illo vel illo loco. Postq̄ etiā filius eius celū ascenderat: ipsa continue desiderabat cū illo coniungi: vñ z sepissime orabat: simulq; cū prophēta dicebat ps. xli. Quēadmodum desiderat cervus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū: qñ veniā et apparebo ante faciē dei. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte dū dr mihi quotidie vbiest deꝰ tuꝰ. Una aūt die in tali oratione et petitione existēte ipsa beata virgine. Ecce q̄ apparuit ei angelus Gabriel totus iocundus cū ramo palmarum in manu: in signum perfecte victorie quam habuerat de mundo/carne/et diabolo. Erat autez totus lucidus/et in forma hoīs pulcherrima. Et credo eum multorum angelorū comitiua fuisse sociatū. Qui reuerenter gloriosam virginem salutans dixit ei. Aue regina celorū. Aue ẏgo gloriosa: stella sole clarior: mater dei gloriosa: fauo mellis dulcior: rubicunda plusq̄ rosa: lilio candidior: omnis virtus te decorat: ois sanctus te honorat in celo eris sublimior. Ecce tūs a te desideratum Mā infra tres dies eris glorificata. Et tibi ad hoc dicendū: a deo missus suz. Tūc beata virgo per āgelū tres gratias a filio petijt. s. vt oēs apostolos sue dormitioni presentes haberet: vtq; diabolum nō videret: et vt oēs qui erant in purgatorio a penis in suo obitu eriperet: que oīa obtinuit. Apostoli aūt cū essent i diuersis mūdi partibus dispersi in quib⁹ fidē xp̄i predicabāt: desiderāte beatissima virgine illos videre ante mortē suā affectātesq; eos esse presentes sue dormitioni/et eius corpori impendere sepulturam. Dūs noster Jesus xp̄s filius eius in ictu oculi eos fecit esse ante cōspectū matris sue dilectissime. Quieni per angelū suum fecit Habacuch prophetā in momēto tpis per capillū de iudea in babyloniā deferri: vt danieli pphete prādiū portaret. Danieł. vlti. Potuit etiā aplos z discipulos suos mysterio āgelorū in istāti facere deportari: vt genitrici sue morienti debitū exhiberent obsequiū. Ul dicere possumus q̄ spūs dñi qui rapuit Philippū apostolū: et statim inuentus est in Azoto. Act. viij. Similiṫ eleuari fecit aplos omnes. et protinus inueniri in ẏginis habitaculo. Affuisse aūt aplos dormitioni eiꝰ affirmat sctūs Dionysius. in lib. de diuinis noibus. se et beatū Thimoteū ac plurimos xp̄i discipulos morti btē virginis iterfuisse. De hoc etiā inquit Damascenus in quodā sm̄ōe. Ex antiqua et verissima traditione accepimꝰ q̄ tempore gloriose dormitionis beatissime virginis. cum omnes sancti apostoli ad saluandas gentes orbem terre peragrarent in momento temporis in altum sublenati Hierosolymis conuenerunt? Ibiq; angelica eis visio facta est: et diuina hymnodia potiorum audiebatur virtutū Cum aūt sancti apostoli intelligerēt dei genitricis transitum imminere: cōtuni eam voce collaudabant dicentes: Cuz in huiꝰ mūdi incolatu te o celeberrima ẏgo haberemꝰ cohabitatricē: q̄si ipz ofim deū et magm videtes cōsolabamur. Nūc vo qz te trāsmigrandā cognouimꝰ. hoc solū nobis remanet refrigerij q̄ te mediatricē habebimꝰ apud deū. Filiꝰ tuꝰ creator oīz vocat te. Nemo est qui prohibeat matrē a filio ipsa natura docet honorari. Nec decet te amplius permanere in medio nationis prauē z peruerse. Uade ergo in pace et placa p nobis deū. Donec. n. moraberis in terris modica te terre portio detinebat. Cū aūt assumpta eris in celis: cōe ꝑpiciatorū totus habebit mūdꝰ. Hec ille. Pz ergo huiꝰ scti testimonio aplos mori gliose ẏginis fuisse pñtes. Dicitur aūt in ꝓdicto libro de trāsitu ẏginis: q̄ eo tpe quo angelus nunciauit btē ẏgini trāsitū suū: btūs Johānes euāgelista de licētia ẏginis ꝓdicabat Ephes. Quāobrē volens btā virgo illū ad se venire: cū sup hoc rogasset filiū suū. Stati itonuit celū z i cādā nube eleuatꝰ/z raptꝰ ē btūs iohānes i cōtinēti se repperit añ ostiū domus i qua morabaṫ ẏgo bñdicta. z itrās ad btissimā ẏginē cū maxima reuerētia salutauit eā. Quē vidēs ẏgo gliosa p gaudio a lachrymis cōtinere nō valuit. et dixit illi. O Johānes recordare verboꝝ dñi magri tui q̄ bus me tibi cōmēdauit in matrē. Ecce q̄ vocata a dño exoluere debeo conditionis humane debitū. Recōmendo igitur tibi corpus meū: vt oi diligentia et cura illud studeas sepelire. Audiui. n. ꝑfidos iudeos inter se consilium fecisse dicentes. Expectemus donec illa que xp̄m peperit moriatur. et tunc rapiemus corpus eius et comburemus. facies ergo deportari ante feretrum meuz quando corpus meū ad sepulturam deferetur hanc palmam: sicut ex p te dei angelus mihi eaz deferens monuit faciendum. Hec enim palma que vt vides est multe claritatis. conturbabit inimicos nros: et cuz ea fient multe mirabiles opatiōes. Dixit aūt Johānes. Dum̄ nūc adcēt oēs alij aplī fratres mei vt tibi possent vna mecū ꝑparare ꝓdecentes exeq̄as/et debitas exoluere laudes. Hec

Universidad de Deusto Biblioteca

vero dicente beato iohanne/statim ad petitionē beatissime virginis / Petr⁹ ꝛ alū apli omnes a quadam nebula sicut beato Johāni factum fuerat/rapti sunt de locis in quib⁹ predicabant: ꝛ ante portā dom⁹ in qua erat ipsa benedicta virgo sunt delati:qui sei simul inueniētes mirati sunt valde. Quos vidēs gloriosa virgo multū cōfortata et ganisa fuit et de eorū missiōe filio suo gratias egit. Petr⁹ aūt dixit Johāni. O iohānes quid est hoc. q̄ cū nos essemus dispersi per orbē/deus sic nos congreganit? Et Johannes narranit causaz. Tūc oēs apli cognoscētes se debere remanere orphanos et priuatos sua dilectissima magistra/a lachrymis abstinere non potuerūt. Quis aūt eoꝝ planctū describere valeat? Quis ipsorū suspiria oīmq̄ discipulorum fletus exprimere queat? Dñ eni xp̄s passus est. et q̄n celos ascendit ipa benedicta virgo eius loco cum ipis apl⁹ ꝛ discipulis remāfit. Ex quo ei⁹ presentia cōfortabant. et dolorem quē de recessu domini habuerant aliqualiter mitigabant Tūc vero vtroq̄ orbati parente remanebāt. Arbitror aūt q̄ dicebant. Quo vis p gere mr̄ sine filiꝭ? Quis nos mestos cōsolabit? Ecce tu pergis ad alta:nos remanem⁹ in ima. Tu ascendes:nos opprimemur. Te angeloꝝ conuent⁹ circūdabit:filius amplectet:pater osculabitur. spiritussanctus inflammabit. nos vero conuētus malignantiū/et pfidoꝝ synagoga iudeoꝝ flagellis afficiet: vinculis astringet: tormētis cruciabit:et gladio feriet ac matabit. Sed tu mater nostra tu pia omniū aduocata: depcare filiū tuū/vt nobis assistat:ac nos in tantis tētationib⁹ ꝛ tribulationibus nō deserat. Quib⁹ benignissima dña inqt. Pugnate filij mei viriliter: et recordamini verboꝝ magri vri dicētis. Ecce vobiscū sum oib⁹ dieb⁹ vsq̄ ad consumationē seculi. Et iterū. Nolite timere eos q̄ occidunt corp⁹:aiam aūt nō p̄nt occidere. Et rursuz. Cū steteritis añ reges et p̄sides/nolite cogitare quō aut q̄d loq̄mini. ꝛc. Cū igit filij⁹ me⁹ semp̄ p̄māsur⁹ sit vobiscū. Ego quoq̄ nūq̄ recedēs ab eo vos nō deserā: sz ad pugnā ꝓfortabo/apli filiū aduocabo. Vos ergo estote fortes in bello et pugnate cū antiquo serpēte. et accipietis regnū eternū. Hec dicēte ipa btā virgine. Descendit dñs Jesus de celo cū angelicis ordinibus/et tota celesti curia et cepit dicere ꝛ cantare verba pro themate nostro sumpta. Cant. iiij. Veni de libano sponsa mea veni de libano q̄ coronaberis. Btā aūt virgo rūdit illud. ps. cvij. Paratū est cor meuz deus: paratū est cor meū. Et sic ipsa vidēs dilectissimū filium suū iocundissimo vultu/extēsis brachijs ei⁹ aiam vt exiret expectantē/dixit. Beatā me dicēt oēs gn̄ationes. Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctū nomen eius. Et tunc suspensa in cōtēplatiōe sua suissima/et amore xp̄i dulcissimo: paulatim eius cōplexio deficiebat vsq̄ quo tandem fine dolore percepto/nō interrupta contēplatione/sanctissima eius aia corpus desereret. Unde cōuersa ad filiū ait. In manus tuas dñe cōmendo spiritū meum. Et sic cū indicibili letitia/et inexcogitabili suauitate exiit illa benedicta anima cantantibus angelis. et tota celesti militia: ꝛ in brachijs chari filij est recepta. O igitur mira/et iocundissima exultatio. O immēsum gaudium. O ineffabilis iubilatio:cū ipsa sacratissima virgo audiuit mellifluā vocē dilecti filij sui eaz sic dulciter inuitātis. O felicissimus transitus. O mors aliorum cōmuni morte penitus diuersificata. Alij enim doloribus conquassantur in morte. Ipsa aūt virgo consolationib⁹ replebatur/et suauitate. Apostoli autem accipientes preciosum corpus Marie v̄ginis posuerunt in ferctrum vt illud deportarent ad sepeliendum in valle Josaphat in monumento nouo quod ibi erat. quod et ego vidi. Et beatus Johannes euangelista accipiens palmam/marie ab angelo delatam/deferebat eam ante ferctrum. Et tunc petrus cum omnib⁹ alijs apl⁹is portādo ferctrum vbi erat illud preciosum corpus incepit cantare et dicere alijs adiuuantibus. Egredere Israel de Egypto:domus Jacob de populo barbaro. Facta est. n. maria scificatio eius ꝛ in Hierusalē potestas eius. Cū quibus erāt angeli cantantes:ita q̄ repleuerunt totaz terram canticis mirabilis suauitatis.

Unde princeps sacerdotū dixit circunstātibus. s. illis qui astabant. Quid volunt hec cātica? Respōdit quidā ex illis. Mors tua est illa ribalda Maria (mētiris canis per guttur) q̄ peperit Jesum nazarenum crucifixum seductorē populi. Tunc dixit princeps sacerdotū. Uadamus cū armis ꝛ fustibus accipere illud corpus ꝛ cōburemus. Cito vocate milites q̄ veniant. ꝛ sic ipse cū maxima multitudine populi currens vt corpus btissime virginis cōburi faceret: apponēsq̄ manū ad feretrū vt illud ad terrā deiceret: statim man⁹ illa aresciit et percussus est brachiorū destitutione et cruciatu maximo. Populus vero qui cuz eo erat cecitate fuit p̄cussus. Tūc p̄mente nimio dolore clamauit princeps sacerdotū. O petre miserere nobis peccauim⁹ cōrā deo. Petr⁹ respōdit. Si volueris tu credere ac ceteri oēs in iesum xp̄m filiū dei: ꝛ q̄ virgo maria (cuius corpus nunc portamus) sit eius vera mater: cuncti eritis liberati ab omni malo. Exclamauit autez princeps sacerdotū cū populo. Credimus petre credimus. Imposita aūt illa palma super eos qui pnia ducebant ꝛ credere in dñm volebāt oēs sanabant. sicq̄ vna cuz apostolis cū hymnis ꝛ laudibus oēs processerunt ad sepeliendū illud p̄ciosum corpus: ꝛ cū fuerūt in valle Josaphat pactis honorifice ereq̄us posuerūt illud i supra dicto monumēto nouo. Et oēs reuersi sūt in regionē suā laudātes ꝛ glorificantes deum. Aia vero btissime virginis (vt pie cō templari possum) descēdit cū ingenti lumine ad purgatoriuz virtute filij sui (sicut ipsa ab illo iā impetrauerat) ad extrahendas oēs illas aias. Et post duos vel tres dies surrexit Maria de sepulchro gloriosa ꝛ cū filio suo dulcissimo dño nostro iesu xp̄o: ac sanctis illis animabus de purgatorio extractis: cū ineffabili leticia totiꝰ curie celestis iubilatione cūtātibus angelis: cū gloria maxima Assumpta est in celū: ꝛ ad dexterā throni xp̄i filij sui est collocata: vbi regnat in eternū gloriosa. Clama. O itaq̄ fidelis aia considera quanta sint tūc celebrata in celo gaudia. O qualis ꝛ quanta beatissime marie fuit leticia. O q̄ ineffabilis eius gloria. Studeamus ergo omnes ei seruire: nos illi recōmendādo: ipsaq̄ affectuosius inuocando. ipsaz toto corde acclamando: vt in celesti patria nostri memor dignetur intercessiōe sua nos sublimare ad sua illa bona ineffabilia et participes glorie facere p̄ eterna secula. amē.

¶ Sermo. xli. De gloriosa assumptione marie.

¶ Thema.

Ue est ista q̄

q ascendit de deserto: delitijs affluens innixa super dilectum suum. Scribuntur hec verba Canticorū. viij. capitulo.

¶ Prohemium.

Posita hec verba (fratres dilectissimi) possunt accipi tā q̄ sint verba sanctoꝝ angelorū qui admirantes sup tam glorioſissima assumptione btē virginis: ꝛ admirando canentes in laudem eiusdē virginis deprecabant in hac assumptione. Que est inquiunt ista. s. virgo superbeatissima que ascendit per assumptionem gloriosissimā de deserto. i. mundo isto inferiori: qui nomine deserti significatur. vt dicit Bern̄. q̄ desertus ꝛ derelictus est a deoꝝ angelis propterea q̄ totus est positus in maligno j. Joh. v. ꝛ plenus multis miserijs vt potergastulū exulat⁹ ꝛ carceris. Delitijs glorie affluens/ꝛ innixa super dilecto suo. i. filio xp̄o iesu per singularis amoris ꝛ fruitionis familiaritatem. Q̄ si petas. Unde oriebatur ista admiratio angeloꝝ de btā virginis assumptione? Dicimus q̄ ex tribus p̄m q̄ tria sunt p̄cipue que in hominibus sunt admirationis causa. Primo q̄n res est magna vt claret de diluuio tēpore Noe. Sen. ij. q̄ quia fuit taz magnū vt totam terrā inundaret ꝛ superabūdaret vallis fuit admirandū ꝛc. Secūdo q̄n res est noua ꝛ insolita vt patet de manna q̄n prima die pluit dñs super terram. Unde admirantes filij Israel dixerunt Manhu. i.

q̄d est hoc? Tertio quādo rei causa est occulta. vt pz in eclypsi tpe mortis xp̄i. Nazlz eclypsis frequenter acciderit: tñ qz illi eclypsis. s. tēpore mortis xp̄i facte/causaz phi athenienses inuenire nō potuerūt: plurimū sunt admirati. sicut refert Dionysius in epla quadā. Immoz (vt ferk) ipse dionysius hui⁹ eclypsis causam ignorās: cū tūc nōdū in xp̄m credidisset: discipulis suis dixit hec verba. Aut de⁹ nature vim patit: aut tota mūdi machina destruet. Ad ppositum. Dz in assumptiōe glorioseꝫ virginis hec oīa cōcurrebant. Nā res ita fuit magna z magnificētissime facta: qz tūc maiora dona sunt data btē virgini q̄ vnq̄ alicui pure creature vtpote q̄ ipsa dei mr̄ electa sup totā celestē curiā sit exaltata atq̄ oibus creatis ꝓposita z regina prefecta: in sūmis bonis glorie collocata: iuxta illud pō. Elegit eā de⁹ z preelegit eā: in tabernaculo suo habitare fecit eā. Itē hec assūptio fuit noua z insolita: eo q nūq̄ viderāt angeli vnā purā creaturā feminā sup omnes angelos sanctos ad dextrā filij dei collocari sicut hodie viderūt ipsam: iuxta illud. iij. reg. ij. Positus est thronus matri regis: q̄ sedit ad dexterā eius vñ et merito festū hoc respectu vltimi finis dicit cē maior solēnitas oīm festiuitatū ipsius btissime v̄ginis. Denicq̄ causa hui⁹ erat occulta. qz de incōprehensibili abysso diuine sapiētie ordinata: nec dū oibus angelis reuelata. ideo multū admirantes angeli ceciderunt. Que est ista q̄ ascēdit. ꝛc. Sup q̄bus verbis: volens hodie de gloriosa marie v̄ginis assumptione v̄ba facere vt clarius q̄ dicta sunt fidelib⁹ innotescāt ꝓ exordio ꝑmonis monebo vnā talē questionē

¶Utrū .s. btissima v̄go Maria sit in corpore z anima assumpta in celum?

Ad hāc questionē respondeo q̄ etsi hieronym⁹ in ꝑmone de assumptiōe v̄ginis istud nō astruat: sed sub dubio relinquat: tamē cōiter tenet ab omni eccleſia z doctorib⁹: q̄ ipsa beata virgo sicut z xp̄s sit resuscitata z corpore simul et anima glorificata z assumpta in gloria cōsumata. Et hoc ꝓbatur siue ꝓbari pōt multiplici rōe. Quia dicit. Aug. in sermone de assumptione virginis. De sctissimo corpore perpetue virginis Marie eiusq̄ sacre aie assumptione loqui suscipiētes. Hoc ipsum dicimus q̄ in scripturis post q̄ dñs eaz in cruce discipulo cōmendauit nihil de ea reperik: ꝑter qz Lucas in actibus apl̄orum cōmemorat dicens. Hi oēs erāt pseuerantes vnanimiter in oratione cū Maria matre iesu. Quid ergo de morte: quid de eius assumptione dicendū est vbi scriptura nihil cōmemorat: nisi querēdus rōne q̄d ꝓsentiat veritati: fiatq̄ ratio ipsa veritas sine qua nec valet auctoritas?

¶Primo igit ꝓbatur rōne restauratiōis

¶Secundo rationе plenitudinis.

¶Tertio rationе comparationis

¶Quarto rationе honorationis.

¶Quinto rationе dedicationis.

¶Sexto rationе vnionis.

¶Septimo rationе perfectionis.

¶Primo rationе ꝛc. Debuit em̄ restauratio correspondere prevaricationi. In paradiso autē terrestri fuit vterq̄ parens. s. Adā et Eua lz prius adā q̄ eua vt pz Gen. ij. Cuz ergo nō sit perfectior paradisus terrestris q̄ celestis: debuit etiā in celesti paradiso esse vterq̄ parēs gr̄e. s. xp̄s qui nos regenerauit suo sanguine: z beata virgo que nos pauit sue pietatis lacte. Hi em̄ in quibus culpa nunq̄ fuit: extra paradisuz esse non debuerūt. Alioquin melior quo ad hoc fuisset cōditio parentū culpe q̄ gratie. Christus igitur p̄ri⁹ celū ascendit z postea btā virgo. Sicut em̄ vterq̄ sexus extra paradisum expulsus fuit ad ostendendā plenam dānationem: ita vt ostenderet plena redemptio. vterq̄ sexus debuit in celesti paradiso introduci. Als quomō sperarent mulieres se esse perfecte redemptas? In aiabus autem non est discretio sexus. Et ideo inquit Augu. in sermone assumptionis. Letetur maria vt dignum est leticia inenarrabili glorificata in anima z corpore in filio proprio: per filium proprium et cum filio proprio.

¶Secundo rationе plenitudinis. Certum est em̄ q̄ btā v̄go fuit gr̄a plena z perfecta sicut ei annūciauit angel⁹ Luc. j. vñ hiero. Ceteris per partes gratia p̄stat. marie vero se infudit gr̄e plenitudo. Hec ergo gr̄e plenitudo nō solū fuit in eius aia sed etiaz in corpore: qz maria nō cōst at nisi ex aia z corpore. Hiero. aūt nō dixit q̄ gr̄e plenitudo se infuderit in aia virginis/ sed in ipsa virgine maria. Plenitudo aūt gr̄e fuit ēt in corpe virginali in quo habitauit plenitudo diuinitatis. Cū itaq̄ gl'ia debeat cōferi gratie iuxta illud Eccle. iij. Exequabit gloriā gr̄e ei⁹. Cōcludik q̄ sicut ipsa bene dicta virgo plena z pfecta gr̄a in corpore z anima: ita etiā fuit in eis pariter glorificata. Vñ Bern. in quodā sermone inquit Quātū gr̄e in terris est adepta pre ceteris tm̄ z in celis obtinet glorie singularis. Et Aug. in quodā ꝑmone ait. Si merito p̄ oibus mulieribus marie donata est gr̄a: eidē in morte erit minuēda? absit. Si em̄ mors aliorū sanctoz est p̄ciosa in cōspectu dñi: mors marie erit preciosissima. Sed q̄ differentia esset inter mortē virginis z aliox si nō est in corpe assumpta? ergo rōe sue gr̄e plenitudinis arguik ei⁹ assumptio totalis

¶Tertio idē ꝓbatur rōne cōpationis. Cū em̄ multi sancti sint iam in celo cū corpe gl'ificato quare nō credam⁹ q̄ etiā ibi sit beata virgo q̄ est sanctior vniuersis? Et hāc rōnē tāgit hiero. in sermone assumptiōis. Ut em̄ scriptū est mat. xxvij. Multa corpa sctōz qui dormierāt: surrexerūt cū xp̄o z introierūt i sanctā ciuitatē. De quib⁹ ibi dicit glo. q̄ iā sunt cū corpe in gloria. Als (vt ēt dicit hiero. vbi s.) veri testes resurrectiōis nō fuissent. Scribit quoq̄ hiero: ad Heliodorū de morte nepotiani q̄ illi resuscitati vi si sunt cū corpib⁹ in celesti hierlm. Ambrosius ēt in ꝑmone paschali confirmat hoc de iohāne euāgelista. Itē ibidē videk velle q̄ quotiēs celebrak festū resurrectiōis dñi aliq̄ mortui ex sctis resurgūt z in celū cuz corpore gl'ioso assumunk. Cū ergo mr̄ dei nulla gr̄a sit priuata q̄ ēt pauciss̄imis fuerit cōcessa. profecto etiam ipsa resurrexit: et in celum gloriosa assumpta fuit.

¶Quarto Mariā eē assumptā aia et corpore gloriosā in celū ꝓbatur rōne honoratio-

nis. Mandauit quippe deus Exod. xx. et Mat. xv. di. Honora patrē tuū z matrem tuā. Et apl̄us ad Ephe. vj. c. addit. Hoc em̄ iustū est. s. iusticia naturali. Cū igitur xp̄s nō venerit soluere legem sz adimplere. Mat. v. c. Profecto voluit i oib⁹ mr̄i sue venerāde/honorē cōseruare sicut honorificauit patrē suū. vñ ait Joh. viij. c. Ego honorifico patrē meū. Honorauit em̄ eā i vita. s. obediēdo. Mā cum sederet in templo in medio doctorum vocatus ab ipsa statim iuit cū carelictis doctoribus. Et erat subditus illi. Luc. ij. c. Honorauit etiā eā in morte/cū in cruce illā cōmēdauit discipulo Joh. xix. c. Ergo z in obitu eiusdem matris/z post mortē debuit illi honorem exhibere. Filius em̄ tenetur quātum pōt succurrere parēt⁹ suis. Sed dicet forte alīqs q̄ xp̄s eā honorauit pre oibus in aia Cui rñdeo q̄ hoc nō suffecisset. Mā filius nō solū tenek aie pris et matris benefacere: sz etiā corp⁹. Unde xp̄s debuit assumere matrē suā in aia et corpore. Cū em̄ ipe deus tantū honoret corpora sctōz: z a nobis honorari faciat. Profecto rōnabile z congruum esset/q̄ si corpus matris sue sup terram foret: a nobis illud faceret venerari. Uidem⁹ eni corpa et reliquias siue cineres sctōz in locis q̄b⁹ requescunt cōseruari venerabilit in vasis aureis: et argenteis: et in tēplis mirificis: ac in māsoleis margaritis ornatis. Legimus quoq̄ quorundam sctōz corporib⁹/ angelorum ministerio monumenta preparata. et ipa corpa diuina vtute integra et incorrupta preseruata. Uidem⁹ insup sctōz ossa seriis et p̄ciosis linthеaminib⁹ circūdari: et quando ostendunk/luminaria accēdi. et a diuersis mundi climatibus cōfluentib⁹ gentibus visitari: sicut patet de apostolis Petro et Paulo romeīs qua sepe fui. Et de sancto iacobo de galitia in compostella ciuitate quem bis etiam visitaui. et sic de alijs. Legimus quoq̄ q̄ cū quorūdam sanctorum corpora essent in loco despecto collocata. facta est reuelatio vt inde moverentur: et in loco venerabili collocarēt̄: sicut patet de corpore beati stephani prothomartyris de cui⁹ inuētiōe eccl'a festū celebrat. Et similiter exemplificare

Universidad de Deusto
Biblioteca

possum⁹ de corporib⁹ beatorū Gerua sī ⁊ ꝑothasū ⁊ Nazarū ac celsi martyrū: et de multis alīs. Si ergo deus sic honorari facit corpa sanctoꝝ existentia super terrā q⁹ fuerūt habitaculū spūssancti: et ad eorū sepulturas facit cecos illuminare: paraliticos sanari. leprosos mūdari. surdos audire. claudos ambulare. et mortuos resurgere. tantoꝝ honore seruos suos et amicos mundo facit manifestos. Quanto magis si corpus mr̄is sue esset in terra illud manifestaret vt ad visitandū et adorādū ip̄m ex toto orbe terrarū popul⁹ cōfluret: ipsiusq; reliq̄as/et sepulchrū maioribus signis ⁊ prodigijs illustraret? Ex quo ergo in nullo loco terrarū virginis corp⁹ venerat/nec reperit profecto ꝑstat q̄ tanto thesauro terra non fuit digna. et q̄ est i loco horibus inaccessibili/et dignior q̄ terra: in celo. s. empȳreo/i paradiso/in vita eterna. In maiori eni honore dz haberi corp⁹ illud q⁹ fuit spūssancti sacrariū et r̄pi speciale domiciliū/ac toti⁹ trinitatis nobile tricliniū: q̄ oia corpora alioꝝ sc̄oꝝ. Si aūt corpus ipsuz virginale nōdū surrexisset: cū nec in celo/nec in terra venerare tur min⁹ honoris illi ip̄dereť q̄ alīs sanctoꝝ corporib⁹ et reliquijs: qđ valde absonū et incōueniēs esset. Et hāc rōnē tangit Bern̄. in quodā ſmone. di. Dm̄ sc̄oꝝ corpa pciosa deus sublimauit: vt puta Petri et Pauli que tam glorioſe venerabilia reddidit et honore tā mirifico sublimauit vt et ipsis deputeť locus veneratioi congru⁹: et ad ipa mund⁹ ꝑperet vniuersus. Si marie corp⁹ super terrā esse dicatur cū nec deuota frequētatione fideliū veneret: nec eidē deputeť locus honoris. nimirū christus videbitur honorē materni corporis cōtempsisse. cum tñ super terram alioꝝ corpa sic honorauerit. Hec Ber. Q; si aliqs dicat q̄ corp⁹ beatissime virginis est adhuc super terrā. sed ideo de⁹ nō reuelauit vbi sit q⁹ nos nō sum⁹ digni illō videre ac/visitare? Respondeo ſm Ber. vbi. s. q̄ de alīs quoq; sanctis dicit ad hebre. xi. ca. Quibus dignus non erat mundus. et tamen eoꝝ corpora non sunt propter hoc nobis occultata. Preterea corpus r̄pi vtiq; pcioſius et dignius q⁹ diuinitati vnitū de⁹ nobis tradidit cōtractādum dispēsandū. Ergo nō est putandū q̄ ratione indignitatis nostre virgineū corp⁹ nobis fuerit celatū: q⁹ si nō sum⁹ digni ꝓpter nos: saltē sum⁹ digni ꝓpter ip̄z. Et hanc rōnē ponit Aug. in ser. assumptiōis di. Nunq̄d non ptinuit ad benignitatem dñi/matris suare honorē: q̄ nō venit soluere legē sed adimplere. Lex aūt sicut honorē matris p̄cepit ita ⁊ inhonorē dānat. Qui ergo p̄ ceteris illā grā concept⁹ honorauit: piū est credere etiā in morte singulari saluatione. et speciali etiā gratia honorasse. hec ille. Preterea si crucē quā r̄ps ad horā portauit: et in qua quo tpe stetit sic honorať profecto in maiori honore debuit haberi corpus imaculate virginis in quo ipe dei fili⁹ nouē mēsib⁹ habitauit Et si deus in tāto honore vult haberi imagines et picturas sc̄oꝝ. certe in maiori reuerentia voluit haberi corp⁹ illud in quo imago sua illibata permānsit. cū vnigenitus ei⁹ qui est imago patris in eo decubauit: et q̄ quod imago nr̄a q̄ corrupta erat reparata fuit: et si in tanto honore habita fuit archa testamēti: quia in ea erat virga Aaron/mānа/et tabule legis scripte. In maiori ꝑculdubio honore haberi debuit archa illa sanctificata in qua habitauit v̄ga. i. caro christi que floruit. manna. i. diuinitas que omnem dulcedinē habuit. et tabule coscripte. i. aia christi q̄ omni sapiētia plena fuit. Si etiā r̄ps ꝓpter honorem suū et matris sue voluit ipsam mariā preseruare a maledictiōe particulari mulierū (q̄ fuit data Eue. In dolore paries filios) vt. scilicet ſine dolore/immo cū maxima suauitate pareret. Profecto etiā ab alia maledictione (scilicet cinis es et in cinerem reuerteris) omnibus hominibus cōmuni/ipsam preseruauit: a qua ipse Jesus fuit exceptus. Ipse igitur (vt ait Anselmus in quodam sermone) pietatis auctor: et nature dominus parenti exhibuit quod et ipse fieri p̄ecepit/et naturaliter quilibet solo instinctu sanguinis facit? Ipse ergo perfectū honorem exhibuit matri dulcissime quē ipsam intelexit velle magnope. Non esset aūt honor pfect⁹ nisi illō v̄gineū resuscitaret corp⁹:

vt tota assisteret filio: in cuius tota laborauerat obsequio. Celo igiť corpus maternū/suū. s. habitaculū reposuisse credēdus est. hec ille. Et sic patet rōne honorationis Mariam virginem esse assumptā in anima et corpore in celum.

Quinto idem ꝑbať ratiōe dedicationis. Dō em̄ semel est deo dedicatū nō est amplius ad vsus humanos trāsferendū. de cōse. di. j. ca. ligna. ⁊. xix. q. iij. c. que semel. vbi p̄cipitur q̄ monasteria semel deo dedicata nō conuertant in domos secularū. Et similiter nec hospitalia. Et idem de rebus sacris. vt vestibus sacratis/⁊ vasis ecclīasticis. Sed de corpore virginis dr. ps. xlv. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Ergo si non debuit humanis vsibus contractari: multominus decuit ipsum a vermibus corrodi/et pulueribus maculari. Preterea in. c. ij. de custo. eucha. p̄ecipiť vt ecclesie materiales seruent nitide: ita vt resplēdeāt. ⁊ ibi etiā dicit q̄ nimis absurdū videť i sacris sordes negligere: q̄ de decerēt etiā in pphanis. In eodē etiā. c. reꝑhendunt clerici tenētes corpalia seu vasa ecclīastica imūda. Clama hic. Sz heu proh dolor. Quid dicā hoc mane? Quot ⁊ quāta vidi cūdo p mūdū? Hodiernis tē porib⁹. multi sunt ecclīastici (nō dico cōtra bonos) in eccl'ia dei trippe grasse: veri ꝑcursores antir̄pi: q̄ tenēt eccl'ias ita imūdas sicut aras porcoꝝ: plenas pulueribꝰ/⁊ spurcitijs. Tenēt etiā lintheamina altariū/et paramēta cū q̄bus celebrať missa/ac etiā corporalia: ita immūda ⁊ nigra: q̄ cū reuerētia/nasitergia q̄ ego porto aliq̄n sunt albiora/⁊ candidiora. q̄ illa. Eoꝝ tñ camisie sunt albe sicut nix. Nam tales sacerdotes celebrātes missaz cū paramētis immūdis (nisi vigeat necessitas) peccāt mortaliter: q⁹ facūt cōtra decretū. vbi. s. ⁊ etiā ꝓp̄ irreuerētiā ad sacramentū. Jsti dūmodo possint replere ventrē et marsupiū: ⁊ habere mulā pinguem in stabulo: ⁊ cōcubinā in thalamo: nō curāt de alīs q̄ dei sunt. Bene dixit q̄dā sc̄us. Nulla peior pestis in eccl'ia dei q̄ malus sacerdos: et nulla peior bestia in monasterio q̄ malus monachus. Jsti suo malo exemplo occidūt animas pauperculas r̄pi sanguine redemptas. O pessimi ꝑcursores antir̄pi. Quomō p̄nt isti tales esse boni pastores aiarū? Si sibūpsis nō ꝓsūnt quō possunt prodesse alīs? cum per illud iter per quod ambulat pastor: per illud ambulet etiam ouis. O q̄ pauci sunt boni pastores: sed multi mercēnarij: qui q̄runt que sua sunt: non que Jesu christi. Sed vbe illis: quia reddent rationem in hora mortis ⁊ in die iudicij de oibus animabus eorum pessimis exemplis spiritualiter interfectis/et dānatis. O quantū doleo sup pauperculā christianitatē (cui p decē annos p̄dicaui penitētiā sustinēdo opprobria ac p̄secutiones) q⁹ video illā q̄si totā esse in manu diaboli. Illi q̄ deberēt esse lucerna ⁊ lumē: facti sunt tenebre. Uerte te ad simplices di. O igiť pauperule oues male recte/et male gubernate: si vultis saluari sequs mimi vestigia Jesu r̄pi: q̄ est bon⁹ ⁊ verus pastor: quem si imitamini nō poteritʃ errare. Ad principale ꝓpositū nostrū redeūdo. Corpus igiť v̄ginis cū sit deo eternaliter dedicatum sup oia corpora nunq̄ debuit aliq̄ sorde maculari: ſz ei summ⁹ decor ⁊ reuerentia deputari. Non ergo iacet sub terre pulueribꝰ: ſz gloriosuz venerať i celi splēdoribꝰ. Et hāc rōnem tāgit Aug. in ſmōe assumptiōis di. Thronū dei. thalamū dei tarbernaculū r̄pi. dignū est ibi esse vbi ipe est. Tam pcioſum thesaurum dignius est seruari in celo: q̄ in terra.

Sexto hec vītas ꝑbať rōne vnionis. Caro enim virginis ⁊ caro christi est quasi vna et eadem caro. vt ait Aug. vbi supra. di. Caro Jesu r̄pi caro est sancte virginis Marie quā super astra trāsuexit: honorans oēm humanā naturā ⁊ multomagis maternā. hec ille. Cum ergo (vt dicunt phi) Jgnis de sua natura cōgreget homogenea ⁊ disgreget etherogenea. Non est dubitandū q̄ ignis diuinus qui fecit vt beata virgo esset vnum cum r̄po in terris/fecit etiam vt illi coniungeretur in celis. Et hanc rationem tangit Augu. in sermone Assumptionis. di. Putredo et vermis sunt opprobrium humane cōditionis. a quo opprobrio cum christus alienus sit. Marie

quoq; natura excipitur quã Jesus de ea assumpsisse ꝓbat. vt quo ferk vna pars: ferak ⁊ reliqua. ⁊ Chrysost. inq̃t. Si pars cũ xp̃o/⁊ pars cũ virgine. quomodo illud sacrũ/de quo xp̃s carnẽ ⁊ naturã assumpsit tradidit corruptioni. ⁊ Aug. vbi. s. iterum dicit. Quantũ intueor ⁊ quãtũ video quantũcq; itelligo: Marie aia fruik xp̃o et possidet in xp̃o corpus qd genuit. Cur ergo nõ etiã possideat illud p quod genuit? Unde ⁊ Anselm⁹ etiã inq̃t in quodã ſmone. Cũ credam⁹ corpus dñi in celo esse et toti mũdo iperare. Cur nõ credam⁹ eiusdem corporis materiã. ⁊ vt sic dicak opificem. virginalẽ. ſ. carnẽ ibidẽ esse? Patet ergo ratione vnionis beatã v̊ginẽ esse in aia ⁊ corpore in celum assumptam.

¶ Septimo hoc idem ꝓbatur rõne perfectionis. In ipsa eñ virgine debet esse ois pfectio et btitudo pfecta: sup oẽs sctos et angelos: sicut ipsa mater dei fuit ⁊ est pfectissime sctitat⁹ sup oẽs sctos ⁊ angelos iproportionabiliter/q̃ est tante puritat⁹ vt maior sub deo neq̃at itelligi. Sed qr angeli tam pfectã btitudinẽ habẽt q; nõ retardank a glia ⁊ pfectiõe sue btitudinis. Ergo nec anima btẽ v̊ginis debuit retardari a pfectiõe btitudinis. Sed si aia btẽ virginis sine corpe fuisset assumpta: Ex quo vnaquecq; aia naturalẽ hz iclinationẽ ad ꝓpriũ corpus nõ q̃dem ꝓpter corpus de ſe/ſz ꝓpter integritatẽ hois ⁊ pfectionem beatitudinis vtriusq; partis: quia omnis pars extra suum totum est imperfecta. v. Meta. et. iũ. Phisi. sequeretur q; anima beate virginis sicut ⁊ aliorum sanctorum retardata esset a perfectiõe beatitudinis/et nondum adepta suum plenum desiderium. scilz. in beatitudine corporis sui: et per consequens minus perfectã beatitudinem haberet q; angeli: quod est inconueniens: quia ipsa (vt canit ecclesia) exaltata est super choros angelorum ad celestia regna. Et confirmatur per illud Augusti. xiij. de trinita. Perfecte inquit beatus est qui habet quicq̃d vult. Sed ipsius anima naturaliter vult beatitudinem sui corporis. Ergo. ꝛc̃. Unde et Anselmus in quodam sermone inquit, Cum etiam sancti non se perfecte beatos existiment nisi cum in illa resurrectionis gloria stollam secundam induerint. hec dña que pleno gustu hauserat q; suauis est dñs ad perfectam beatitudinez sufficere sibi crederet sibi tabefacto corpore/solo spiritu presentiaz suã filio exhiberet? Nec vero putãdũ est q; semimutilata ⁊ quodãmodo truncata felicitate matrẽ celo induceret. Immo credẽdũ est oẽm ei honorẽ exhibuisse: quẽ potuit. Quantum autem possit quis explicet? Et iterum tangens predictam rationem ibidem etiam inquit. Non dubitãdum est beate Marie merita apud deũ icomparabiliter excellusse: nec aliquem sanctorũ/nec etiã oẽs cõmuniter/alli soli equari posse. Justum est autẽ vt cum maiora eius sint apud deum merita excellentiora etiam ab eo percipiat ꝑmia. Deum porro cõstat nihil quod iustum est negligere. Quapropter beatam Mariam tam gloria resurrectionis dotatam: et perpetua immortalitate vestitam nostra presumit credulitas. hec ille. Qui etiam ibidẽ post multa dicta de Assumptione virginis concludendo sic ait. Sed ne suspicionibus agamus audi breuem distinctionẽ et cõclude. Corpus sctẽ Marie aut est in celo: aut i terra. Immersum eñ mari: vel ꝓpiane aeris rotari nemo puto nisi demẽs dicat. Est ergo vel in celo vel in terra. In terra autem non est credibile esse. Nam filius eius qui tanto miraculorum fulgore quorũdam sanctorum corpora clarificat. multomin⁹ matris sue corpus in quo nouem mensium gratissimum habitaculum habuit: si vspiam terrarum esset ingloriam iacere ꝑmitteret, Non ibi fileret miraculorũz gloria, Cuncti eñ ex omnibus vtbibus migrarent peregrini. Quia igitur nec in terra/nec in aere/nec in mari esse verisimile est: restat vt in celo esse credatur. hec Anselmus.

¶ Nunc Danima deuota accipe pro tua deuotione pulchram contemplationem de gloriosa Assumptione Marie virginis. Ut enim possis reuerti ad domum tuam cum contritione/et remissione peccatorum tuorum; conare effundere lachrymas amore

ipsius matris dei/que pro tua iustificatione suũ vulcissimũ filiũ depcabitur. Poteris si volueris accipe cõtemplationẽ posita in ꝓcedenti ſmone de morte virginis que incipit. Ad maiorẽ. ꝛc̃. vel illã que ponitur in sequẽti ſmone de exaltatione marie. Aut si nolueris illas. accipe istã. Btã igit v̊go maria tertia die sue dormitionis surrexit gloriosa. Raz eius aia erat omni luce et gloria illustrata. corpus vero erat immortalitate/impassibilitate/ac mira claritate necnõ et agilitate dotatũ. Inchoãte aũt illa ascendere cũ maximo splendore: venit illi obuiã xp̃s/cũ tota celesti militia. Cũ oibus. ſ. ordinib⁹ ãgelor̃/archã gelorũ/principatuũ/ptãtuz/virtutũ/dñationũ/thronũ cherubin/et seraphin. Cuz oibus sanctis patriarchis/ꝑphetis/martyribus/et confessoribus ac alys sctis oib⁹ et cam circũfulxit ingenti lumine. Propterea nõ imerito satis cõgruẽter et vere a quibusdã asseritur q; celũ empyreum sit euacuatũ bis: et adhuc tertia vice euacuandũ. Primo in xp̃i ascensione qñ omnes angeli ei obuiauerũt. Scdo in btẽ v̊ginis assumptione. Dr oẽs angeli ⁊ aie sctor̃/⁊ ipe xp̃s obuiã sibi venerũt. Tertio autem euacuabik i iuditio vniuersali qñ omnes angeli et sancti veniẽt de celo vna cũ xp̃o ad iudiciũ. Btã ergo maria/et iesus xp̃s ei⁹ filiꝰ/cũ oib⁹ angelis et sctis: cũ ieffabili leticia/iubilatione/et exultatione: cuz laudib⁹/hymnis/et canticis/ascẽdẽtes i celũ: demones q̃ tũc habitabãt in aere caliginoso pterriti a tã terribili societate/penit⁹ aufugerũt. O q̃ iocũda. O q̃ pulchra. O q̃ suauis et delectabilis erat illa ꝓcessio? Quãuis eni magna fuerit in xp̃i ascensione: ista tñ videk fuisse sollẽnior. Uñ Berñ. Per cõparationẽ vtriusq; illa maiestate potẽtior: sed ista pompa solemnior. Inueniunk quippe angeli soli redẽptori occurrere potuisse. Patri vero filius ipe cum tota celesti curia tam angelorum q; iustorum hominũ accurrẽs: eue xit eam ad beatã sessionẽ. Hec ille. Mirum cum ipsa peruenisset ad celum empyreum singuli ordinũ angelorum et sanctorum. et sancta trinitas cum multis et varijs Laudibus in iubilationibus eã susceperunt.

¶ Primo nãq; angelorũ chorus suscepit eam laudando et magnificãdo de sanctissima humilitate per quã meruit fummi deo placere: decãtantes et dicentes. Pro gredere progredere ecclorũ regina: ascende ad tuum filium ad regnandũ p secula: que licet fores sanctissima ⁊ omnib⁹ v̊tutibus decorata. summa tñ tua humilitate virtuosissima deo summe cõplacuisti. vt eius mater electa et ab omnib⁹ beatificãda. Nunc ergo dignũ est te accipere gloriã summe exaltationis: qr q̃ se humiliat exaltabitur. ¶ Clama hic ꝛ supbos ⁊ supbas mulieres cõtra earũ vanitates. di. O mulier superba cum sis cinis ⁊ puluis: cũ sis sacc⁹ stercoꝝ quid supbis cõtra creatorẽ tuũ. O mulier caudata sororꝝ pauonis qr portas caudã lõgã in cã gloriaris sicut pauo. certe tu nõ eris exaltata i celesti patria (si pniam nõ egeris) ꝓpt tuã supbiaz ſz eris in iferno humiliata. ꝛc̃.

¶ Secũdo suscepit eam chorus archangelorum adorãs et laudãs eã de castitate: cui⁹ gliam admirãdo decinit. di. Que est ista q̃ ꝓgredik quasi aurora. cõsurgẽs pulchra vt luna. ꝛc̃. Hec est inq̃t illa v̊go singularis castitatis: cui⁹ v̊ginitas fuit deo amabilis. Ergo beata accipe nũc premiũ castitat⁹ qd est ãgelice platibis vt dicaris ãgeloꝝ dña: qr ãgelis cognata ẽ v̊ginitas.

¶ Tertio suscepit eã choꝛ⁹ v̊tutũ laudãdo de fũma puritate. Hec ẽ inq̃t v̊go nobilis mr̃ dei amorosa q̃ vt liliũ cõuallĩ/⁊ rosa fine spina ab oi sorde peti aliena nitẽs puritate fũma. Dignũ. n. ẽ vt sis deo prima qr i corruptio facit proximum deo Sapientie. vj.

¶ Quarto suscepit choꝛ⁹ potestatuũ laudãdo de obedictia. Salue inq̃t sctã dei genitrix: salue gliosa. tu per tuã obedictiã q̃ deo semp obedisti. regẽ celi cõcipere meruisti qui tibi se subdidit et velut matri obedimit. Accipe ergo potestatem vt omnia obediant tibi.

¶ Quinto suscepit ordo principatuum laudando de pacientia. Hec est inquit illa femina gloriosa cuius odor tanq̃ myrrha electa per pacientie suc merita letificat celestia. Hec est que cum dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

filio ⁊ pro eius dilecto multa sustinuit ad uersa: cui ⁊ in cruce morienti summe fuit cōpassa: cuius anima gladio doloris ertitit cōfossa. ergo cōsolatione digna est summa: vt cuz filio suo dulci iesu fruak celesti letitia: iurta regulā apostoli. Sicut socij passionū estis: ita ⁊ consolationis eritis.

¶ Sexto susceperūt eā dñationes laudātes de sapiētia cū inquiunt. Virgo prudētissima per sapientiam reges regnant: teste scriptura. Et tu tua sapiētia demones prostrasti/mundū liberasti. propterea te decet diadema regiū/creature oīs: vt non tantūmodo terrestris: sed et exercitus ve neretur celestis que omniū regia eristis.

¶ Septimo susceperunt Throni laudantes de misericordia. Aue inquiunt clemētissima mie regina/virgo pissima per tuā pietatem subuenis oibus. Naz nō nisi per te dat deus gratiam ⁊ miam hominibus. Ergo mundi aduocata digna es fore mater gratie ⁊ mie: vt per te saluentur hoies ⁊ ruine reparentur celestes.

¶ Octauo susceperunt cherubin laudādo de fide. Hec est inquūt illa felix et beata per quā fides incarnationis diuine consumata et per mundū totum est dilatata: que sola stetit firma alijs vacillantibus in passionis xpi hora. Nūc ergo fidei premiū habere super omnes digna es: quod est visio dei clara.

¶ Nono susceperunt eā seraphin laudantes de summa charitate. Aue inquiūt plena gratia: plena charitate: plena spūsancto: plena deitate. Tu per tuā charitatez deum attraristi: quē ex te humanatuz pro generis humani salute obturisti: vt in cruce moreretur charitate induristi: cum salutem omnium voluisti. ergo salus et solatium cunctorū beatoz: merces atq; premium omnium sanctoz: super omnes digna es fruitione que correspōdet charitati. Unde virgo deo plena iurta dei filium tuum predilectū digne possides thronum glorie preparatū. Possumus autē cōtemplari q; inter omnes angelos celi Gabriel videns Mariam in tanta gloria positam gaudebat ⁊ eam laudabat dicēs. Ecce inquit celi regina tua summa gloria. recordare q; salutatio mea a deo tibi missa hec prenunciabat cū dicebaz. Aue gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulieribus. Et nunc Aue plena gl'ia tecum dñs tuus Jesus: te summe exaltās: te summe letificās/⁊ glorificās: vere tu bñdicta ⁊ supbñdicta inter omnes mulieres/⁊ oia creata.

¶ Decimo susceperūt eā scti veteꝛ testamenti/patriarche/⁊ pphete/ac alq; quicq; eā adorādo et laudādo de multiplici pfiguratione et reuelatiōe sue mediationis. q; videlz ipsa foret mediatrix humane redēptiōis. Unde Adā gaudens dixit. Hoc nūc os ex ossib9 meis: p hāc salus inēta est vniuersis: quā ego pdidi gram hec inuenit et restituit filys meis. Item Noe ait. Hec est archa figurata pquā a diluuio. s. dāna tionis eccl'ia est liberata. Abraam quoq; ait. Aue tu pquā bñdictio semini meo est repromissa. Jacob. Hec est scala quā videbā cui9 summitas celos tāgebat. Moyses. Hec est rubus q; cōburi videbaf: nec tñ cōburebaf. Aarō. Hec est virga arida q; inuenta est florida ⁊ fructifera. Dauid. Hec est illa regina q; astitit a dextris filij dei in vestitu deaurato glorie circundata setoz laudantium varietate. Esaias ait. Hec est quam prediri. Ecce virgo concipiet et pariet filiū ⁊c. Et sic oēs alij sancti propbe quoz verba longū foret enarrare creduntur cecinisse q; esset omni laude dignissima: sicut et canit ecclesia. Sed nota q; pro tunc specialit Johānes baptista eam vidēs gaudēs laudauit dicens. Ecce mater agni immaculati qui tollit peccata mundi: in cui9 visitatione in vēre matris mee existens exultaui. Itē Elizabeth ait. Btā que credidisti: ecce perfecta sunt in te q; tibi dicta sunt a dño p angelū. Joachim quoq; ⁊ anna videntes bodie suam filiā q; tum putas exultabāt: et q; to gaudio dicere poterant. Benedicta filia tu a domino: q; per te fructuz vite et omnem gloriā cōmunicauim9. Sz et Joseph spōsus marie cū eā vidisset q; tāta gl'ia celos ascendisset vtiq; inubilabat ⁊ tripudiabat bñdicēdo dñm dicebat. Ecce mea sponsa mea gratiosa: mea venerabilis dña cuius erā custos castitat/⁊ testis vginitat: quā rex celi mihi in spōsam copulauit et mundam ac imaculatā ꝓseruauit: ⁊ spūsancto impregnatam fuisse reuelauit. Tu ergo sanctissima scis q; est ita. quoniaz ego

secretari9 diuine incarnationis/⁊ tue impregnationis/primus tuū partū adorani ⁊ oīs tue pegrinatiōis in egyptū atq; inde redit9 tui comes fui: te ⁊ tuū pdulcē Jesū diligēter nutrini tibi deuotissime seruiui. Erat mihi tua societas suauis: tua allocutio iocundabilis. Ecce per te oēs saluati sumus: ⁊ per te deū hoiem habem9. Ergo tu mater cū tuo Jesu nunc iocūdare: ⁊ mihi tuo in terris sponso tuā bñdictionē ꝓbeto: ⁊ tue gl'ie participē facito. O quis sufficiat. O quis valeat tāta gaudia enarrare.

¶ Undecimo susceperunt beatā vginem scti noui testamēti. martyres: cōfessores: virgines: ⁊ oēs electi: q; oēs vna voce dicebant/eā laudātes de oi virtute/atq; gl'ie/summe pfectissima possessione. Tu gl'ia nostra: tu honorificētia ppli tui israel: tu leticia gentis nostre. benedicta fis martyrum regina: virginū corona: cōfessoz stella: ⁊ oim electoz ac beatoz gl'ia. tu oibus virtutib9 adornata: oibus meritis ditata: omniūq; pmys felicitata: p te habem9 oē bonū qd habem9/gratuite p te nobis donatū. Ergo p te ⁊ex te/in te tuo filio Jesu xpo laus et gloria.

¶ Duodecimo/⁊ postremo susceperit beatam virginē sanctissima Trinitas. pater/et filius: et spiritussanct9: in iubilo collocantes in regali solio: ⁊ glorificātes: inuitando dulcissime cōsolando sue diuinitatis visione intima. Pater (vt pie contemplari possum) dicebat talia. Aue mea dilectissima filia ante mundi constitutionē preelecta vt fis mihi sponsa ⁊ totius mundi regina. Agnosce me filia predilecta q; ego tibi per angelum salutationem misi: et vt filiū meum in vterum susciperes et pareres virgo mādaui: vt per carnem ex te sumptam patiendo mortem genus humanum liberarek volui. Veni ergo spōsa mea: et accipe coronā regni/et ponā in te thronū meū. i. gloie sine fine. Itē fili9 dei dñs Jesus quāta dulcedine: quāta iocūditate ipsam predulcē genitricē suā amplexabaf di. Veni mater mea vgo pura/dulcis ⁊ amāda in tui filij gloriosa: nūc habitacula. Nā tu mihi sctissimo tuo vginali in vtero dulcē māsionē tribuisti cū me cōcepisti ⁊ me humana carne induisti deum tuū ⁊ oim: vgineis vberib9 me lactasti: et amore materno decēter educasti: sz et oīs mee pegrinatiōis comes extitisti: ⁊ i passione mecū cōpassa sustinuisti. Ergo nūc vide tuū natū me dei filiū humanatū: cerne q; ⁊ ego tibi disposui sicut ⁊ tu dignissima meruisti supoēs choros angelorū/ac sanctoz thronū glorie preparatū vt fruaris et regnes vna mecū/omni bono celestium deliciarū ⁊ gaudioz. Et volo vt sicut me regem omniū adoraz ⁊ laudat cunctus cetus electoz: sic et te reginā cūctoz creatorum laudet et veneretur per yperdulie cultum omnis ecclesia sanctorum i secula seculoz. Deniq; spiritussanct9 cōmendauit eam dicendo. Salue inquit benedicta mater xpi pelecta q; soluisti mūdi delicta. Tu es illa sup quaz ego requieui: septiformi gratia te replenī: in te superueni et locum filio dei preparaui: ac de portione sanguinis tui puri corpus xpi sanctissimum formaui: oibus virtutibus/donis ⁊ gratijs/te decorani/⁊ vt digna fores spōsa dei atq; mater filij dei in benedictionibus dulcedinis te preueni. Unde digne meruisti vt oēs te adorent electi ⁊ p te saluenf saluādi cuncti. Nunc igif iocundare: ⁊ in sancta trinitate deum vnum contemplare: et nobiscum simul gaude felix sine fine. Tūc vtiq; ait Maria iurta illud Judith. xij. ca. scriptum in figura. Nunc iniquit magnificata est aia mea pre oīb9 dieb9 vite mee. Magnificat ergo anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus/in deo salutari meo. ⁊c. Sic ergo patet q; iocunde tota Trinitas susceperit beatam virginem Mariā: et locauit super omnē hierarchiam angelicā in thronū dignissimum glorie/coronatā/omni premio celestis patrie. O deus meus quanta ibi letitia angeloz: quanta iocunditas sanctorū videntiz facie ad faciem ipsum deum/et dñm Jesum christū ingenti maiestate gloriosum. O q; dulce/q; gaudiosum videre ibi dei matrem gloriosissimam et cum ea possidere gloriam sempiternam cum omnibus sanctis depromere laudem diuinam ad Marie gloriam. O quanta sunt bodie celebriata in celo gaudia. Exulte-

mus ergo etiam nos cum celicolis ⁊ creaturis vniuersis prout possumus. et talem ac tantam virginem matrē ⁊ pissimam pro nostro modulo laudare studeamus. Ad quod nos hortatur hiero. di. Hodie gloriosa semper virgo Maria celos ascēdit. rogo gaudete. quia ineffabiliter sublimata cum christo regnat ineternū. Regina mūdi hodie de terris ⁊ de presenti seculo nequā eripitur. Iterum dico gaudete. quia secura de sua immarcessibili gloria ad celi iam peruenit palatium. Exultate inq̄ ac gaudete ⁊ letetur omnis orbis: quia nobis hodie omnibus / interuenientibus eius meritis salus aucta est. Uobis quoq̄ diligentibus eam honor et virtus amplioriq̄ prestatur et gratia. Idcirco dilectissimi letamini et exultate: q̄ si deum ore prophetico in sanctis ei⁹ laudare iubemur: multomagis eū in hac celebritate beate virginis matris eius oportet cum hymnis ⁊ canticis diligentius extollere / et dignis deo iubilare peonijs: ac mysticis honorare muneribꝰ. Nulli enim dubium est quin totum ad gloriam laudis eius pertineat quicquid digne genitrici sue impensum fuerit ac solenniter exhibitum. Preterea horto⁹ vos et commoneo in hac sacra solēnitate genitricis dei Marie nolite cessare a laudibꝰ. Hec ille. Digitur deuoti christiani omnes in terra genibus flexis laudemus et glorificemus Mariam in celum gloriose assumptam: et ad dexteram filij collocatam: deprecando illam vt dignetur nobis miseris peccatoribus in hac valle miserie existentibus impetrare gratiam in presenti: et tandem gloriam in futuro per omnia secula seculorum.

AMEN.

¶ Sermo. xlij. De magnifica exaltatiōe marie super omnes angelos et sanctos.

¶ Thema.

Exaltata ē magnificentia tua super celos deus. habentur hec verba ps. viij. Uel istud. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. ps. xliij.

¶ Prologus.

Dauid sctissim⁹ et prophetarum eximius / spiritusancto afflatus: in predictis verbis magnificā beate virginis⁹ marie exaltationē insinuauit cum dixit. Exaltata est magnificētia tua super celos de⁹. Mirum magnificentia dei dicta est maria: merito et digne. quia magnificentia vestatur et est proprie circa facta magna. vt dicitur. iij. Ethic. et nomen magnificētie hoc ostendit. Sed quoniā deus omnipotens per virginē et in ipsa virgine fecit maxima facta pre omnibus factis ⁊ operibus que fecerat in mūdo toto et facturus erat. tum ex parte dei ipsius tum ex parte virginis matris eius. tum quoq̄ ex parte mundi totius. Nā ex parte dei loquendo: nil maius fieri poterat q̄ q̄ deus esset homo: qui erat impassibilis / immortalis / incomprehensibilis et eternus in ꝓpria sua natura: fieret in natura ex virgine assumpta passibilis / mortalis / tēporalis: et quē celi capere non poterant in vtero virginali vnius puelle caperetur. Item ex parte virginis matris dicente Anselꝰ. de conceptu virginali. Nil Marie excellētius dari potuit q̄ q̄ virgo manens: deum de sua carne / carnem factum generaret ⁊ mater filij dei fieret. Denicq̄ ex parte mūdi totiꝰ q̄d maiꝰ facere deo erat / q̄ ipsaz cōstituere dñam vniuersoꝝ quoꝝ ipe deus est dñs vt ipsam exaltaret super omnia creata et esset regina mūdi / ⁊ dña angeloꝝ / ⁊ hoim ac creaturarū oim celestium / ⁊ terrestriū: vt dicere posset illud Matth xxviij. c. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. ⁊c. Cū ergo ait prophēta. Exaltata est magnificētia tua deus. idest exaltata est Maria que (vt probatum est merito de magnificētia dei) super celos. i. sup oēm creaturā celestē: etiā angelicā: quia super omnes altioris glorie corona est ipa dignificata tanq̄ mater dei ꝑelecta meritis ⁊ p̄mūs ꝓeditata. Unde optime pōt ipsa dicere illud Eccli. xxiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. q̄ pōt ee aliud thema pro isto sermone. Etem in partibus iudee est quidā mons qui vocat libanus in quo olim reperiebant (nescio si nūc reperiuntur) arbores cedri dicte q̄ sūt altissime super oēs alias arbores. Libanus autez ſm hieron⁹. in interptationibus terminoꝝ biblie interprat albus ⁊ cādidus vel candidatio. Et ideo designat statū glorie celestis vbi est pfecte cādidatio seu albedo innocētie ⁊ puritatis. Unde ioh. Apoc. vij. vidit illos celestes eiues amictos stolis albis. In hoc ergo mōte libano. id est celestis glorie btā virgo est super oēs exaltata quasi cedrus altissima: q̄ xp̄o proxima et resedit in regni solio sublimata post xp̄m gloriosa. Hoc igitur Dauid in spū ꝓuidēs dixit. Eleuata est magnificātia tua sup celos deus. De hac itaq̄ magnifica exaltatione btē virginis Marie acturi: vt etiā q̄ nunc dicta sunt deuotis fidelibus clarius innotescant. talē pro exordio nostri ſmonis questionē mouebim⁹ ac declarabim⁹

¶ Utrum scz beata virgo maria sit in celo exaltata ⁊ sublimata super oēs celestes ordines. hoc est super oēs angelos seu choros angelorum ⁊ sup oēs sanctos ⁊ sanctas?

Ad questionem hāc respondeo q̄ sic. Et probat multiplici ratione.

¶ Primo ratione puritatis.
¶ Secundo ratione humilitatis.
¶ Tertio ratione gratiositatis.
¶ Quarto ratione meritationis.
¶ Quinto ratione charitatis.
¶ Sexto ratione passibilitatis.
¶ Septimo ratione dignitatis.

¶ Primo rōne puritatis. Sicut em grauia naturaliter tendūt deorsuz: ita leuia sursū. iij. de celo ⁊ mūdo. ⁊ quāto aliquid est leuius tāto magis ascendit donec ad terminū sue speriē sue nature pfectā attingit. Creatura aūt rōnalis ſm spm tāto ē leuior q̄to est purior a petō. vñ petm appellat aplus pōdus hebre. xij. di. Deponētes oē pondus ⁊ circumstās nos petm. Cuius graue dinē senserat. ps. xxxvij. cū dicebat. Quoniq̄tates mee supgresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue / grauate sunt sup me. Nulla aūt pura creatura fuit btā virgine purior: vt iam probatū est in ſmone de eius puritate. Ergo nulla leuior. Sup oēs igit ascēdit rōne puritatis: ⁊ sic cōstat q̄ est exaltata sup oēs puras creaturas. Unde dicit Anselꝰ. i quodā ſmōe. Sicut nulla pōt sub deo maior puritas vginis puritate intelligi. sic sub deo locꝰ sibi ꝓpinquior intelligi nō debet illo ad quē vgo est assumpta. ⁊ ideo Bern⁹. super. ps. inq̄t. O vgo virgo sublimis q̄ in sublime vertice sanctā erigis. vsq̄ ad sedentem in throno: ⁊ vsq̄ ad dñm maiestatis. Et hiero. in quodā sermone ait. Si in domo patris mansiones multe sunt. credim⁹ splēdidiorē matri filium prestitisse: quaz olim edificauit sibi domum subnixam colūnis septem. idest. septem spiritussancti donis.

¶ Item Sapientie. vij. c. dicitur. Incorruptio facit proximum deo. Ergo maior et maxima incorruptio facit magis et maxime proximum deo. Unde Math. v. ca. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Igitur magis et maxime mundi / et puri: magis et maxime deum videbunt: in qua dei visione essentialis gloria consistit. Sed beatissima virgo fuit maxime munda plus q̄ aliqua alia pura creatura. Ergo magis videt deum. hoc est habet maiorem beatitudinez ceteris. Et sic constat ipsam esse exaltatam super omnes āgelos ⁊ sanctos: quia dicere beataz virginem esse exaltatam super choros angelorum et super omnes sanctos et sanctas: nil aliud est intelligi q̄ q̄ ipsa habeat maiorem gloriam seu beatitudinē omnibus angelis et sanctis. Unde patet ratione puritatis beatissimam virginem esse exaltatam super oēs ordines celestes.

¶ Secundo idē probat rōne hūilitat[is]. Scia est saluatoris nri mat. xxiij. ⁊ Luc. xxviij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis qui se humiliat exaltabit. Ex quo habetur q̄ quicunq; seipsum magis humiliat magis exaltabit: ⁊ qui maxime se humiliat summe exaltabitur. iuxta illud thopicū. ē. Thopic. Sicut simpliciter ad simpliciter: sic magis ad magis: ⁊ maximum ad maximū. Hinc quia xp̄s humiliauit se ipsum vsq; ad mortem crucis: propterea exaltauit deus illū ⁊ dedit illi nomē quod est super omne nomē vt in nōie iesu omne genu flectatur ⁊c. Phil. ij. De hoc etiam habetur Prouerb. xxv. vbi dicit. Gloriaz precedit humilitas. Cū ergo aliqua pura creatura nō reperiatur ipsa beata virgine humilior. cōueniens est vt etiam nulla sit in gloria altior ⁊ sublimior. vt sicut aqua quāto magis descendit: tanto altius ascēdit. ita ⁊ ipsa humillima virgo quanto in inferiori abysso humilitatis descendit: tāto i sublimiori glorie loco sit elenata. De cuius pfundissima humilitate loquens Bern. sup missus est: inquit. Que est hec humilitas taz sublimis que cedere nescit honoribus insolescere gloria nescit? mater dei eligitur ⁊ ancillam se nominat.

¶ Tertio rōne gratiositatis. Gratie enim debetur gloria iuxta illud ps. lxxxiij. Gratiā ⁊ gloriam dabit dns. Maiori autē gratie/maiori debetur gloria: ⁊ maxime maxima. Sz beata virgo sup oēs creaturas puras fuit gratia plena. iuxta illō hieronymi ad Eusto. Ceteris per partes gratia prestatur: marie vero tota se infudit gratie plenitudo. Ergo illi debetur summus glorie locus Vñ Bernar. in sermone de assumptione marie ait. Quantū plus gratie adepta est in terris pre ceteris tantū ⁊ in celis obtinet glorie singularis. Et sic constat rōne gratiositatis beatissimam virginē esse exaltatam super omnes angelos et sanctos

¶ Quarto ratiōe meritationis. Ut enim dicitur. j. ad Cor. iij. Unusquisq; propriā mercedem recipiet sm̄ propriū laborē. Secūdum ergo meritum hic habitū habebitur locus in p̄mio. Sed ipsa benedicta virgo plus meruit sola in oibus suis actibus et motibus: q̄ omnis creatura angelica vel humana: quod probatur.

¶ Et primo q̄ ipsa meruerit in quolibet motu liberi arbitrij ad agendū vel patiēdū/quo mereri ꝓtingit: pbak sic. Rā inq̄t apls ad Col. iij. Omne quodcūq; facit⁹ in vbo vel ope. In nōie dñi nr̄i Jesu x̄pi facite. ⁊. j. ad Cor. x. c. Sive māducet⁹ inq̄t/sive bibatis/vel aliq̄d aliud faciatis: oia in gl'iaz dei facite. Modo aut aliq̄s ipleat hoc/aut null⁹? Si null⁹ ergo frustra p̄cipit vel cōsulit/vel monet. Si aliq̄s ergo btissima vgo ipleuit sup oēs: et p ꝓsequēs q̄cq̄d fecit merebak: q̄ oia fecit in nōie Jesu vel in laudē ⁊ gl'iaz dei. Et sic in quolibet motu liberi arbitrij ad agendū/vel patiēdum quo mereri contingit merebak. Sed nō motib⁹ naturalib⁹ inq̄tum naturalib⁹ sz rationalib⁹ gr̄a informatis. Unde motibus liberi arbitrij gratuitis merebak. vbi etiā liberū arbitriū et gr̄a operabank. sed libex arbitriū vt inuentū: gr̄a vt sessor: sm̄ Anselm. qñ gr̄a sup liberū arbitriū volūtatis ipsum dirigēdo ad viam salutis tanq̄ sessor inuenti in itinere p̄ficit iter ducendo ad terminū optatū. iuxta illud apli. j. ad Cor. xv. di. Nō aūt ego: sz gr̄a dei mecū.

¶ Secūdo q̄ ipsa benedicta virgo transcenderit in meritis oēs puras creaturas: probak sic. Diuina gratia siue charitas ē principiū merēdi: sed beata virgo pre oibus fuit plena gratia diuina et charitate a primo instanti quo habuit vsum liberi arbitrij. Ergo a illo instanti cepit p̄ oib⁹ mereri. Et cū dicat Aug. ad Bonifacium q̄ gratia merek augeri vt aucta mereatur perfici. Ergo crescente gr̄a in maria: crescebat rō merēdi et meritum. Rā ipsa in p portionabiliter promeruit vnico cōsensu suo/in filij cōceptione cū ait. Ecce ancilla dñi ⁊c. Et patet q̄ oēs alij nō potuerūt amplius promereri nisi sm̄ diuersos status et gradꝰ glorie felicitatis eterne. Hec aūt virgo in illo glorioso cōsensu q̄ filiū dei cōcepit: promeruit mox totius mundi dominiū sup oēs creaturas: sceptruz regni: plenitudinē oīm gratiaz/et virtutū/⁊ donoz/omniū q̄q; beatitudinū. oīm fructū spiritus: omniū scientiaz et prophetiarū Meruit insup fecunditatē: in vginitate maternitatē filij dei: et q̄ sit porta celi: et regina diuie mie. Ergo concludik ex quo

ipsa pl⁹ meruit q̄ oēs angeli/sancti ⁊ sancte dei q̄ ipa sit exaltata ⁊ sublimata rōne meritationis sup oēs choros angelorum et super omnes sanctos.

¶ Quinto hec veritas pbatur ratione charitatis. Charitas em̄ est mensura sm̄ quaz mensurank premia. vt quāto plus charitatis quis habuerit: tāto etiā plus glorie accipiat: ⁊ i celis sublimior fiat. Quia ergo btā virgo sup oēs creaturas exarsit charitate ⁊ maiorē habuit oīs pure creature: q̄ nō tm̄ amauit x̄pm̄ vt deū: sed etiā vt filiū proprīū. Ideo sup oēs creaturas quas superauit charitate debuit exaltari in celesti retributione. De ipa em̄ inq̄t hieronymus ad Eusto. Totā eā incandauerat diuinus amoꝛ ⁊ ardoꝛ cōtinuꝰ perfusi amoris. Cuz igit charitas et amoꝛ sit spūalis ignis. de quo habek Luc. xij. et ignis naturalr ascēdat. sequit q̄ ipa virgo benedicta q̄ super oēs igne diuini amoris plena fuit: ad altitudinē glorie sup omnes ascendit.

¶ Sexto hoc idem pbak rōne passibilitatis Ait em̄ apls. ē. ad Cor. j. Sicut socij passionuz estis: ita ⁊ cōsolationis eritis. Uñ q̄to plura quis tormenta tolerauerit pro x̄po: tanto glorioſioꝛ erit in celo. Et ideo dicebat beatus Andreas. Tāto meo regi ero acceptioꝛ: quāto pro eius amoꝛe fuero⁹ permanens in tormentis cōfessoꝛ. Et ꝓpter hoc petentib⁹ apls Johāne ⁊ iacobo glie celsitudinē. Respōdit dns Mat. xx. Potest⁹ bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicunt etiā doctores. in. iij. dist. xlix. q̄ martyribus ꝓpter passiones toleratas dak aureola. Sed btissima vgo plus est passa q̄ aliquis martyꝝ: iuxta illō. Luc. ē. Et tuā ipsius animā ptransibit gladius. vñ dicit hiero. q̄ tant⁹ fuit doloꝛ ipsius virginis q̄ licz nō fuerit mortua: tñ fuit plus q̄ martyꝛ: vt etiā ꝓbabitur in sequēti sermone. Ergo sup oēs alios est in celesti curia laureata ⁊ glorificata.

¶ Septimo gloriosam virginē Mariā eē exaltatā super oēs choros angeloꝛ/⁊ sup oēs sanctos ⁊ sanctas. pbak rōne dignitatis sic. Uidem⁹ esse q̄ deus cuilibet rei deputauit locum sm̄ suam dignitatē. Terra em̄ quasi fex omniū in ī simis iacet. Super eā est aqua tanq̄ dignioꝛ: deinde aer. Postmodū ignis post quē spera lune. ⁊ sic de alijs celis. quoꝝ quilibet tanto in maiori altitudine cōsistit quāto maioꝛi nobilitate ⁊ dignitate inferioꝛa precellit. Similiter in locis collocari solēt hoies sm̄ eoꝝ dignitatē. Uñ parabolice loquēs dns ait. Luc. xiiij. Cū inuitatus fueris ad nuptias nō discūbas in primo loco ne forte honoꝛatioꝛ te sit inuitatus: ⁊ veniens qui te ⁊ illū inuitauit dicat tibi. Da huic locū ⁊c. Cū ergo vgo bñdicta post deū sit dignissima et sup oēm purā creaturā excellentissima eo q̄ est mater dei. Patet q̄ decet eā locuz habere suprēmū inter oēs creaturas ⁊ deū. Hinc Aug. in sermone de assumptiōe virginis ait. Tibi o dña thronus glie regis debetur. te ipse rex glie vt matrē verā ⁊ decoram spōsam ⁊ pre oibus diligēs amplexu associauit sibi. Gaude igit ⁊ letare fine fine. hec ille. Ex gratuita ergo lege aperte constat q̄ mater regis oīm et summi dei/qui est creatoꝛ cunctorum sit in sede regia super omnes ordines ministroꝛum ⁊ militum. i. angeloꝝ ⁊ sanctoꝛum agminū collocanda per se implens et cōtinēs vnū integrū ac totalē statū cui sm̄ rectā rōnem altera ꝑsona cōgrue nō pōt addi. Rā ipse status maternitatis diuine ex sui rōne ꝓpter dignitatē incōmunicabilē exigit vnitatē. Sicut em̄ nullaten⁹ decet esse plures x̄pos: nec deū pluries humanari: sic nullo modo decet dei filiū nisi vnā matrē habere. Uñ q̄ btā virgo est electa in matrē dei que dignitas transcendit (sicut dictū est) omnē dignitatē ministroꝝ ⁊ famuloꝝ: q̄ materni amoris eius affectus quo ferk in deum vt in suū filiū realē a nullo alio participari pōt. Idcirco prout dī Heb. j. ca. Sicut filius dei iesus sedet ad dexterā maiestatis in excelsis: tanto melioꝛ angelis effectus quanto differētius nomē pre illis hereditauit. sic ⁊ mater dñi iesu btā Maria tanto melioꝛ angelis est effecta quanto pre oibus creaturis hereditauit dignissimum matris nomē. Unde in celesti gloria omnibus preferri debuit sanctis ⁊ omnibus ordinibus angelorum etiam sum-

vel diuisim sumptis.

¶ Sed oritur dubiū. Quomodo tā numerosa multitudo btōz am minus de beatitudine habeat simal vel diuisim q̄ hec vna virgo? Pro maiori declaratione huius dubū notandū et aduertandū est q̄ in btitudine duo cōsideranda sunt. Primo beatitudinis obiectū. i. increatū bonū. qđ existēs vnū et idē ab oibus participatur. Secundo cōsideranda est ipsa dispositio beatorum per quā illud bonū clare videndo et perfecte diligendo participant ipsuz. Ex parte igit obiecti participati nullus alio beatior est: quia idē est obiectū qđ participātoes. Sed ex parte dispositionis beatorū vnus altero beatior est: q̄ vnus altero deū clarius videt et pfectius amat. Hoc p̄misso respōdeo ad dubiū et dico q̄ hec multitudo numerositatis nil facit ad rem maioritatis glorie essentialis vel substātialis q̄ in spūalibus illud est maius qđ melius reputat. Uñ plus de substātiali gloria est in vnico seraph q̄ sit in oibus inferiorib9 ordinibus angelox: etiā si per impossibile multiplicarenk in infinitū. sicut exēpli gra Quicqđ possunt inferiores ordines ecclesiastici: pōt etiā sacerdotalis gradus: et incōparabiliter plus sicut epūs sup sacerdotes: et papa sup cōos. Nec quātūcunq̄ multi inferiores possunt qđ pōt sacerdos. Sic et in gradibus glorie infinita dei sapientia ordinauit. Mā fm aplm ad Ro.j. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciuntur. Uñ cum gloria matris dei superat omnē creaturaruz inferiox ordinē sequitur q̄ pponderat oibus simul. q̄ (teste Dionysio) superiores ordines pcellentius habēt oim dona ordinum inferiox in celestib9 hierarchiis et ordinibus. Ex oibus ergo p̄missis patet beatissimā dei matrē mariam super oēs celestes ordines hoc est super omnes angelos et sctōs esse exaltatā et sublimatā. Uñ canit ecclia in officio eius assumptionis. Exaltata est sctā dei genitrix sup choros angelorū ad celestia regna. Et Bern. etiā inquit. Sancti collocanē in celo inter angelorum hierarchias fm merita sua. Alīq̄s em collocatur inter angelos. Alīs vero inter archangelos quia magis meruit. Alīs autem altius q̄ plus meruit. Tu vero mater dei dignissima vbi collocata es. An in prima hirarchia vel in scda vel in tertia. Certe nō sed altīs. Data est em tibi sedes altissima ppe filiū tuū dulcissimū. hec ille

¶ Nunc o deuota aīa erige mentem tuā ad contēplandam magnificam exaltationē Marie: vt illa intellecta/possis et tu cordis affectu desiderare exaltari ad illam celestē patriam ad quā nō peruenik sine observatione mādatox dei. Uñ illius desiderio valeas ipsa dei precepta obseruare. Possumus ergo deuote meditari q̄ cū Maria virgo benedicta in die sue assumptionis gloriose in aīa et corpore celum aereū et deinde celum ethereū gaudens transuolasset: celeriter ad sydereū celū ferebat vbi p gloriā eius obscurari lux solis lune et stellax videbak pre cūctisq̄ radians cū cerneret q̄ magni sol et luna: q̄ magne stelle forent a deo create que tamen hic nobis parua cernuntur: cum tamen (vt dicunt philosophi) minima stella maior est terra Deinde celū crystallinum pertransiens: penetrasset celum empyreum vbi beatorum est mansio: vidisset quoq̄ eius amenitatem et pulchritudinem cepit psallere et forte dicere illud Psalm. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit anima in atria tua. Uere melior est dies vna in atrīs tuis super mlia. Tunc predilect9 eius filius ait ad eaz. Ecce genitrix dulcissima vide beatitudinez celox et pulchritudinem mansionum celestiuz quas ego preparaui electis meis habitandas. Ecce celum empyreum q̄ pulchrum q̄ amenum super omnia inferiora in quo perpetua erit tua et beatorum habitatio vna mecuz conregnatio. Hec omnia manus mea cōdidit ad deitatis gloriam et laudem sempiternam. Tunc ait Maria. Uere fateor quia magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione vniuerse terre mōs syō latera aquilōis ciuitas regis magni. Tandē cū peruenisset ad chorū infinitum btōz in celo empyreo vbi est chorus puerorū baptizatox et cōium sanctox. Illicam cōmēdare ceperūt et dicere. Teo dña mundi q̄ excedis omniū merita decet et diguum est ascendere superi9 qi nos in meritis paucis vel nullis ppriis saluati sumus in choro bocinfimo ordinati. Ascende igitur alti9/relinque nobis bñdictionē tuaz.

¶ Post hec scdo ad chorū virginū veniēdo ille etiā cōmendauerūt eā di. O dña et magistra nostra iz sim9 ygines: tñ aliquo modo pdidimus puritatē nr̄am saltē per peccatū veniale. Tu aūt nunq̄ in aliquo amisisti puritatez: sz et puritas tua nullo vnq̄ vel minimo potō fuit incisa vl oepta nata. Quapropter nobiscū remanere nō debes: sed altius ascēdere: relinque nobis tū maternā benedictionē. ¶ Insup veniēdo ad chorū confessorū et illi dixerunt. O gloriosa dña tu merito debes exaltari super oēs cōfessores: qi ardentiori et maiori charitate cōfessa es deū. Nos vero aliqñ ipsū offendim9. et in nobis aliqñ fuit diminutus feruor charitat̄ per pctm veniale: in te autem nūq̄. ¶ Postea vero veniēs btā virgo ad chorū martyx: illi ceperūt dicere. Nos o dña nostra fuimus martyres. tu aūt plusq̄ martyr per passionē filij tui: in qua tuā ipsius aīam ptransiuit gladius Dñi em latus filij tui lancea pforauit aia eius i suo corpore nō erat. aia vero tua in tuo corpe erat quā ipsa lācea pforabat. qi ergo anima est dignior corpore. ideo martyriū aie qđ est digni9 martyrio corpis meretur alti9 exaltari. Ergo dignū est te ascendere et nobis bñdictionē tuā impartiri.

¶ Quinto ascendens maria ad chorū sue ad māsiones aplox in quib9 iz aplī tūc nō essent: tū si ibi fuissent cōmēdassent eā et laudassent di. O magistra nr̄a tibi ꝓuenit altius ascendere ppe magistrū nostrū xp̄m et filiū tuū dulcissimū: qi decet matrē esse prope filiū. ¶ Sexto veniēdo ad chorum prophetax illi sancti pphete dixerūt beate virgini. Merito o mater redēptoris nostri sicut superasti nos in spiritu pphetie: (quia aliqui ex nobis prophetauerūt de preteritis. aliqui vero de presentibus occultis vel longinquis. Alīq̄ aut et communiter omnes de futuris. Tu autem prophetasti de preteritis/presentibus et futuris. Sicut ostenditur in tuo mirabili cantico in quo non solum preterita/et presentia occulta nūciauit: sed etiam futura excellentissime prenunciauit. Ideo glosa super illud Esa. viij. ca. Accessi ad prophetissam: ait. s. virginem Mariā. Sic dignū est et rationabile vt superexalteris. Ascende igitur altius et relinque nobis benedictionem tuam sanctissimam.

¶ Septimo. perueniens beata virgo ad chorum patriarcharum illi dixerunt ei. Tu es filia nostra o ygo bñdicta qia nobis descendisti. Sed qñ nos saluandorū numerū carnaliter tantum aucimus ex filiorum nostrorū propagatione. Tu autez quasi vitis fructificasti suauitatem odoris. Illum em fructum protulisti sine quo nullus potest saluari. et qui orbem vniuersum salutari odore replcuit. Nostre autem generationes et nostre nuptie repleuerūt terrā. Tua vero ygnitas replet paradisum. Ideo debes in altiori loco sublimari/et maioris ac dignioris fructus mercedē excellētiorē et copiosiorē reportare.

¶ Possum9 quoq̄ deuote meditari q̄ ipsa benignissima virgo visitauit oēs beatorum spirituum ordines: et ab illis cōmēdata et laudata/eos transcendit.

¶ Primo ad chorū angelorū veniendo illi cōmendauerunt eam. di. O regina angelorū: merito super nos exaltaris. qi eus nos p̄sideam9 singulis hoib9 custodiēdo: tu es oim vniuersalis ptectrix et dña. Ascende igit et relinq̄ nobis benedictionē.

¶ Scdo ad chox archāgelox veniēs illi dixerūt ei. O felix maria nos qđē habem9 nūciare mūdo maiora: tu vo edidisti mūdo oiz maximū. s. filiū dei. merito ergo exaltaris. et ascendendo relique nos in tua benedictione.

¶ Tertio pterea ad vtutū chox veniēdo cōmēdauerūt ipi eā di. Rām ē facere miracula. Sz tu ygo summo et idicibili miraculo deū in tuo vtero cōclusisti et carnem induisti. Ergo dignū est te ascendere et nobis benedictionē tuaz impartire.

¶ Quarto potestatuz ad chorum veniẽdo cõmendauerũt ipsi eã di. O benedicta femina nostrũ est potestates demonũ coercere: sed tu caput serpẽtis cõtriuisti. digne ergo ascendis: ꝛ nos benedic.

¶ Quinto principatum veniendo in ordine cõmẽdauerũt. di. O imperatrix oim nos pricipamur angelis. tu vo oiboꝫ creaturis. Justũ est ergo te ascẽdere: et nos benedicere dignare.

¶ Sexto dñationes eam cõmendauerũt di. O inclita/nostrum est. principatibus preesse. tu vero vt mater ius habes etiã de filio tuo precipiendi. Ergo ascendis merito. et nos benedictione tua participes facito.

¶ Septimo perueniẽdo ad chorũ thronorum qui cõmendauerũt eam/di O vere iocunditas electoꝫ/digna es exaltari sup nos. Nam in nobis deus requiescendo iudicia decernit/in te dei filius carnẽ assumẽdo in qua iudicaturꝰ est vivos et mortuos requieuit: ergo ascendendo nobis benedic.

¶ Octauo ad chorũ cherubin aduenieñdo/et ipsi cõmendauerũt di. O divine sapientie vas admirabile: nos divina sapiẽtia iocundamur: tu mater es et genitrix sapiẽtie dei. i. dñi Jesu: ergo dignum est. te super nos ascendere/nosq; in tua benedictione relinque.

¶ Nono ad chorũ seraphin veniendo cõmendauerũt eam di. O mater pulchre dilectionis: nos ardemur charitate dei. tu in summa plenitudine charitatꝭ deũ tanq; filiũ pre oibus dilexisti: dignũ est te sup nos ad thronũ tibi preparatũ ascendere/et nobis benedictionem tuã infunde. At beata dei mater gfas ꝛ laudes agens deo ait benedictus dñs deus israel qui facit mirabilia magna solus/et benedictũ nomen maiestatis eius. Et iterum omniꝫ chorꝰ benedicẽs ait. Benedicti vos a domino/qui fecit celum ꝛ terrã.

¶ Postremo beatissima virgo in thronũ glorie fuit inthronisata a sanctissima trinitate. Uñ nota o alia cõtẽplatiua q; dñ solennitate et tanta gaudiositate beatissima dei mater fuisset vt predictũ est deducta ꝛ exaltata super omnes ordines. tunc dñs Jesus cum summo honore ipsam ad sui dextrã in throno glorie sue collocauit. Unde augustinus. tibi inquit dña digne thronus regis glorie debetur. te ipse rex glorie vt matrẽ verã et decoratã spõsam preoibus diligẽs amoris amplexu sibi sociauit. Gaude igif et letare sine fine. Ex qua auctoritate claret q; si debetur sibi thronꝰ regis glorie/ergo idẽ est thronus suus et regis. Item si mater regis et sponsa/ergo iuxta regem. fm illud. iij. Regũ. ij. Positus est thronus matris regis que sedit ad dexterã eius. ꝛc. Tunc deus pater benedicens eam ait. Benedicta tu in mulieribꝰ sicut annũciaui tibi per angelum. Benedixi tibi et eris benedicta in eternũ. Esa. xxvij. Benedicẽsq; benedicã tibi ꝛ exaltabo nomẽ tuũ in seculum: en super omnia creata te dñam constituo. Et iuxta illud Genes. xlj. c. Tu eris super domum meã: et ad tui oris imperiũ omnis obedict populus. Et nicũq; volueris regnũ trade qui tibi fideliter seruiunt: salua quos tibi placuerit. Tu regina angelorũ. Tu dña mundi/regna et gaude in gloria mea per secula. Ecce ergo tibi donatum est vt sicut in terris requieuit in te omnis gratie plenitudine sic nunc in celis inhabitẽ te omni plenitudine glorie. Tu itaq; mater gratie Tu mater misericordie. Tu mater venie te implenit deus omnium bonorum plenitudine vt si quid spei/si quid gratie/si quid salutis mundo processerit/noverit redundari ex te/vt etiam ait Bernardus. Vere tota es pulchra amica dei/et macula non est in te. Nunc igitur iocundare et deum vnum in sancta trinitate contemplare regnans cum dulci filio tuo sine fine. Sicq; virgo beata in celum super omnes angelos seu choros angelorum ꝛ super omnes sanctos gaudiose inthronizata laudatur ab omnibus sanctis et angelis: ꝛ benedicit deus in ipsa/ac per ipsam perenniter. Ascẽdat igitur fidelis anima in mẽtis speculam. et quantum potest videat in quanta sublimitate locata sit domina nostra. rogetq; illam cum Anselmo sic exaltatã dicẽdo. Cogita q̃s et recogita apud te pussima mater. Di nõ ad vãnã dũ sed saluandũ petõres cõditoꝛ nr. factꝰ est

homo ex te. Cur itaq; nõ inuabis nos peccatores q̃ in tãta celsitudinẽ es ppter nos elevata: vt te dñam habeat et venerek tota pariter creatura: an ideo vtrũ pereamꝰ amplius nõ curabis: qrquicquid de nobis miseris vltra eueniat: glorie tue nulla iactura inde pueniat. Et hoc quidẽ fortassis aliquo mõ bona dña posses sup tui solius exaltatiõe ꝛ vtilitate mater dei facta fuisses. sed vtiq; deus qui hominẽ assũpsit et tua castissima carne: hoc fecit pro tua ꝛ nostra cõi salute. Si ergo tu qui plena salute es potuta nõ intendis vt cadẽ salus p modulo nostro etiã ad nos vsq; pertingat Jã tuoꝝ sufficiẽs cõmodoꝝ nostroꝝ negligens esse videberis q̃ pro totius mundi saluatione meruisti fieri mater altissimi. O ergo devoti xpiani: vt gratiã p eius merita pmereamur: ac gloriã ipsaꝫ. laudemꝰ ꝛ supplicemꝰ ꝛ eiꝰ patrocinia flagitemus orantes sicut ꝛ eccl'ia solet eã invocare dicens. Salue regina misericordie vita dulcedo ꝛ spes nra salue. Ad te clamamꝰ exules filij eue. Ad te suspiramus gemẽtes et flẽtes in hac lachrymarũ valle. Eya ergo aduocata nra. illos tuos misericordes oculos ad nos cõverte. Et iesum bñdictũ fructũ vẽtris tui: nobis post hoc exiliũ ostẽde O clemens. O pia. O dulcis maria. Per tua sãctissima merita. fac nos dignos illa superna patria: in qua tu regnas gloriosa et super oẽs exaltata ac sublimata per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Sermo. xliij. De coronatione marie.

¶ Thema.

Appetuũ coronata triumphat. Scribũtur hec verba Sapiẽtie. iiij. capitulo.

¶ Probemium.

¶ Et nota q̃ hec salutatio et oratio Aue maria gratia plena dñs tecũ:be. tu in mu. et benedi. fru. ven. tui iesus. San. ma. oꝛ. pro nobis. Amen. est cõposita et prolata a trib9 dignissimis personis. Primo ab angelo ex parte dei/cuꝫ dixit. Aue gratia plena dñs. tecum benedicta tu in mulieribus Ecclesia vero apposuit hoc nomen Maria/certis ex causis. Primo quidem ratione inclinationis ꝛ recordationis. vt videlicet per/gratia plena: recolat virginis beate dignitatem:et per nomẽ Maria inclinet eam ad nostram necessitatem subleuandam. Maria enim stella maris interpretatur que videlicet stella in firmamento fixa naufragos dirigit ad portum optatum Ita cum dicitur hoc nomen Maria designatur q̃ beata virgo huius stelle proprietatem erga nos habet ꝛ habere debet scz q̃ in firmamento glorie celestis manẽs nos naufragos de statu miserie per plenitudinẽ sue gratie traducere habet ad portum salutis eterne. Secundo ratione excitande deuotionis:quia per hoc nomen excitatur deuotio orantium:et eam salutantiuꝫ. Tertio apposuit ecclesia ratione virtuositatis et fructificationis:quia hoc nomen Maria est maxime virtutis:et maximos fructus facit homini sepius inuocatum et nominatuꝫ. Si autem queras quare angelus hoc nomen Maria non apposuit? Rospondeo q̃ propter virginis Marie excellentiam. Nam excellentes personas cum salutamus:nomen proprium tacemus:et eorum excellentiam nominamꝰ di. Aue rex. salue pater. Excellentia autẽ virginis erat gratie plenitudo.et ideo dixit. Aue gratia plena. Ideo nõ apposuit: quia dignissime salutandam beatam virginem noue dignitatis nomine salutauit et nouum nomen ei attribuit: scz gratia plena:vt per nominis immutationem significaretur permutatio status virginis/et eminentia dignitatis. Nam in collatione magnarum dignitatum solet fieri mutatio nominuꝫ. vt patet in papa. Hinc est q̃ angelus beate virgini pro proprio nomine.s.maria/nomen nouum posuit ob specialem honoris exhibitionem ꝛ dignitatis significationem.scz gratia plena. Sancta autem Elizabeth adiunxit. Et benedict9 fructus ventris tui. Et ratio est.quia quãdo angelus salutauit beatã virginẽ/nõdũ cõceperat dei filiuꝫ. Et ideo non dixit Benedictus fructus ventris tui. Sed quando ipsa virgo salutauit Elizabeth habebat in vtero dei filium benedictum. Ecclesia addit postea nomen Jesus. Tum propter deuotionis excitationem:quoniaꝫ hoc nomen Jesus est mel in ore/tubilus in corde melos in aure. Tum propter salutis efficatiorem impetrationem: quoniam scriptũ est Johelis. ij. Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Tum propter beate virginis complacentiam et affectionem:quoniam ad hoc nomen Jesus maxime beata virgo super omnes afficitur deuotione amoris ꝛ sibi summe complacet hoc nomen sepius inuocare:in quo quidẽ nomine omnes sancti gaudent se esse saluatos. Nam teste Petro Actuũ. iiij. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat saluos fieri credẽtes. Sancta maria ora pro nobis.fuit additus et adiunctum a beato Gregorio papa ꝑm aliquos.quoniam fertur:q̃ cuꝫ pestis magna esset in vrbe romana:ipse cum populo faciens processionem audiuit vocem in aere dicentem. Sancta maria ora pro nobis. Et respondens Grego. cum populo clamauit etiam Sancta maria ora pro nobis. Et sic in posterum semper dictum est in hac salutatione ꝛ oratione. Sancta maria ora pro nobis. Amen.

¶ Tertio ostenditur dignitas huius salutationis Aue maria ꝛc.ex persone salutate dignitate.quia salutata est beatissima virgo maria super oẽs homines et angelos dignissima.

¶ Quarto excellit ista salutatio alias in contenti vel inclusi vniuersalitate. q̃ vniuersaliter omnes modos salutandi cõtinere ꝛ includere videtur implicite. Nã salutationes in scriptura quedã inueniuntur salutis optatiue.q̃. Regũ.xvj. Salue rex.

214

Quedã gfe desideratiue. Aplus in pluribus locis. Gfa vobis ꝛ pax a deo multiplicetur. Quedã gaudij. Thob. v. Gaudiũ tibi sit semper. Quedam benedictionis. Ruth.ij. Benedicat tibi dñs. Quedã pacis annũciatiue. vt Johã.xx. Pax vobis. Hec autem salutatio angeli ex omnib9 cõfecta videtur. Continet enim salutẽ cum ait. Aue. Item gratiã:cuꝫ dixit gratia plena. Gaudium ꝛ pacem. cum dixit. dñs tecum. Item benedictionẽ/cum ait:Benedicta tu in mulieribus. Unde claret istam salutationem fuisse ꝛ esse excellentissimaꝫ

¶ Sed posset aliquis forsitan obstare/di. q̃ salutatio hec angelica nõ sit omniuꝫ salutationum excellentissima : quia salutatio quã domin9 iesus tenuit ꝛ docuit fuit excellentior ista salutatione.s. pax vobis. Tum quia a dignior est prolata et edocta quia a xp̃o qui dignior est oibus angelis. Tum q̃ bonum quanto cõmunius tanto melius. vt aiunt phi. In hac autem salutatione ꝫ pax vobis.nõ solũ cõmunius bonum sed et iocundius bonũ annunciatur:puta pax facta per xp̃m inter deum ꝛ genus humanum. Nil autẽ hac pace iocũdius vt dicit Augu.ergo sequitur q̃ illa salutatio sit excellẽtior ista. Ad hoc respondeo q̃ illa salutatio que dicitur pax vobis nõ excedit istam dignitate vel auctoritate quia et ista est a deo missa et edocta per angelum: vt tactum est. Deniq̃ in ista salutatione etiam annunciatur pacis ꝛ omnis boni communicatio toti generi humano per conceptum beate virginis. Nisi dicas q̃ illa.s. pax vobis excedat istam in nuncij dignitate:quia illam deus per seipsum in xp̃o voluit annunciare. istam autem per angelum. Et ideo quantuꝫ ad hoc solum illa excellit istam. Ista autem excellit illã ex alijs premissis rationibus. Unde patet ex predictis q̃ dignissima ac excellentissima sit Aue maria.

¶ Secundo principaliter q̃ tum ad gratiositatem et cõmendationem: dico q̃ hec salutatio plurimum placet Marie. Unde dicitur q̃ tale gaudium habet quando dicitur Aue. ꝛc. quale habuit quando fuit ab angelo salutata. Cum enim eam audit valde gratiose recipit: quia in ea recitantur ser priuilegia que ipsa habuit. Primũ est quia in ipsa fuit speculum totius mundi iuxta illud Sapientie. vij. Candor est lucis eterne et speculum sine macula: et hoc notatur cum ei dicitur. Aue. id est sine vlue alicuius culpe. Secundum est q̃ ipsa est lucerna ciuitatis supne:quod notatur cum dicitur maria:que interpretatur etiã illuminatrix. Unde illud quod dicit de dño nostro Jesu christo. Apocal'.xxj.c. scz.lucerna eius est agnus:potest dici de ipsa beata virgine. Sicut enim in celesti palatio christus est sicut sol:ita beata virgo est sicut luna.ꝛ ideo Bernar. inquit. Marie ꝑsentia totus illuminatur orbis.adeo vt et ipsa superna ciuitas clarius rutilet virgine lampadis illustrata fulgoribus. Tertium est q̃ ipsa est aqueductus celestis gratie sicut habetur. Ecclíastí:xxiiij. ca. Quod notat cũ dicit gfa plena. Unde Bernar. hoc affirmans ait. Propterea generi humano fluẽta gratie defuerũt quia nondum interfesserat aqueductus. Quartum est q̃ ipsa fuit thalamus regis glorie in quo nouem mensibus requieuit ꝛ de quo processit tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo. Ps̃. xiij. Et hoc notatur cuꝫ ei dicitur dominus tecũ. Acsi diceretur. Gaude quia meruisti deum concipere:ꝛ sic tecum habere tam in mente q̃ in ventre. Unde Augustinus in quodam sermone. Dominus tecum.sed non sicut mecum. Tecum enim in mente:tecum in vẽtre tecum in vtero:tecum in auxilio. Quitum est q̃ ipsa est facta receptaculum benedictionis eterne.quod notatur cum dicitur. Benedicta tu in mulieribus. Eua etenim incurrit maledictionem. Ipsa vero attulit benedictionem. Unde Augustinus inquit. Maledictis eue in benedictionem mutatur Marie. Sextum est q̃ ipsa est mensa refectionis superne.quod notatur cum dicitur. Benedictus fructus ventris tui. Justum enim benedictuꝫ fructũ ventris sui dat nobis ad comedendum et bibẽdũ. Usi ait Caũ. v. Comedite et bibite amici et inebriamini. Charissimi. Dat etiam seipsam nobis ad manducandum per deuotionẽ. Unde inquit. Eccl'. xxiiij.

Qui me ędunt adhuc esurient. Et qui bibunt me adhuc sitient. Unde ꝓz ꝙ nulla salutatio marie virgini est gratior salutatione ista angelica.

¶ Hec etiam salutatio hz adhuc tres ꝺditiões q̄ multū redꝺunt ipsam ꝓmendabilē. Primo q̄ deo summe accepta. Secꝺo est angelis multū iocunda. Demonibus aūt plurimum tremebunda ꝛ odiosa.

¶ Primo q̄dem ꝙ sit deo accepta patet. Quia tantū placuit ei ista salutatio vt ad eā dei filius nō dedignaretur in vtero virginis descēdere: ꝛ semetipsum exinaniuit formā ſui accipiēs. Teste Apło. Philip. ij. Hac quippe salutatiõe ꝓmissa deꝰ factꝰ est homo ꝛ seruiuit vni puelle. ſ. btē virgini Luc. ij. Erat subditꝰ illis. ſ. parētibus. Seruiuit quoq; vsq; ad passionē ꝛ mortē hūano generi vt dicere possit illꝺ Hiere. iij. Seruire me fecistis in pctis vestris. Tā tum accepta extitit deo ista salutatio vt nō nisi p eam liberationē humani generis inchoaret: ꝛ ipsa interueniēte salutatiõe: totū mundū renouare ꝺisponeret. Ꝺigiſ quā felicissima. O q̄ laude digna ista salutatio: ꝓ quā homo saluari debuit. Unde ꝛ ipsa btā vgo maria cogitabat qualis esset ista salutatio. Luc. j: Si esſ ſm Grego. in ꝓfatiõe paschali felix ꝺr culpa q̄ talē ꝛ tm̄ meruit redēptorē. ſ. deū. Lōge felicior salutatio angelica q̄ talē ꝛ tātū nobis ꝓbuit saluatorem.

¶ Secũdo hec salutatio est angelis multum iocunda. Nam gaudiuz est militibꝰ et seruis cum honoratur ꝺña ꝛ regina eorum / honore precipuo. sic et angelis dei seruis cum honoratur regina celi et ꝺña eorum. ſ. angelorū / maria. Proinde Bernard. Prout allegatur in lib. vocato Speculum virginis. ꝺicit. Celum rider. Angelus gaudet: mundus exultat: infernus cõtremiscit: ꝺemones fugiunt cum ꝺicitur. Aue maria. Hanc etiam salutationē esse angelis iocundā significauit angelus Gabriel cum virginē benedictam salutauit. Primõ q̄dem in habitu quia totus iocũdus veste / et facie rutilās apparuit. vt ꝺicit Aug. quod signum est leticie: sicut patet / et in angelis apparētibus circa resurrectionem ꝺomini in vestibus albis in signum leticie sicut ꝺicunt doctores. Secũdo in salutationis verbo cũ ꝺixit. Aue gratia plena ꝺñs tecuz benedicta tu. ꝛc. quia omnia sunt verba gaudiosa. Tertio i verborum ipsoꝝ numero quia angelus in hac salutatione tantū nouē dictiones ponere voluit vz. Aue primū. gratia secundum. plena tertium. ꝺominus quartum. tecum quintum: benedicta sextum. tu septimum in octauum. mulieribus nonū. Et noluit plures ꝺictiões ponere: vt significaret reparationem fiendam nouē angelorū choroꝝ per hanc salutationē ac filij ꝺei incarnationez. Ergo ipsis angelis gaudiosa est ista salutatio ob ipsoꝝ ruine reparationē per eam factam ꝛ ꝺesignatam.

¶ Tertio hec salutatio angelica est demonibus plurimū tremebūda ꝛ odiosa. Nec mirum: q; per illaz fuerant territi. Sicut enim canes terrentur a tonitru: sic demones cũ audiunt ꝺici Aue muria. scientes: quia per hoc homines liberantur ab eoꝝ manibus intercedente ꝺei matre pro ipsis hominibus. Et ideo ꝺe beata virgine scribitur Canti. vj. ꝙ sit terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Uñ Bern. Nō tantum timent hostes quālibet castroꝝ aciem sicut ꝺemones Mariam ꝺei matrē. Unde non audent inuadere ꝛ ledere hominē salutātem beatā virginem. Per illam etiā fuit cōfusus iuxta illud Judith. xiij. Una mulier fecit confusionem in ꝺomo Nabucho ꝺonosoꝛ regis. Per illam quoq; fuit contritus vt ꝓdictū fuerat. Gen. iij. vbi ꝺeꝰ ꝺixit ꝺiabolo. Ipsa conteret caput tuum. Per illam etiā fuit mortuus. Uñ figuraliter ꝺicitur Judicū. iij. Inter pedes Jael ruit ꝺefecit ꝛ mortuus est zizara. i. ꝺiabolus. Interpretatur esſ zizara exclusio gaudij: ꝛ significat ꝺiabolus quia a celesti gaudio est exclusus: et alios excludere querit. Quando igitur ꝺiabolus salutationē angelicaz audit ita est ei sicut audiret terribile tonitruū quo terreretur: iuxta illud ps. lxxvj. Uox tonitrui tui i rota ꝛ sicut si ebrius rotaret: ꝛ sicut videret baculū siue clauam qua percutiatur. iuxta illud Rume. xvj. Cōsurget virga de israel ꝛ percutiet ꝺuces moab. i. ꝺemones. Item ita est sibi

ac si videret gladiū quo vulnerarek ꝛ iugularek: iuxta illꝺ Judith. xiij. c. Amputauit iudith caput holofernis Judith eñ interpꝛtat glificatus: ꝛ significat beatā virginē q̄ semp deū glorificauit. Holofernes aūt interpretatur infirmitas dissensionis ꝛ significat diabolum qui multos robustos eneruat et multos pacificos ad dissensionem ꝓuocat. Tūc ergo Judith caput holofernis amputauit quando beata virgo diabolo ꝺominiū abstulit. item ita est sibi acſi videret clauū malleuz quo exterebraretur de quo in figuraz ꝺicitur Judicū. iij. Sinistram manū misit Jahel ad clauū et ꝺextram ad malleū timpus zizare valide perforans. Et sic patet q̄ ꝺiabolo hec salutatio.

¶ Tertio pricipaliter ꝙ hec salutatio ãgelica Aue maria. sit nobis vtilior ac fructuosior patet. Quia qui illam digne ꝛ ꝺeuote ac fideliter ꝺicūt: acquirunt multos fructus seu gratias.

¶ Primo acquirūt gr̄e repletionem: spiritualēq; exaltationem: ꝛ sanctitatis augmentationē. Quod figuratū in mysterio est. Luc. j. vbi ꝺelicet legiſ ꝙ cuz maria salutasset Elizabeth: illaq; resalutādo eā suscepisset repleta est stati Elizabeth spū sancto: ꝛ exultauit infans in vtero eius: et sanctificatus est Johānes ꝛc

¶ Secundo quoq; peccatores ex hac salutatione acquirūt pctōrum purgationez et gratiam ac miam. quoniã cum ipsa sit mr̄ gratie ꝛ mie: nō ꝺubium quin ipsam ꝺeuote salutātibus ꝺonet gratiam ꝛ miam. Si enim ioculator ad mensam ꝺiuitis cantauerit nunquid et cibus negabitur? Quanto magis qui carmē hoc angelicum ꝛ bñ ꝺicte virgini summe iocundū ꝛ acceptuz salutatione ꝺeuota cecinerit exēnia ei a beata virgine gratiarum ꝛ ꝺonorū largient

¶ Denicq; si ꝺiligenter singula verba huius salutationis ponderamus comperimus ꝙ per omnia eius verba aliquid mali effectus quod in homine facit peccatuz repelli insinuatur: et aliquid per contrarium boni ꝛ vtilitatis induci vel acquiri. Nam primo per peccatum anima maculatur et vbe eterne dānationis incurritur. quia vt ꝺicitur. ij. sententiarum ꝺist. xliij. ca. v. peccatum mortale est quod obligat ad mortem eternam. Huic contrariatur aue. i. sine vbe. Accedat ergo peccator ad beatam virginem ꝛ ꝺicat Aue: si vult eius precibus liberari a dānationis vbe. Secũdo per peccatum cor obcecatur et obrenebratur. Sapientie. ij. Excecauit eos malicia eorum. Cui contrariatur hoc quod ꝺicitur. Maria. i. illuminatrix. Si vis ergo illuminari o peccator ꝺic aue maria. Tertio per peccatuz incurritur ꝺei inimicitia Unde Augu. Scio ꝺeū inimicum esse omni criminoso ꝛc Contra hoc est quod ꝺicitur: gratia plena. Si vis ergo gratiam: saluta virginē benedictam gratia plenā: vt merearis ꝺe eius plenitudine accipere. Quarto per peccatum homo a deo elongatur. quia longe a peccatoribus salus: teste ps. Contra hoc est quod additur Dominus tecū. Qui vult ergo appropinquare ꝺeo accedat ad salutandum beatā virginem ꝺei matrem. Quinto per peccatuz maledictio incurritur. ps. Maledicti qui ꝺeclinant a mãdatis tuis: Contra hoc est quod ꝺicitur. Benedicta tu in mulieribꝰ. Si vis euacuari a maledictiõe accede ad virginem que supra omnes benedicta viris ꝛ mulieribus benedictionem propinauit: vt ꝺicit Augu. Sexto per peccatum a fructu meriti ꝛ incarnationis passionisq; christi expoliatur: ꝛ a ꝺiuina visione separatur. Esa. xxvj. Tollatur impius ne videat gloriam ꝺei. Cõtra hoc subꝺitur. Et benedictus fructus ventris tui iesus. O igitur quecunq; anima siue fidelis ꝛ ꝺeuota siue peccatrix: accede ad virginem salutandam per Aue maria. Sciens quia resalutaris ab ea totiens quotiens eam salutas: immo ꝛ oscularis. Audi Bernar. ꝺicentem. Est tibi o virgo Maria quasi osculum audire salutationem angelicam: quia totiens o beata oscularis quotiens per Aue salutaris. Hec ille. Uis igitur o peccator fructum salutis eterne adquirere in meritis christi accede ad Mariam salutandam. Unde ipsa clamat per sapientem Eccli. xxiiij. In me inquit omnis gratia vie et veritatis. In me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui

concupiscitis me: et a generationibus meis adimplemini. O verbum dulce. O verbum spei confortatiuum. Transite ad me inquit omnes. Nullus excipit: sed omnes iustos ⁊ peccatores: viros ⁊ mulieres: parvulos ⁊ magnos dulciter beata virgo inuitat ad se honorandum: ad se salutandum et eius patrocinia implorandum. Transite inquit de huius mundi procelloſa ⁊ fallaci spe ac confidentia. Transite ista caduca et vana pretergrediendo et contẽnendo. Sed quo? Ad me vtiq; veri dei matrez reginã mie honorificandã ⁊ inuocandã in qua omnis gratia: ois spes salutis. Secure vos meis suffragijs et meis auxilijs cõmittite omnes qui concupiscitis sincera deuotione me: hoc est meum fructum saluificum. Me inquã omnis boni matrem et adimplemini ⁊c. Clama. Considera ergo nunc fidelis anima q̃ sublimis q̃ q̃ deo et beate virgini accepta: q̃ grata / q̃ iocunda sit ista celeberrima salutatio. Aduerte q̃ tibi vtilis et fructuoſa sit si eam deuoto corde ob amorem benedicte virginis frequentaueris. In ea quidẽ laudatur et benedicitur ipſa beata virgo maria dei mater. et nõ solum ipſa sed ⁊ eius filius dominus noster ieſus christ⁹. In ea habes hec glorioſissima et dulcissima nomina: videlicet Jeſus et Maria in quorum inuocatione habes omnem spem: omnem thesaurum tuum et bonum tuũ. Siquidem ipſe Jeſus est tibi amor tuus: ipſe thesaurus tuus: ipſe diuitie cordis tui. ipſe consolatio / spes / et gaudium tuum. ipſe salus tua ipſe lumen oculorũ tuorum. ipſe vita tua et dulcedo tua. Denicq; ipſa benedicta virgo Maria est domina tua. ipſa regina mi ſerico die / vita dulcedo / et spes tua vt canit eccleſia. Per eam habemus quicquid habemus: per eam sumus si quid boni sumus. O igitur felicissima est illa anima que est deuota Marie virginis. que illam salutat deuoto corde: que illam diligit / amat / honorat: que ei seruit in bonis operibus: quoniam non deficiet sibi vita eterna. Ad quam perducat nos meritis Marie virginis ille qui est benedictus in secula seculorum.

Amen.

¶Sermo.xlix. De ſctitate marie q̃ ſcilicet ipſa est sancta sanctorum.

¶Thema.

Sancta sanctorum erit vobis. Habentur hec verba. Exodi. xxx. ca. Tu ista Mulier sancta es. Judith. viij capitulo.

¶Prohemium.

Beatissima virgo Maria tante fuit et est sanctitatis ⁊ excellentie q̃ (licet in esset nobis voluntas laudandi) nõ possumus sufficienter eam laudare nec honorare. Et hoc propter quattuor causas. Primo propter nostram indignitatẽ. De qua Hiero. in ꝓmonead Eusto. iquit. De tali tantaq; virgine loqui me indignũ esse cõfiteor. ⁊c. Secundo propter suam dignitatem. De qua venerabilis Beda ait. Si rerum vniuersitas singulis distincta speciebus: in beate dei genitricis marie laudem magis succlamet vocibus. tamen dignitatem eius intelligentibus surditas hoc vel silentium apparebit. Et Damaſcen⁹ ait. Licet mille ora: mille lingue: vocq; ferrea sit. Sed nec si omnes lingue hominum cõuenirent: eam mirificis possent efferre preconijs. Omnium enim preconum excedit magnitudinem ⁊ omne eloquium ad eius excellentiam insufficiens inuenitur. Tertio propter nostram imbecillitatem. Unde Augu. inquit. O felix puerperium iocundum angelis / optabile sanctis / necessarium perditis / congruum profugatis. Quid ergo dicam pauper ingenio: cuius de te quicquid dixero minor laus est q̃ tua dignitas meruit? Quid de te digne referam cum non sufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes? Et Damaſcenus ait. qualiter eas laudare poterit mortalis hois verbũ: q̃ de se ꝓtulit verbũ qđ manet ieternũ

Que lingua in ei⁹ laude inueniet idonea: que illum genuit cui oia benedicũt et cuz tremore obediũt elementa? Impares igit illi sunt ommes humane lingue preconijs que de intemerate carnis suc viscerib⁹ cibum nobis protulit animarum. Et Hieron⁹. dicit. Profecto nec sanctitas nec facundia mihi suppetit: vt beatã ⁊ gloriosã virginem digne laudare queã. Quoniam vt verũ fatear: quicquid humanis dici potest verbis minus est a laude virginis ⁊c. Quarto eam sufficienter laudare nõ possumus propter verborum penuriã ⁊ paupertatem. quia. ſ. verba ad hoc idonea nobis deficiunt. Unde Augu. dicit. O beata virgo si celum te vocem altiorem. si matrẽ gentium dicam precellis ⁊c. Et in ſermone. j. de assumptione ipſius virginis marie. Idem Aug. inquit. Ad tanta virginis promenda laudis preconia. quomodo tenue ingenium ⁊ ineps lingua sufficiat: cuz ad hoc etiam nõ possit sufficere philosophorũ profunda loquacitas? Nec mirum si hec virgo sanctiſſima suis laudibus humane vocis modos exuperat: quando ipſam humani generis excellentibus meritis transcendit naturã. Sed non oino nobis a laudibus eius est reticendũ quia etsi minus sufficit ſenſus inopia ad effectum: sufficiens tamẽ est apud deum deuote mẽtis affectus: nec ambigendũ est quin valeat hec de se loquenti sapiẽtie ꝑbere ignis culum: que totius sapientie plenitudinez suo castissimo pertulit in vtero. valetq; cũ vult efficaciam verbi tribuere: que verbũ per quod facta sunt oia: virgineis viscerib⁹ gestauit in corpore. Hec ille. De sanctitate igit huius benedicte virginis marie hoc mane loqui volentes. Pro principio ⁊ exordio nostri ſermonis more ſolito talis mouetur queſtio.

¶Utrum beatiſſima virgo sit ⁊ merito dici possit sancta sanctorum?

Ad hanc queſtionez respondeo q̃ sic. Et probatur triplici ratione.

¶Primo rõne ſanctificatiõis

¶Secundo rõne coniunctionis.

¶Tertio rõne diuinalis infuſionis.

¶Primo ratione ſanctificationis. Quia ſup omnes fuit ſanctificata. Pro maiori noticia dicendorum. Notandum est ſm doctor. q̃ quadruplex est ſanctificatio.

¶Prima est vniuerſalis. qua anima ſanctificat a peccato originali. Et hoc est in baptiſmo: in quo gratis confertur: ſed nõ confirmatur quin poſſit recedere et cadere ab illa. Hec autẽ ſctificatio datur omnibus in baptiſmo. Qui baptiſmus habz purificare baptiſatum ab omni peccato originali / et actuali in adultis. Et tũc aia efficitur christi ſponſa. De qua Oſee. v. Deſponſabo te mihi in fide. iſta est ꝓia ſanctificatio.

¶Secunda est ſpecialis. qua anima purgatur a culpa: ita et taliter q̃ in gratia cõfirmatur: et in peccato mortali cadere nõ poteſt. Et ſic fuit ſanctificatio Johannis baptiſte et Hieremie in vtero de Johanne baptiſta dicitur. Luc. iij. capit. Spiritusſancto replebitur. ⁊c. De Hiere. j. ca. ſui lib. Anteq̃ exires de vulua ſanctificaui te. ⁊c.

¶Tertia ſanctificatio est ſingulariſſima Et hec de christo. De qua. j. Petri. iij. ca. Qui peccatum non fecit: nec dolus inuẽtus est in oze eius. Et Joh. viij. c. Quis ex vobis arguet me de peccato? ⁊c. De hoc ſatis diffuſe tractatuz est in ſermone. xiij. huius prime partis: de innocentia xp̃i.

¶Quarta est ſingularis. Et hec fuit marie ex priuilegio ſpeciali. de qua p̃s. Sctificauit tabernaculũ ſuuz altiſſimus. Hec eſt ſanctificatio Marie dicitur ſingularis quaſi excellens ceteras ſanctorum et ſanctarum ſanctificationes. Et hoc ratione numeri. Quia quadrupliciter seu quattuor vicibus ſm doc. theologos fuit ſanctificata.

¶Primo quidẽ in materno vtero. et hec prima ſanctificatio excedit ſctificationẽ alioꝝ ſanctorũ in vtero ſctificatoꝝ / tripliciter. Primo temporis celeritate. Nam Hieremias poſt originale cõtractum nõ longe ante natiuitatem est ſanctificatus: iuxta illud. Anteq̃ exires de ventre ſanctificaui te. Hieremi. j. ca. Johannes vero baptiſta in menſe ſexto quando Maria

Universidad de Deusto Biblioteca

visitauit matrē ipsius iohannis: qui tunc in vtero exultauit. Luc.j. Sed beata vgo mor vt erat anima rōnali aiata fuit sancti ficata: per quā sanctificationē habuit pre seruationē a pctō originali sicut ostensum est in sermone de eius cōceptione. vnde di cit Aug. in quodā ser. de natiuitate virgi nis. Hec inquit virgo mor vt in mundū per generationis humane lineā venit om nis boni virtute pfecte resplenduit. Mor autē z statim referūtur ad instans fm phi loso. iiij. phiſ: Secūdo excedit alioꝝ sanctificationez in muneris largitate. Quia gre munere copiosiꝰ fuit ditata q̄ alij. qđ patet ex hoc: qz licet alijs sanctificatis in vtero collata sit gratia per quā preseruarē tur a mortali pctō ita q̄ postea nunq̄ pec cauerunt mortaliter: tamē collata nō fuit eis tanta gratia per quā preseruarent a ve nialj. vñ venialiter potuerūt peccare. Ma rie autē virgini infusa fuit sibi gra preser natiua deinceps ab omni pctō actuali: nō solum mortali: sed etiā venialj. Vñ Ber. ait. Puto copiosius munus gratie descē disse in virginem que nō solū eius ortum sanctificaret. verū ipsam ab oi pctō deinceps custodiret immunem. hec ille. Nam ista gratia pro tunc in virgine aut subtra xit omnino: aut restrinxit fomitē q̄ nō pos set in aliquod peccatū ducere aut a bono retrahere: vt tenent doct. super. iij. senten tiaꝝ dist. iij. Immo q̄ magis dico ipsa btā virgo impleta est dono spūali et p fecto nō solum respectu sui: sed etiam alioꝝ. Quia gratia sanctificationis nō tantum illicitos motus repressit in se: sed etiaz in alijs efficaciam habuit vt nunq̄ ab aliquo concupisci potuerit. Alioꝝ autē sancti ficatio nō pprimebat in eis omnes motus illicitos: et eoꝝ sanctitas nō extingue bat omnem motū corporalē vel concupi scentiam in alijs aspiciētibus eos. immo plurime sancte virgines vt katherina/lu cia ꝛc. concupite sunt: et qz nō consenserūt martyrizate fuerunt. Sed in beata virgi ne gratia sanctificatiōis etiam in alijs om nibus concupiscentie motum extingue bat. Tertio hec sanctificatio: marie excedit sanctificationem alioꝝ in vtero seu ta. aptissimo sanctificatoꝝ: in gratie vber tate. Quia ab ea gratiē copiositas gene raliter in oēs se diffudit. vñ Hiero. in ser mone de Assumptione dicit. Decebat vt esset plena gra q̄ celis dedit gloriā: terris deum. pacē q̄ refudit: vere gra plena per quā largo spūssancti ymbre pfusa est omnis creatura. hec ille.

¶ Secundo deus sctificauit eā qñ spiri tussanct⁹ eā obumbrauit et filiū dei cōce pit. Si quidē in hac secunda sctificatione beata virgo sup premissa fuit confirmata in bono supnaturali z certificata de perse uerantia ac beatitudine perenni cōsequē da: quod nemini viatoꝝ est datuz Et etiā spūssanct⁹ sic eā impleuit vt digna foret cōcipere vginitatis glia manente vbum. Unde angelus ait. Ne timeas maria: ine nisti gram apud dñm. Item adeo spiri tussctūs in eā supuenit q̄ omnē potētiam peccādi remouit: z liberū arbitriū ei⁹ con firmauit in bono vt incōtrariū. s. mortale vel veniale peccatuz de cetero flecti esset impossibile: q̄uis ipsa beata vgo remaneret i statu vie. vñ Luc. j. Iterū dixit ei ange lus. Spiritussanctus superueniet in te. i. superabundabit. et virt⁹ altissimi. ꝛc.

¶ Sed aliqs posset obstare z ar gumentari contra hoc qđ nunc dictum est. s. q̄ virgo potuit peccare Et posset sic argumētari. Mā aug. in lib. lxxxiij. questionū dicit. Q̄ ideo deus fecit hominē peccabilē. quia glorioſi⁹ est pos se peccare et non peccare: q̄ non peccare ex impossibilitate ergo hoc debuit conue nire matri dei que fuit glorioſior omnib⁹ creaturis. Item Eccl. xxxj. in laudē san cti dicitur. Qui potuit transgredi et non est trangressus: et facere mala z non fecit. Ergo hoc etiā illi conuenit. que est omni laude dignissima. Itē Damasce. inquit q̄ omne creabile est vertibile/ fm esse: et fm electionem: secundū esse vt corporalia: se cundū electionem vt rationalia. Sed bea ta virgo fuit composita ex vtroq̄. ergo vi detur fuisse vertibilis in vtroq̄. et ad hoc facit illud Job. xv. Ecce inter sanctos ei⁹ nemo immutabilis. Insuper glorioſius ē quod ex victoria habetur: q̄ quod sine vi ctoria. Corona enim victoribus datur. vt ait beatus maximus in fmone plurimoꝝ

martyruz. Sed vbi nulla est pugna: nulla etiā est victoria. vt dicit Grego. in moral. ergo cū in beatissima virgine maxima fue rit et sit gloria. et ipsa consecuta sit trium phantissimā coronā. sequitur q̄ magnam habuit victoriā. et sic prius maximaz ha buit pugnā ergo potuit peccare.

¶ Pro solutione supradictoꝝ Notandū q̄ nō posse peccare dr quadruplicit. Pri mo quando non posse peccare per se sequi tur natura inuertibilē. Et hoc modo de⁹ trinitas dicitur non posse peccare. Uñ ait Hiero. Deus solus oipotens dicit: q̄ cum omnia possit peccare non potest. Secūdo modo dicit non posse peccare quod hz vni onē personalē cū natura inuertibili: z hoc modo xps homo non potuit peccare. Uñ Damas. dicit q̄ impeccabilis erat dominus iesus. Tertio modo dicit nō posse pec care. quod hz cōiunctionē vel cōuersatio nem totalē ad naturam inuertibilem per mediū quod est de sui natura inseperabile vt est habitus glorie. et sic sancti in patria non possunt peccare. iuxta illud prophete pz. cxlvij. Confortauit. i. roborauit seras portaꝝ tuaꝝ. s. supne hierlm: vt nullꝰ pos sit exire peccādo. Quarto mō dr nō posse peccare q̄ hz cōiūctionē ad naturā inuer tibilē p mediū qđ et si de sui natura in se q̄ dem est sepabile: est tñ oīno separatū a cō trario repugnāte/ vel resistēte/ vel impedi ente. et propter hoc in suo summo in tali subiecto est inseperabile. vt est plenitudo gratie in btā virgine. z hoc mō dr btā vgo nō potuisse peccare. Uñ z Ber. de Joseph dicit. q̄ credebat potiꝰ vginē posse parere q̄ mariā posse peccare. Uñ et ipa in hoc p ticipauit de quolibz statu hoīs: q̄ ē triplex Primus est posse peccare et posse mereri sicut viatores. Secundus est comprehen sorum qui non possunt nec peccare nō me reri: cum sint extra statum vie. Tertiꝰ est illoꝝ qui non possunt peccare: sed bene possunt mereri. et hic fuit marie virginis que fuit viatrix simpliciter et fm quid de statu comprehensorum. Unde potuit me reri et non peccare. Ex omnibus predictz patet responsio ad obiecta. Pugnaz autē habuit nō tñ ab intra. s. in carne: sed ab ex tra. i. per tribulatiōes: vñ z victoriā. Om nes ergo auctoritates z rōnes q̄ videnť p bare q̄ potuerit peccare loquunť de potē tia fm q̄ opponiť ad nō posse primo vel se cūdo/ vl tertio mō sumptū. Pz igiť q̄ non posse peccare cōiunctū cū posse mereri est ppriū priuilegiū beate vgis. Hoc ergo pri uilegiū nō posse peccare cōtulit illi spūs sctūs in hac scda sanctificatione cū ex ei⁹ imaculatis sanguinib⁹ corp⁹ filij dei for mauit. Si enī post cōceptionē filij dei po tuisset peccare plura icōueniētia seq̄renť fm Ber. Primo redūdaret in cōtumeliā prolis. qz eius mr esset peccatrix et fua di aboli et iniq̄tatis. Secdo esset in detrimen tū matris. qz sic dānari potuisset. Tertio esset in dānū humani gñis et i cōtēptū to tius diuini intēti. qz incarnatiōis op⁹ sus pectū nō imerito reddi posset. Uñ oīno as serendū est q̄ in cōceptione filij dei taliter extitit cōfirmata: q̄ volūtas ei⁹ nō potuit postea cōuerti ad malū: nō tñ per liberi ar bitrij ablationē: nec p alicui⁹ potētie amis sionē: sed liberi arbitrij p gratiā cōpleti onē/ et cōfortationē/ et defect⁹ ablationē. et hoc ex singulari indulto ipsi beate vir gini collato.

¶ Tertio principaliť fuit sanctificata qñ eā de⁹ inhabitauit mēsibus nouē xpm por tando in vtero: Et in hac tertia sanctifica tione fuit tota dedicata ad diuina: tota di uino lumīe plena. adeo q̄ nō solū mēs sed etiā corpus ei⁹/ diuinitatis luce splenduit qz illū portauit in vtero qui est splēdor pa terne glorie. Uñ Ezechiel. xliij. Ecce glia dei israel ingrediebať p portā orientalē. i. per beatā vginē: et terra. i. caro beate vginis splendebat maiestate eius. s. xpi.

¶ Quarto qñ eā de⁹ in celū assumpsit. in qua sanctificatione btā vgo aboi miseria mētis et corporis fuit exēpta: et in oīs bo ni fruitione in glia cōsumata vltimo fini. i. deo cōiuncta. Digiť deuota aia pēsa q̄ sctā/ q̄ felix/ q̄ glorioſa sit virgo maria: q̄ tātis sanctificationib⁹ est dotata et subli mata. O q̄ excellentissima regina q̄ tātis insignijs stat laureata. Dēs ad eā cōfugi am⁹: eā inuocem⁹ vt de eius plenitudine gratiaz acquiramus. Unde patet ratione sctificationis glorioſam vginē mariā esse et posse dici seu appellari sctā sanctorum.

¶ Secūdo hoc idez ꝓbatur ratione cōiunctionis. Una maxima est in theologia: ꝙ illa creatura dicitur maior et sanctior: in qua ē maior fides. In maria sup oēs fuit maior fides: vt probatū est in ꝥmone de ei⁹ fide/spe/et charitate. Vñ Luc.j.c. dixit illi Elizabeth. Btā q̄ credidisti. ꝛc. Igit̄ dr sancta sctōrum. Et nota ꝙ tēpore passionis xp̄i/fuerunt quattuor genera personaꝝ.

¶ Quidam fuerunt qui nec fidez/nec cō passionem habuerūt: vt iudei et infideles qui clamabant Math.xxvj. Vah qui destruis templum dei. ꝛc.

¶ Quidā compassionē habuerūt: sed nō fidē ꝙ. s. erat deus qui patiebatur: vt apli quibus dixit xp̄s. Mat.xxvj. Dēs vos scādalū patiemini in me. ꝛc. Scandalū eorū fuit qui fidē perdiderunt. Et mulieres in sup/que eum sequebantur. Luc.xxij. Inter alia fuit magdalena/que plus visa est diligere. Nō credidit verū esse deum. Vñ Joh.xx. Christus resurgens a mortuis ei i horto apparuit di. Noli me tāgere. Quare ei⁹ iesu noluisti tangi? Respōdet Augustinus. Noli me tangere: nōdum enī ascēdi ad patrē meū. i. in corde tuo: vt credas me esse equalē deo patri.

¶ Quidā habuerūt fidem sed nō cōpassionē: vt angeli qui erant extra statum vie in quibus non cadebat passio.

¶ Quidā fidē et cōpassionē. Et hoc solū in maria. O felix. Sola fuit que fidem seruauit. Et alys recedentibus a fide ipa nō recessit. Unde quidam vulgaris. Stabat mater dolorosa: iuxta crucē lachrymosa: ꝛ lugebat filium. Jdeo Dauid introducit filiū dicentē patri. Cōsiderabā ad dexterā et videbam et nō erat. ꝛc. Quare nō dicit ad sinistram? Respondeo propter matrē que ibi erat. Et glo. super illud Esa.lv.c. Torcular calcaui solus. et de gentibus nō erat vir mecum. Non de mulieribus dicit propter virginem. que compatiebatur ei. O fides marie. In huius exemplum eccle sia in hebdomada sancta: candelam vnā nō extinguit: quia fides marie semper viua fuit. Unde patz ꝙ ex quo in beatissima virgine fuit maior fides. q̄ in omnibus alys sanctis. Ipsa merito dici potest/et appellari/Sancta sanctorum.

¶ Tertio mariam virginez esse/et posse dici Sancta sanctorum: probatur ratione diuinalis infusionis. Unde nota ꝙ virgo maria excessit omnes angelos et sanctos in tribꝰ scilicz in gratie plenitudine: in diuina familiaritate: et in mira puritate.

¶ Primo in gratie plenitudine: que maior fuit in maria. q̄ i aliquo sancto. Et ad hoc insinuandū dixit ei angelus. Aue gra plena. Quasi dicat o maria reuerētiā tibi facio. quia me et omnes sanctos excellis gratie plenitudine. Quod patet. Gratia datur a domino. Primo ad malum euitādum. Secundo ad bene operandum. Quo ad primū: peccatū omne vitauit super omnes sanctos et sanctas immunis ab omni peccato. Jdeo dicitur ei. Aue. ab a ꝙ est fine: ꝛ vbe ꝙ est culpa. Secūdo habuit gratiam ad bene operandum. quia omne bonum operata est. Alij sancti specialia habent dona. Quidam sunt martyres. Quidam virgines. Quidam potentes. Quidam misericordes. Sed super omnes maria virgo est nobis exemplum omniū virtutum. Hiero. ad Eusto. ait. Bene gratia plena. Quis ceteris quidem per partes gratia prestatur. Marie vero tota se infudit gratie plenitudo. Descendit quippe sicut pluuia in vellus. et stillicidia stillantia sup terrā. Plane celestis imber lapsu placido virgineum vellus infudit. et tota diuinitatis vnda in ei⁹ carne se contulit. ac demū per crucis patibulum expressum omnibus terris pluuiam salutis infudit. et humanis mentibus stillicidia gratie p̄stitit. Vere ergo plena per quā largo spiritussancti ibie superfusa est ois caro. Q̄z ꝙ ipa habuerit oēs gr̄as vniuersalit̄ q̄s ceteri habuerūt ꝑticularit̄. p̄z q: Abraā q̄ dez habuit fidē. Ꝫ ipa fidelior. Moyses māsuetudinē. Ꝫ ipa māsuetior. Dauid humilitatē: Ꝫ ipa humilior. Johānes vginitatē. Ꝫ ipa purior. martha hospitalitatē: Ꝫ ipa liberalior. q: nouē mēsib⁹ christū in suo vtero portauit: Magdalena ꝛēplationē: sedipsa in ꝛemplatione sublimior. Nicola⁹ misericordiā: sed ipsa clemētior; q: mater misericordie appellatur.

¶ Secundo excedit in diuina familiaritate. Quod ostendit angelus quādo dixit ei. Dñs tecum: q. d. Jdeo tibi exhibeo reuerentiam: q: es deo familiarior: q̄ ego/ꝛ alius sanctus. Sed nota ꝥm magistrum in. j. sentē. di. xxxv. ꝙ deus dicitur esse in omnibus rebus creatis tripliciter. s. per essentiam/presentiam/ꝛ potētiam. Et in sanctis suis quarto modo per inhabitantem gratiam. vel hic inchoatam vel in futuro consummatā. Omnibus autem his modis erat dñs deus cum beata virgine perfectius q̄ in ceteris omnib⁹. Dicitur esse deus esse per essentiam in creaturis in q̄tum per suum continuum influxum cō seruat creata in esse. Unde Grego. inquit Omnia in nihilum redirent: nisi ea manus omnipotentis sustentaret. Et sic exponit Chrisosto. illud Joh. j. c. Sine ipso scz. gubernante. factum est nihil. i. quod factum est: nihil est. Quanto autem aliqua creatura vel in specie/vel in indiuiduo habet perfectius esse: tāto magis pōt aliquomō dici deus ibi magis esse p essentiam. Unde hoc modo magis dicitur esse in homine q̄ in brutis. Et quia beate marie dedit nobilissimum esse: quia optime formata et complexionata fuit super oēs Jdeo illi recte dixit angelus. Dñs tecum Per presentiam autem dicitur esse deus in omnibus creaturis: quia nouit omnia intima creature. Omnia esn nuda et aperta sunt oculis eius. ad Hebre. iij. ca. Ipse etem scit intentionem et corda omnium. In beata autem virgine fuit deus per presentiam. quia non solum vidit omnia secreta ei⁹. scz. affectus et cogitatus oculo cognitionis: sed etiam oculo approbationis. Nam omnes actus eius interiores et exteriores vt sanctissimos approbauit.

Per potentiam vero dicitur esse in creaturis: quia omnibus dat virtutem operādi. Unde Joh. xv. ca. dicit saluator. Sine me nihil potestis facere. Et q: dedit beate virgini virtutem operādi perfectius q̄ alteri creature. Jdeo dicitur ei perfectius q̄ alqs. Dñs tecum. Per gratiam autem est in sanctis. Unde. j. Joh. iij. ca. scriptū est. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. Sed certe nullus pōt equaeri in charitate btē virgini. Ergo excellentius fuit deus in illa q̄ in ceteris sanctis etiam angelis. Ergo omnes excellit in diuina familiaritate. Sed vltra predictos modos essēdi fuit modo iaudito a sclis: ꝛ stupēdissimo i vgine. s. p̄sentiā corpalē qñ vbū caro factū est in ea. vt inqt Bernā. sup Missus est. q̄ exponit. Dñs tecū. s. cito erit p incarnationē. Et iterū idem inqt. Lōge excellēti⁹ dñs tecū q̄ in alys sctis cū q̄b⁹ est spūalit̄ tm ꝛ i corde. Isē tecū ꝛ spūaliter in corde ꝛ corporaliter in ventre.

¶ Possum⁹ etiā alr dicere. Q: (vt dr in symbolo Athanasij) dñs pr: dñs filius: ꝛ dñs spūssctūs: ꝛ tñ vn⁹ ē dñs. Jdeo Bernā. vbi. s. sic inqt. Dñs tecū o maria. dñs in q̄ pr tecū q̄ suū filiū facit esse tuū. Et dñs filiꝰ tecū: q̄ ad cōdēdū in te mirabile sacramētū: miro modo sibi fecit sacrariū: ꝛ tibi suat genitale signaculū. Spūssctūs tecū qui cū patre et filio tuū sctificauit vterū. Et q: patri attribuit potentia. filio/sapiētia. spiritui sancto bonitas ꝛ benuolētia. ideo exponitur. Dominus pater tecū exercens summam potētiam. Dominus filius tecū ostendens eximiā sapientiā. dñs spūssanctus tecum exhibēs nimiam benuolentiā. Dñs ergo pater potentiā suam tecū mōstrauit: qui facit magna ꝛ inscrutabilia ꝛ mirabilia absq; numero. vt dicitur Job. v. c. Licet em magnū fuerit creare celum ꝛ terram ex nihilo: magnū quoq; in diluuio saluare in archa homines: et de omni genere animalium: magnū etiaz liberare populum israel de egypto tantis mirabilibus. magnum insuper conducere populum in tanto numero per desertū quadraginta annis de celo manna prestito. Magnum quoq; omnes gentes cum regibus suis de terra promissionis p Josue exterminare. Magnum etiaz xp̄m cecos illuminare. demones effugare. infirmos sanare. et mortuos resuscitare. tamen oia ista magnalia excedit mysterium incarnationis: quod est infinite potentie. ideo recte dicitur Domin⁹ tecum. scilicet pater quia fecit tibi magna qui potens est. Luce primo. ca. Unde ait Hieronymus. Quod natura non potuit: ratio ignorauit: vsus nesciuit: hoc deus stupendo

miraculo i Maria ope cōpleuit: vt videlicet deus fieret homo: z mater esset virgo. Secundo dñs filius qui est dei virtus z sapiētia/tecū est: qui te infinita sua sapientia fabricauit. iuxta illud Prouerb. ix. c. Sapiētia edificauit sibi domum. Dñs quoq; spūsctus tecū q̄ ex dilectiōe z amore in te descēdit et filium dei incarnari fecit. iuxta illud Esa lxiij. ca. Spūsctus ductor eius fuit. Predicta oia cōfirmat Bern. di. inter alia. Cum dñs sit cū oibus: specialiter tñ est cū Maria. cū qua vtiq; tāta ei consensio fuit: vt illi? nō solū volūtatē sz etiā sibi carnem cōiungeret. z de sua vginisq; substātia vnū xp̄m efficeret: vel poti? vn? xp̄s fieret q̄ z sinec totus de deo nec totus de vgine. totus tñ dei z totus vginis esset. nec duo tñ filij: sed vn? vtriusq; filius. Ait itaq; angelus. Dñs tecū. nec tm dñs filij? tecū quē carne tua induis. sed etiam dñs pater tecū qui genuit quē cōcipis. et deus spūsctus tecum: cuius virtute generans vgo pmanebis. Unde patet q̄ vgo maria excessit angelos z oēs sctos z sctās in diuina familiaritate.

¶ Tertio excessit angelos/z oēs sctos et sctās. in mira puritate. et de hoc diffuse tractat in ſmone. xxxv. de puritate ipsius marie. Pro nūc tm dicā q̄ ipsa beata vgo fuit pura sup oēs hoies quo ad duo. s. quo ad penā: et quo ad culpā. Primo quo ad culpā immunis fuit. vtā. dictū est. Secundo quo ad penā. quia a maledictionibus a deo ꝓpter peccatū patris primis parentibus ipsa fuit immunis.

¶ Una quidē maledictio data fuit solum mulieribus: cum dixit deus Eue. Genes. iij. ca. In dolore paries filios tuos. ꝛc. Ab hac pena fuit immunis Maria: quia sine dolore peperit filium suum Jesum christū Esa. xxxv. ca. Germinans germinauit letabunda. Et ecclesia. Nesciens mater virgo virū peperit sine dolore saluatorem seculorum. Contra eā hanc penam mulier tres habuit cōsolationes de filio suo. Prima fuit quādo concepit christum. O quantū gauisa. ꝛc. Secunda quando surrexit ab inferis/tertia die. Et angelus/et cecinit. Regina celi letare. Alleluya. ꝛc. Tertiaq; celū ascēdit: q̄ ibat ad ꝓparādū ei locū amenū: et nobis. Unde patet q̄ ipsa benedicta vgo fuit immunis a maledictione aliarū mulierū. Et ideo merito dixit illi angelus. Benedicta tu in mulieribus. Quod dictū quattuor cōprehendit z importat. Primo q̄dem maledicti exemptionē. Unde ipa est bñdicta sup oēs mulieres: sicut nūc dixi. quia sola ipsa expers illius maledictionis quā oēs mulieres in Eua ꝓtraxerūt. Gen. iij. c. Multiplicabo erūnas tuas. Secō iportat maledictiōis euacuationē. Ipsa em bñdicta in mulieribus. q̄ p eaz euacuata est maledictio ab hoibus. vñ Aug. Maledictio Eue in bñdictionē mutat marie. Impleta est enim Maria gr̄a z Eua euacuata est a culpa. Tertio iportat singularis gr̄e collationē. Unde bñdicta fuit iter mulieres. q̄ nulla alia accepit vnq̄ q̄ ipi donatum est: q̄. s. vgo peperit/z deū genuit. Quarto oim bñdictionū ꝓprehēsionē. Fuit q̄ppe bñdicta pre oibus mulierib?. q̄ oia q̄ alie mulieres habuerūt ipsa habuit excellēti?. q̄ cō coniugatis habuit benedictionem prolis et insup vginitatis. Cū vidnis habuit' castitatem cū incorruptibilitate. Denicq; cū vginibus pseuerantiam perpetue vginitatis cum fecunditate.

¶ Alia maledictio et pena fuit cōmuniter data oibus tam viris q̄ mulieribus. s. vt in puluere reuerterenī post mortem. Genes. iij. c. Finis es/et in cinerem reuerteris. Ab hac immunis fuit Maria. Quia (vt pbatum est in ſmone de eius Assumptione) cum corpore z anima glorificata celum ascendit. Ubi super omnes angelos/et sup oēs sanctos et sanctas exaltata existit et sublimata. Quapropter recte et benemerito ipsa dicit esse sctā sanctorum Clama. Digitur deuoti christiani/amici Marie virginis omnes in terra prostrati genibus flexis/lachrymosisq; oculis/deuote deprecemur illam sanctā sanctorum et sanctarū: vt dignetur filium suum dulcissimum Jesum xp̄m dñm nostrum deprecari: vt ipse velit sua clementia nostri miserēri. largiri nobis in presenti gratiā suā: et in futuro gloriam sempiternam.

AMEN.

¶ Sermo.l. De gratijs marie virginis. q̄ scilz. ipsa est mater omnium gratiarum.

¶ Thema.

AVE me omnis gratia vie et veritatis. Scribuntur hec verba. Ecclesi. xxiiij. cap. Uel istud. Habet gratiā coram eo. s. deo super omnes. Hester. ij. cap.

¶ Prologus.

SApiens ecclesiasticus spūssancto doctus agnouit q̄m in matre dei nulla gr̄a deesse debuit: sed omni gratia plenam fore oportuit. Idcirco in p̄sona eius loquens ait: In me. s. maria matre dei/ omnis gratia vie et veritatis. In quibus quidē verbis videtur ipa dei gloriosissima mater cōmendari. Tum de magnitudine gratie. q̄ in me inq̄t ois. tum de plenitudine gr̄ie: q̄ omnis gratia. Tū quoq; de multitudine/ et varietate gratie: quia videlicet vie z veritatis. O vere maxima gratia marie que tantā gratiā habuit quod maiorem pura creatura non vnita verbo habere nequit. q̄ vez sit mater dei: genitrix filij dei creatoris et saluatoris oim sit: z eo ipso dña oim angelo? et hoim/atq; cunctoz creatorū. O verissime plena gratia q̄ gratiā ipsam increatā in se totā continuit. Uñ recte angelus eidem dixit Aue gratia plena. O deniq; q̄ multiplex gratia in maria que oēs gratias gñales et spūales omniū creaturarum et oim sanctoz in summo habuit. Dicat ergo maria. In me ōnis gratia: vt per hoc gloriosum verbū alliciat nostras mentes ad confugiendum pro gratie impetratione ad eam. Accedat quoq; homo et dicat. Maria mater gr̄e mater mie tu nos ab hoste ptege et in hora mortis suscipe: z per plenitudinē tue gratie fac nos cōfortes glorie. Itaq; locuturi de multitudine gratiarum beate virginis. Pro principio nostri ſmonis/ talē mouem? q̄stionē.

¶ Utrū beatissima virgo maria sit z merito possit dici mater omniū gratiarum.

AD quam questionem Rñdeo affirmative q̄ sic Et probatur multiplici rōne.

¶ Primo rōne approximationis.
¶ Secō ratione humiliationis.
¶ Tertio rōne diuersitat' z mltiplicitat'.
¶ Quarto rōe emanatiōis seu diffusiōis.
¶ Quinto rōne dispensationis.

¶ Primo rōne. ꝛc. Conclusio est phoz in phia rectē sentientiū. q̄ quāto aliquid magis appropinquat alicui principio in quolibz genere: tanto magis participat effectū illi? principij. Exempli gratia. Quanto aliq̄d magis se ad ignem vel ad solem approximat: tanto magis sensit z participat de calore ignis vel solis. ꝛc. Uñ dicit Dionisi? in. iij. c. celestis hierarchie: q̄ āgeli q̄ sunt deo propinq̄ores magis participant de bonitatibus diuinis: q̄ hoies: q̄ sunt proximiores: Approximare deo: nō fit corporis gressu: sed passibus mētis. vnde Ber. sup illud Gen. xvij. Ambula coram me: z esto p fectus. di. Ambulare aūt coram deo nō passibus corporis: sed affectibus mentis. Et Aug. in homel'. xx. sup Joh. Ad deum nō motu corporis: sed voluntate cordis accedimus. Hodie tribuis elemosinā pauperi per vnū passum accessisti ad deū. Et sic de singulis. Nō motu iquit corporis. ꝛc. Ad propositū. Maria virgo fuit deo propinquissima sup omnes creaturas: quia ex ea corpus xp̄i formatū est: ex purissimis sanguinib? virginis marie. Et qui erat filius dei: fit filius marie. Uñ signanter dixit ei angelus. Ecce concipies in vtero: et paries filū. Sed quē o Gabriel? Nūquid Hiere. Esaiaz/ Danielē? Nō vere sz iesuz flagellandū/et crucifigendū. Dixergo fuit sup oēs prima xp̄o. sup oēs gr̄as bz. Uñ dicere possum? illud Judith. viij. Hec est mulier famosissima. q̄m deum timet valde. Ubi notandū q̄ aliq̄s triplici ex causa dr famosus. s. ratione sapientie/potentie/ et sanctitatis.

¶ Primo rone sapiẽtie. Ptz de Salomone. iij. Reg. x. Regina sabba audita fama regis salomonis. Eius fama. s. sapientie. Qui locut⁹ est. iij. M. parabolas: z quiq; milia carmina. Et de oib⁹ reb⁹ mundi habuit cognitionẽ. q̃quid hõ scire põt. Ad ppositũ. Maria fuit sup oẽs famosa i scientia: q; habuit oẽs scientias. Qđ ꝓbatur per Aug. sic maria sciuit scripturã: in scriptura continẽtur oẽs scientie: igit habuit oẽs scientias: Preterea dr. Joh. xiij. Spiritus sactus docebit vos oẽm veritatẽ. Ergo creatã et increatã. Itẽ oia facta sunt ꝓpter hoiez. iuxta qđ Aristo. ij. Phisi. dicit Nos sumus quodammodo finis omniũ. Unde de omnibus tenetur homo gratias agere. si ergo omnia non cognouisset: imperfecta fuisset eius gratiarum actio. Preterea omnis scientia de numero bonoz honorabilium. i. de aia: sz ei nullũ bonum defuit. q; oi gra plena fuit. ergo oẽs scientias habuit. Preterea aia xpi sciuit oia q̃ de⁹: nec tñ ei est eq̃lis in sciẽtia ꝓ modũ sciendi. sz sicut aia xpi imediate se hz ad deũ ita aia btẽ ỽginis ad aiam xpi. ergo btẽ ỽginis aia sciuit oia que aia christi: sed imperfectioni modo.

¶ Et nota q beata ỽgo in cognitiõe sua habuit plura priuilegia. Primũ ẽ pfecta cognitio trinitatis dei sine medio: quã habuit in via ꝓ specialissimã gram. Scõm ẽ pfecta cognitio mysterij icarnatiõis. z hãc habuit pgraz: et singularẽ expiẽtiã. Tertiũ ẽ cognitio sue renelatiõis et ẽtificatio sue pdestinatiõis quã habuit per reuelationẽ z cãm: q. s. nouit se mẽm dei eẽ/quã impossibile foret dãnari. Quartũ est aie sue et spirituum pspẽs proprias cognitio. quã habuit dispositiue ꝓ naturã: cõpletiue per gratiã. Et fm hanc vidit angelos: animas z demones. Et probatur quia ipa videre potuit spiritum increatum per speciem propriam. ergo et quemlibet alium. Unde Gregorius. Quid est quod non videat/qui videntem omnia videt: sed ipsa vidit videntem omnia. i: diuinam essentiã. ergo vidit omnia auxilio gratie in sua contemplatione. Item Moyses vidit diuinam essentiam: vt dicit Aug. de videdo deũ. Et similiter Paul⁹ in raptu scribit vidisse deũ et dispositionẽ celestis hierarchie quã beato Dionysio reuelauit. ergo multo magis beata virgo vidit deũ et statum angelorũ/ac triumphantis ecclesie. Itẽ Martinus vidit demones. et Jacob angelos: quando dixit castra dei sunt hec zc. Ergo concluditur q beata ỽgo que a nullo illustriũ vincit sua cõtemplatione qua oẽs excessit contemplatores poterat videre deũ z angelos/z demones/et animam ppriã/z substãtias rerũ incorporalium per seipsas. Quintũ est: pfecta cognitio oim ad statum vie ptinentiũ: quã habuit per gre illustrationẽ/ vel infusionem/et ispirationẽ. Unde habuit pfectã cognitionẽ oim scripturarũ operãdorum et contemplãdoꝝ. et q ipsa fuerit prophetata in oibus scripturis ꝓphetaꝝ/z figuris designata. Sextũ est cognitio oim circa se futurorũ: quã habuit p reuelationẽ z in speculo lectionẽ/atq; scripturaꝝ cognitionẽ. Septimũ est cognitio oim ad statũ patrie ptinẽtiũ quã habuit per cõtemplationis reuelationẽ. Octauum est omniũ creaturarũ q̃ sunt in toto mundo vel fuerunt aut erunt in rerũ natura stantiũ/cognitio quã habuit per naturã/z gratiã/et contẽplationẽ. Si cñ istud Ade est concessum/z datũ/vt oim aiantiũ terre z volatiliũ celi/ac bestiarum noticiã haberet z oibus noia vocaret cõgruentia fm suas ꝓprietates. Genes. ij. Item si Aristoteli/ philosophis/ac medicis/datum est nosse omniũ herbaꝝ virtutes lapidũq;: metallorũ: atq; stellarum celi: qñ teste Hiero. Aristoteles non solum sciuit naturas rerũ sed scripturas in libris tradidit. Quid mirum si Marie que fuit gratia plena/et dei veri mater donatum sit omnium creaturarum cognitionem perfectaz habere: maxime cũ paganis/et philosophis (vt dictum est) magna pro parte creaturarũ cognitio donata est. Nonum priuilegium q habuit matutinã simul et vespertinam cognitionem matutinam per gratiã. Uespertinam vero per naturam et gratiam. Decimum est conclusio ex predictis oibus q. sz. nullius proprie habuit ignoratiam. Unde propter obiectiones que fieri possent. Dicimus q beata virgo sufficiẽ-

ter perfecta fuit per habitum nature/et gratie/in operationes exire/et finem consequi cuiuslibet scientie. Et hac scientia exiuit in actum/et operationem/quãdo/vbi/z qualiter/et quantũ/ordinabat sibi ad beatitudinẽ/et alijs ad salutẽ. Habuit etiam perfectam cognitionem omniũ ad beatitudinẽ suã secundũ statum vie pertinentium: vel ad gratiam imptinentiũ. Unde ipsius anima beatissima nulla habuit in se inutilia vel impertinentia: sed per totuz fuit plena gratia. Unde omnia que fuerunt/in ipsius anima vel naturalia vel acquisita/sic erant gratia informata/vel cum gratia coniuncta: vt omnia essent gratuita. et per cõsequens fuit ois scientia eius gratuita: et omnis operatio ei⁹ gratuita/ vt fine omni restrictione largissima/z verissima interpretatione esset omnipharia gratia plena.

¶ Secundo dicitur quis famosus ratiõe potentie. quod patet. Genes. vj. c. vbi habetur q Gigantes erant super terrã. Isti sunt potentes a seculo viri famosi. vt cñ dicit q̃dã glo. his initiũ fuit a demonibus sumẽtib⁹ hois semẽ zc. De hoc semine gigantũ fuit Sanson: q̃ cẽtos viros peussit cũ mãdibula asini. et Golias. De hoc semine erat Alexãder magn⁹ vt q̃dã dicũt. Karolus magn⁹. Maria igit sup oẽs fuit potẽs. Tã potens q celũ aperuit: qđ Eua clausit. Tam potẽs/q ifernũ clausit: quẽ Adaz apuit. Tã potens q demonẽ suppeditauit. vñ Hiero. Hec est que celis dedit gliam: gẽtib⁹ fidẽ. vicijs finẽ. vite ordinẽ. morib⁹ disciplinã. vñ Cãt. iij. c. Terribilis vt castrorum acies ordinata.

¶ Tertio dicit q̃s famosus rone sctitatis Job. j: Erat aũt Job vir magn⁹ iter oẽs q̃ morabant i terra. Magn⁹ sctitate. Et de Johãne baptista. Luc. j. dr. Erit magn⁹ coram dño. Clama hic di. Heu prohdolor. Olim multi erãt seti hoies vtriusq; sexus magne sctitatis: z austeritat⁹: quoz fama per mundum volitabat. Ita q dicebatur in tali ciuitate est vnus episcopus sanct⁹ qui est pater pauperum/viduarum/z orphanorum. bonus pastor animaꝝ. zc. In tali oppido ẽ vn⁹ pr byter magne austeritat⁹ i quo de⁹ opat miracula. In tali villa est vna sancta vidua. In tali monasterio sunt religiosi sanctissimi. In tali heremo est vn⁹ heremita amicus dei: cui angeli sepe apparuerũt. z sic de alijs. Nũc autẽ totum oppositũ dicitur. Sunt cñ decẽ anni quibus pagro mundũ. nũc per italiã. nũc per Galliã. nũc per hyspaniã: fidẽ xpi predicando. Sed rarissime z quasi nunq̃ audiui nec intelleri q̃ diceret. Talis vir aut mulier est in tali ciuitate seu oppido vl̃ heremo: magne sanctitatis. Sed quid dicit mihi cũ deuenio ad aliquam ciuitatẽ siue oppidũ? Equidẽ michi dr. Predica frater Thoma. Quid? Noster epc⁹ seu prelatus tenet concubinã. quotidie vadit ad venandum ducẽs secũ canes z accipitres. O deꝰ meus. Hodiernis tẽporibus: cõcubinarij venatores/luxurioſi/lusores fiunt plati z pastores aiarum. Illi qui habent bonam bursam pecunijs repletã/fiunt epi/cardinales etiã si essent peiores cunctis alijs. O bone ieſu quomodo dispẽsatur (vt ita loquar) sanguis tuus? Bene facies vna die vindictam? Certe sic. zc. Predica frater Thoma. Quid? noster curatus tenet concubinã: ludit ad taxillos: vadit nocte per tabernas deferẽdo ensez z arma sicut vn⁹ leno. Predica frater thoma. quid? nñ dñs nos deꝑdatur: nõ est princeps sed tyrann⁹ potator sanguinis pauperũ. z sic etiã sunt alij/prepositi/castellani/psidentes/officiales/notarij/ z sic de alijs. Predica frater thoma. q̃d? in hac ciuitate seu oppido sũt multe concubine z cõcubinarij: macarele vsurarij/ inuidi/ superbi/ lusores/ blasphematores/ sortilegi/ luxurioſi/ auari/ tenentes odia/ partiales/ coreatrices/ excõmunicati/ nõ timentes excõicationẽ. O deus meus q̃ pauci sancti nunc in mũdo reperiunt q̃ pauci canonizant. zc. Practica. Ad ppositũ nostrũ redeundo. Maria virgo fuit sup oẽs sanctissima sicut probatuz est in pcedenti fmone. Sed nota pro nũc q triplex est sanctitas: vna dr diuinalis. s. dei sub qua fuit ipsa maria. vñ dicit q̃daz doctor. Rõnabiliter nos credimus q illa que genuit vnigenitũ plenũ gratie z veritatis: prie oibus alijs maiora gre priuilegia accepit. Secũda angelicalis. Tertia hũanalis: quos oẽs Maria superat. Et hoc

totū quia mater dei. O magnū quid. Hiero. Maior gra in maria nō potest intelligi: q̄ q̄ sit mater dei. Maior nāq̄ est excellentia virginis q̄ sit mater dei: q̄ q̄ sit domina omniū creaturarū. Hoc enim depēdet a filio: sicut ramus a sua radice. Patet ergo rōne approximatiōis q̄ maria virgo est mater omniū gratiarum

¶ Secundo mariā virginez esse matrē oim gratiarū probatur rōne humiliatiōis. Cōclusio est Theolo. Ubi est maior humilitas: ibi pcipue maior gratia. dicente apō iacobo. iiij. cap. sue cano. Superbis deus resistit: humilibus autē dat gratiā suam. Igitur humilioribus dat maior gra. Et Luc. xviij. Qui se humiliat exaltabit. Et j. ca. Exaltauit humiles. Sed ȳgo maria super oēs fuit humilior. Ergo sup oēs meruit culmen oim gratiarū. Et sic sequitur cōclusio vera. s. q̄ ipsa sit mater oīum gratiarū: Fuit autē humilis Maria ipsa tripliciter sicut sepe dictū est. s. in sermone de sacramentis ab ipsa susceptis. & in sermone de eius aduocatione ¶primo namq̄ fuit humilis in ore: quia verbū superbum nunq̄ protulit. Aug. Reuolue diligenti? euangelice hystorie seriez: & si quid increpatorium. siquid durū occurrerit in maria: de cetero suspectā habeas: & accedere verearis. hec ille. Immo in toto textu euā gelico nō inuenitur q̄ locuta fuerit nisi septem vicibus: & oia eius ȳba fuerūt sctā & edificatoria. Horum aūt verboꝝ tria dixit deo. duo angelo. & duo hoi. Uñ plura locuta est deo q̄ angelo vel homini. Ad inuemendum q̄ plus deo loqui debemus in oīone & deuotiōe q̄ cuilibet creature. ¶Primū autem verbū q̄ deo dixit fuit gratiaꝝ actionis. quod habetur Luce. j. Quādo enim se extollit auduit ab Elizabeth dixit. Magnifica aīa mea dñm. In quo cantico ipa virgo gloriosa deo gratias agit pro tot et tantis laudibus quas ei attribuebat Elizabeth omnia ipsi deo referens. Et in hoc dedit nobis exemplū q̄ quotidie debem? deo gratias agere pro receptis ab eo beneficijs referre. Secundū verbum eius fuit lamentationis quando amisit filium iam duodenarium. et tandem eo inuento dixit Luc. ij. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Ex quibus verbis nobis dedit exemplum q̄ si propter peccata nra perdidimus christum debemus eum querere cum dolore/ et contritione: & sic inueniemus. Tertium verbum fuit cōpassionis. quādo in nuptijs deficiente vino (vt habet Johā. ij.) dixit. Uinū nō habent. Ex cōpassione em̄ mota fuit hoc dicere: ne illi qui faciebant nuptias essent confusi. Hanc autē cōpassionez etiam nūc ostendit erga nos: quia quotidie orat pro nobis peccatorib? dicens. vinum non habent. Uinū nāq̄ quod humanum cor letificat: significat gratiam dei/ quam orat nobis concedi a deo. Et in hoc nobis dedit exemplum pietatis. Quartū verbum quod est primū dictū angelo fuit verbum honestatis. s. quomodo fiet istud quoniam virum nō cognosco? i. nō cognoscere propono. Luc. j. Et in hoc dedit nobis exemplū cauendi ab impudicis verbis quia corrumpūt bonos mores colloquia mala. j. ad Cor. xv. Quintum verbū fuit humilitatis quādo respondit angelo. Ecce ancilla dñi: fiat mihi sm̄ verbū tuū. Luce. j. In quibus verbis cū se vocauerit ancillam ipsa q̄ erat sponsa dei patris/ atq̄ electa mater filij dei & sacrariū spūssancti/ ac reclinatorium totius trinitatis. Et consequenter regina celorū: dña angelorum: et totius mundi imperatrix. Dedit nobis exemplum humiliationis. Sextū verbum quod primū fuit dictū hoi/ fuit verbū charitatis et dilectionis quando intrauit domum zacharie et salutauit Elizabeth. Luce. j. In hoc etiam dans exemplum q̄ nemini ex odio verbum referare debemus. Septimum verbum fuit veritatis et instructionis. quando vt habetur Johā. ij. dixit ministris nuptiarū. Quodcūq̄ dixerit vobis seruate et facite. O q̄ salutifera doctrina est ista. Felices nos si obseruabimus eā In quibus verbis nos instruxit q̄ proximis nostris debemus tradere bona documenta. Cum igitur in omnibus euangelijs non inueniatur q̄ dixerit plura verba q̄ septem edificatiua ac exēplis plena: valdeq̄ vtilia. merito dici potest plena gratia et humilitate in ore suo dulcissimo. Se

cundo corde fuit humilis: quia se indignā reputabat matrē dei. Tertio opere: q̄ nō dedignabatur seruire Elizabeth in partu.

¶ Sed dubiū insurgit. Quare fuit tā humilis maria super oēs. Respondeo q̄ triplici ratione. Prima q̄ debuit illū recipere totaliter in se: qui est super oēs. Ideo debuit humiliari infra oēs. Secunda q̄ debuit super omnes sanctos & sanctas & choros angelorum exaltari tanq̄ regina celi: ideo debuit esse humillima. Tertia quia sicut per superbiam Eue/ mors in mundū intrauit. sic econtrario: per Mariam humilitatē vita mundo reddita est. quia contraria contrarijs curātur. Unde ecclesia. Mortem quā femina intulit: femina fugauit. Nulla enim creatura est humilior inuenta sub celo ipsa virgine. Et licet maxima fuerit humilitas Abrahe cum dixit Gen. xviij. Loquar ad dñm cum sim pulvis & cinis. Et Job. cū dixit. xvij. Putredini dixi. pf̄ me? es: mater mea: & soror mea vermibus. Et Johānis baptiste dū se vocem appellauit. Tamen marie humilitas horum humilitatē: & quorūcunq̄ aliorum superauit. Unde in Can. suo. Respexit humilitatē ancille sue. in ȳbo ancille. Quat tuor ancillas legimus ex humilitate cecinisse cantieū: inter quas Maria principatum tenet. ¶Prima fuit maria soror moysi. de qua Exo. xv. dixit. Cantemus dño: gloriose em̄ magnificatus est. Secūda Anna j. Reg. ij. Exultauit cor meum in dño. &c. Tertia Judith. xv. Cantate dño in cimbalis. Quarta Maria virgo. Luc. j. Magnificat aīa mea dominum. Ex quo ergo maria super omnes fuit humilior. Sequitur q̄ recepit maiores gratias omnibus alijs sanctis. Igitur ipsa est mater omniū gratiarum.

¶ Tertio idem probatur ratione diuersitatis & multiplicitatis gratiarum. Constat enim omnibus gloriosam virginē esse matrem omnium gratiarū ex multitudine & diuersitate gratiarum: quas habuit in se. Habuit namq̄ gratias corporales/ mentales/ & celestes. Gratias autem corporales habuit quattuor que fluxerūt in carne eius: quia ipsa fuit virginitatis primiceria: sine corruptione fecunda: sine grauedine grauida: et sine dolore puerpera. Gratie mentales sive spirituales fuerunt quattuor que fluxerunt in mente. s. deuotio humilitatis reuerentia pudoris: magnitudo credulitatis: et martyrium cordis. Gratie celestes similiter fuerunt quattuor. s. eius in vtero super omnes sanctificatio: angelica salutatio: spiritussancti superuentio: et filij dei conceptio. Habuit etiam gratiarum diuersitatem.

¶ Primo gratie inuentionem. vnde dixit ei angelus Luce. j. Inuenisti gratiā apud deum. Ubi Barnard. ait. Inuenisti gratiam quam querebas. inuenisti quod ante te nemo inuenire potuit. Maxima enim fuit gratia & maximum miraculum repertum q̄ deus omnipotens quē celi celorum capere nō possunt: in vnius virginis vtero clauderetur. Unde canit ecclesia. Sancta et immaculata virginitas q̄bus te laudibus efferam nescio &c. Fuit etiam maxima gratia inuenta & maximū miraculum vt deus et homo in vnam personam conuenirent: ac deum & hominem virgo generaret: vt idem esset dei et virginis filius: sicut dicit Ansel. Quid denicq̄ mirabilius q̄ deū ipassibilis/ immortal' et fortissim? ac potentissim?: omnia regens. Ipse in virgine fieret passibilis/ mortalis/ et imbecillis puer ab ipsa portaretur. Unde Augu. Quis vnq̄ existimare posset vt portaretur manibus femineis portitorib? bis: panis angelorum aleretur: vita omniū moreretur. O stupenda miracula.

¶ Secundo habuit gratie repletionem. Unde angelus vocauit eam Gratia plenam. Est autem triplex plenitudo gratie Prima est effluxiua & non receptiua. Et appellatur plenitudo eterna. et hec est in deo solo: qui dat gratiam et non recipit ab aliquo: iuxta illud p̄s. lxxxiij. Gratiam et gloriam dabit dominus. Hanc plenitudinem recepit virgo maria in se: quia deum in mente habuit plenum gratiarum: & in ventre per incarnationem. sicut ꝰ. dictus est. Et hoc modo nullus habuit plenitudinem gratiarum nisi ipsa. Secunda plenitudo fuit in christo secundum humanitatem, iuxta illud Johan. j. Plenum gre

et veritatis. et Esa. xj. dicitur. requiescet super eū spiritus domini. Sed sciendū q̄ omnibus sanctis data est gratia ad mēsuram/licet nobis ignotam: sed illi notissimam qui omnia constituit in pondere/numero/et mensura. Homini autem xp̄o. i. anime eius infusa fuit gratia ab initio sue conceptionis sine mensura. ſm illud Johan. iij. Non enim ad mensuram dat deus spm̄. ſ. ipsi xp̄o. Fuit ergo plenus gratia: quia inquantū homo habuit gratiam quā deus habet per naturam. Unde dicit Isidorus in libro de trinitate: q̄ trinitas sibi soli nota est ⁊ homini assumpto. Verum quia anima xp̄i carni fuit vnita in ventre virginis: sic etiam potest dici q̄ ista plenitudo sine mensura fuit in virgine vt dicatur gratia plena. et ita intelligitur illud Hieron̄y. ad Eusto. In maria totius gratie que in xp̄o fuit venit plenitudo. Tertia plenitudo est illa que datur ad mensuram. dicuntur autem pleni ſm capacitatem suam. Et hec plenitudo fuit excellentissime in maria: que sola tantam gratiaz habuit q̄ omnis pura creatura maiorem recipere nō potuit. Nam nisi ipsa esset deus/non posset maior gratia intelligi q̄ sit mater dei. Hec ergo mensura gratiarū tantum abundans fuit in virgine: quantum ad recipiendum fuit lata capacitas vniuerse creature.

¶ Tertio habuit gratie accumulationez quia ea que alij sancti habuerunt particulariter: sicut dictum est in precedenti sermone: ipsa habuit vniuersaliter. Uñ Hieronymus in sermone assumptionis ait. Bene gratia plena: quia ceteris per partes gratia prestatur. Marie vero tota se infudit gratie plenitudo. Et Bernardus exponens illud Eccli. xxiiij. In plenitudine sanctorum detentio mea/ait. Bene in plenitudine sanctorum Marie fuit cui nō defuit fides patriarcharum/spes prophetarum/zelus apostolorū/constantia martyrum/sobrietas confessorum/castitas virginum/fecunditas coniugatorum/insuper et puritas angelorum. Taceat ergo Hester de sua nobilitate/Susanna de sua castitate/Ruth de sua iusticia/Delbora de sua prudentia. Rachel de sua pulchritudine/Judith de sua fortitudine: q̄ maria supergressa est omnibus.

¶ Quarto habuit gratie de se accumulate impermixtione. Alij nāq̄ sancti habuerunt gratiam sed cum permixtione venialium. In ipsa autem nulla fuit peccati admixtio. iuxta illud Canti. iij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Ipsa enim fuit pulchra: quia sine peccato originali. fuit tota pulchra q̄ sine peccato actuali. Fuit etiaz sine macula: quia sine peccato veniali.

¶ Quinto habuit gratie impermixte cōseruationem ⁊ confirmationem. Adeo nā q̄ in gratia confirmata fuit ⁊ conseruata q̄ ab illa nunq̄ cadere potuit: eo q̄ diuina sapientia septem columnis eam munivit. Sapientie. ix. Per septem autem columnas intelligi possunt septem dona spiritussancti: quibus ipa plena fuit. vel possunt intelligi septem virtutes tres theologice: ⁊ quattuor cardinales siue politice: quas ipsa habuit. Unde Eccli. xxiiij. ipsa ait. In me omnis gratia vite ⁊ virtutis.

¶ Sexto habuit gratie conseruate remunerationem. Quia enim deus dat mensuram glorie ſm quantitatem gratie: Ideo deus sibi immensitatem glorie contulit. Quia immensam gratiam habuit. Patz ergo ratione multiplicitatis ⁊ diuersitatiz ipsam mariam virginem esse matrem omnium gratiarum.

¶ Quarto hoc etiam probatur ratione emanationis seu diffusionis. Quia super nos misericordiam et gratiam suam longe late/sublimiter et profunde diffundit. Unde Bernar. ait. Quis o benedicta misericordie tue longitudinem/latitudinē/sublimitatem ⁊ profundum inuestigare possit. Longitudo eius vsq̄ in diem nouissimum subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum vt misericordia eius plena sit omnis terra. Sublimitas eiz ciuitatis superne ruinas instauravit. Profunditas eius sedētibus in regione vmbre

mortis redēptionē obtinuit. tu ergo pietatis gratiā quam apud deum inuenisti nō facias mundo: obtinēdo reis veniā/egris medelā/pusillis corde robur/afflictis cōsolationē/periclitantibus adiutorium et liberationem. hec ille.

¶ Sed pro maiori predictorū declaratione est sciendū q̄ beata virgo habuit gratiam puram/plenam/et superplenam. Habuit nāq̄ gratiam puram sine alicuius cōtrarij admixtione. Habuit plenam gratiā sine aliqua diminutione. habuit gratiam superplenā cum larga diffusione.

¶ Primo habuit gratiam purā sine contrarij admixtione. Sancti enim alij in vita presenti: et si haberēt gratiam: tamē cum ea habebant admixtionem. Primo timoris. ſ. ne essent ingrati deo. Eccli. ix. Nemo scit. ⁊c. vel ne caderent a gratia. j. ad Cor. x. ca. Qui se existimat stare videat ne cadat. Istam autē admixtionem timoris beata virgo nō habuit: quia certa erat se gratiam dei habere. Cum ei angelus ex parte dei dixisset. Ave gratia plena. Sciebat etiam q̄ a gratia cadere non poterat. vnde dicere poterat illud Eccli. xxiiij. Usq̄ ad futurum seculum nō desinam. Secūdo serui dei habent admixtionē laboris: quia oportet eos multum laborare ad sensualitatem obdomandam ⁊ rationi subiciendam. iuxta illud. j. ad Cor. ix. Castigo corpus meum: et in seruitutem redigo ⁊c. Istam autem admixtionez laboris nō habuit virgo benedicta: quia nullos motus rationi contrarios vnq̄ persensit. Unde Bernard. ait. Beata virgo ictus impugnatiōis nunq̄ pertulit: ⁊ incentiua carnis nō toleravit. caput serpentis contriuit, ita q̄ eam fugiens expauit. Tertio sancti viri habent admixtionem doloris: ex eo q̄ multos defectꝰ se habere vident. Et si aliquis defectuz se habere non crederet tunc ipse omnes haberet iuxta illud. Bernard. in quodam sermone. Omnia illi desunt qui nihil sibi deesse putat. Istam autem admixtionem beata virgo nō habuit quia nullus defectus gratie vnq̄ in ea fuit sed omnes gratias et virtutes semper habuit.

¶ Ex quo secūdo sequitur q̄ habuit gratiam plenā sine aliquo defectu vel diminutione. Magnum quippe est habere potētiā receptiuā gratie quā habēt pctōres dum sunt in mundo. sed ea carent damnati in inferno: Et illud est magnū chaos quod est in inferno. impotentia. ſ. ad gratiam recipiendam: iuxta illud. Luce. xvj Inter nos et vos est magnū chaos. Quis est habere gustuz siue guttam gratie quā habent boni dum adhuc sunt imperfecti Et ista gutta gratie valet eis ad bonorum operū fecundationem: et ad vitiorum refrigerationem. ac sitis mūdane extinctionem. Maximuz vero est habere calicem plenum gratie: quem habent viri perfecti. De quibus dicitur. Actuum. ij. c. Repleti sunt omnes spiritusancto. Et iste calix gratie valet eis ad salutem acquirendam ad fiduciā de deo obtinendam: ⁊ ad consolationem mūdanam obliuioni tradendam. Per maximū autem est habere fontem gratie quem habēt beati. Et iste fons eos vinificat/et satiat/ac inebriat. iuxta illud. pſ. xxxv. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Ad istum autem fontem sitiens peruenire prophēta et vbi fatiari petebat dicens. pſ. xlj. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. ⁊c. Supermaximuz vero est non tantum habere potentiam receptiuam gratie/ et gustū gratie/atq̄ calicem gratie: sed etiam fluuiuz omnium gratiarum. Et istam plenitudinem habet beata virgo maria. De qua dicitur. Canti. iiij. c. Fons hortorum puteus aquarum viuentium que fluunt impetu de libano. Ipsa est enim puteus aquaruz viuentium inquantum peccatores mortuos vinificat a peccato: Est fons hortorum inquantum bonos fecundat in opere bono. Est fluuius vadēs cum impetu: inquantum beatos letificat in celo. iuxta illud. pſ. xlv. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei.

¶ Tertio habuit et habet gratiam superplenam cum larga et plena diffusione. Unde Bernardus inquit. Beata virgo

velut alterum solē induit: quia sicut ille super bonos ⁊ malos indifferenter oritur. sic ipsa quoq; preterita merita nō discernit: sed oībus exorabilem ⁊ clementissimā se exponit: omniūq; necessitates amplissimo miseratur affectu. Tam copiosa autez est ⁊ tam plena q eius plenitudinē sensit infernus. q; per eam expoliatus fuit. Sensit terra. quia mortuos reddidit. Sēsit celum quod se aperuit. Senserunt angeli: qui fuerunt reparati. Senserunt peccatores qui fuerūt iustificati. Senserunt iusti qui fuerunt beatificati. Addit etiā Bernā. Virgo beata preciosum illud balsamum tanta copia tantaq; diffundit plenitudine vt copiosissime influat circūquaq;. Et iterū ait. Quāto ergo devotionis affectu mariā a nobis honorari voluit deus qui totiꝰ boni plenitudinē in ea posuit vt si qd i nobis est spei. si quid gratie vel salutis. ab ea noverimus redūdare q̄ ascendit affluens delitijs. Totis ergo medullis cordis venerem mariam: quia sic est voluntas eius qui totum nos habere voluit per illā. hec ille. Habuit igitur ⁊ habet beatissima virgo plenitudinē gratiaruz. ergo ipsa est mater omnium gratiarum.

¶ Sed adhuc notandū est vltra que dicta sunt de gratis q quadrupler est plenitudo gr̄e. s. sufficientie abundātie/excellentie ⁊ effluentie.

¶ Prima dicitur sufficientie quā habent oēs electi: qui quidē habent oīa que sunt eis sufficientia ad salutē. De qua plenitudine dicit Actuū. vj. Stephanus autem plenus gratia. Et hec plenitudo assimilatur plenitudini vasis. Vas enim habet plenitudinem mensuratā ſm suam proportionē. Sic ⁊ deus ſm q homo disponit vas anime vat sibi mensurā gratie: iuxta illud ad Ephe. iiij. Unicuiq; data est gratia ſm mensuram donationis xp̄i.

¶ Secunda est plenitudo abundātie quā habuerunt apostoli qui pre ceteris sanctis spiritumsanctū in maiori abundantia receperūt. Et ita intelligitur illud actuū. j. Repleti sunt omnes spū sācto. Et hec plenitudo assimilatur plenitudini riuuli decurrentis. Ipsi enim riuos doctrinarū suarum sparserunt: ⁊ ipsum mundū infecundum germinare fecerūt. iuxta illud. pſ. Riuos eius inebriās multiplica genimina eius ⁊c. De istis riuis dicit Esa. xxxiij. Locus fluuiorum riui latissimi et patētes Sancti essi apostoli fuerunt locus fluuiorum per plenā a deo receptam sapientiā: ⁊ fuerunt riui per manantem doctrinam: et fuerūt patentes per sanctam conuersationem apertam.

¶ Tertia est excellentie quā habuit beata virgo. Et ita intelligitur verbuz angeli ad Mariam dicentis. Aue gr̄a plena. Ipsa essi excellentissime super oēs ap̄los/ et sanctos/spiritūsanctum recepit. iuxta illud Prouerb. viij. c. Multe filie cōgregauerunt sibi divitias: tu vero supgressa es vniuersas. Cetere essi habuerunt mensuram gr̄e. Maria autem fontem gr̄arū. Cetere habuerunt virtutes ⁊ gr̄as pticulariter. Maria vo habuit vniuersaliter. vtſ. dictum est. Et hec plenitudo Marie assimilatur plenitudini fontis. per illud. Cant. iiij. c. Fons hortorum ⁊c. vtſ.

¶ Quarta est plenitudo effluētie: quam habuit xp̄s. Unde de ipso dicit Joh. j. ca. De plenitudine eius oēs accepimus gratiā pro gratia. Hec eni plenitudo xp̄i assimilat plenitudini fluminis. q; a nullo alio flumine incipit sed a mari pcedit et semp fluit. De quo dicit. pſ. lxxij. Flumē dei repletum est aquis. ⁊c. Istud aūt flumen sic ipletuz matrē suā spūsancto sic impleuit q seipsum qui est cibus angelorū in ea preparauit in cibum hominum. Ideo subdit in pſ. Parasti cibū illoz: qm̄ ita est preparatio eius. Deinde emisit riuos. i. ap̄los: quos sic inebriauit. i. in tanta abūdantia impleuit q per eos germina fidei per totū orbez multiplicauit. Ideo subdit. Riuos eius multiplica genimina eius. Deinde illud flumē emisit stillicidia. i. i cordibus aliorū sanctorum misit spūssancti dona: per que gaudenter eos germinare facit p bona opera. Ideo subditur. In stillicidijs eius letabitur germinans.

¶ Istam aūt plenitudinē supeffluentem xp̄s donauit matri sue. quia de plenitudie eius accipiūt vniuersi. Non tn̄ omnibus equaliter se diffundit. sed ſm dispositionē recipiētiū dat mensuraz gratiarū. Habet

enim quadrupliceem mensurā. de qua di Luce. vj. Mensuram bonā et cōfertā ⁊ coagitatam ⁊ supereffluentē dabunt in sinū vestrum. Ipsa nāq; quosdā facit bene incipere per gratiā incipientem: et istis dat mensuram bonā. Quosdā facit in medio proficere per gratiam progredientē: ⁊ istis dat mensuram confertā: q; maiorem gratiam eis cōfert Quosdā facit perseverare et istis dat mensuram coagitatā: quia gratia dei sic exagitat eos ⁊ cōfirmat q ab ipa nunq̄ cadunt. Quosdam vero facit supereffluere per gratiam efficientem per quaz ipsi effluunt modo per verba edificatoria modo p bona exempla/ ⁊ modo p misericordie opera.

¶ Notanduz autē q sunt quattuor signa plenitudinis. Primū est nō resonare sicut patet in vase pleno vino quod repercussū nō resonat. Secūdum est nō plus appetere: sicut patet in stomacho pleno qui non plus appetit eo q saturitatē habet. Ideo dicitur Prouerb. ȳ. Anima saturata calcabit fauum. Anima vero esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Tertiū signum est ponderosum esse: sicut patet in vase qd quādo est vacuum est leue. sed quando est plenū est ponderosum. Quartum est supeffluere: sicut patet in fluuio inundante. Ista aūt quattuor signa fuerūt i beata virgine. per que ostenditur q fuit ⁊ est gratia plena et mater omniū gratiarum. Primo enim nunq̄ resonauit per impatientiā vel murmurationē: licet multas tribulatiōes perpessa sit: sed semper de oībus deo gratias egit. Secundo q ad eoz suum fuit plenum amore celestiū q nunq̄ mundana appetijt: sed semper terrena despexit: quia celestem dulcedinē degustauit. Ideo omnis dulcedo mundana sibi amara fuit Nam sicut dicit Chrisſ. Uere nō habet qs super terrā amet qui celestem dulcedinez degustauit. Tertio intantum fuit prima gratie plenitudine pōderosa q si ipa sola in vna statera poneretur ex vna parte et ceteri omnes sancti tam noui q veteris testamēti et omnes angeli in alia: ipsa amplius ponderaret. ⁊c. Quarto per continua beneficia nunq̄ effluere cessauit. Unde Bernard. super missus est ait. De plenitudine Marie accipiunt vniuersi. Captiuus redemptionē/ cecus illuminationem/eger curationem/tristis consolationem/peccator veniam/iustus gratiā/angelus leticiam: filius dei humane carnis substantiam: ⁊ tota trinitas gloriam: ita vt non sit qui se abscondat a calore eius. Unde patet q ratione emanatiōis seu diffusionis maria virgo benedicta est mater omnium gratiarum.

¶ Quinto hoc etiā demōstratur et pbatur rōne dispensationis. Et hec ratio cōformatur cū precedenti/et illā confirmat. Nulla nā gratia a deo in nos descēdit nisi per manus beate virginis dispensetur. Mirum a tempore quo virgo cōcepit dei verbum vt sic dicam iurisdictionem ⁊ auctoritatē obtinuit in omni processione temporali spirituſſancti: ita q nulla creaturaaliquā gratiam vel virtutem spirituſſancti obtinuit nisi secūdū ipsius pie matris dispensationem. Hinc Bernard.

Deus omnium bonorū plenitudinē posuit in Maria: vt si quid spei/si quid salutis. si quid gratie in nos redundauerit: totū per manus Marie transierit. Et nulla gr̄a venit de celo ad terrā nisi per manus eius pertransierit. hec ille. Hinc ⁊ Biero. in sermo. assumptio. In xp̄o fuit plenitudo gr̄e sicut in capite influente. In maria vero sicut in collo transfundente. Unī Cāti. vij de virgine ad xp̄m Salo. ait. Collus tuus sicut turris eburnea. Sicut nēpe per collum vitales spūs a capite descendūt in corpus: sic per virginē a capite xp̄o vitales gr̄e in eius corpus mysticū transfundunt. Ubi nota q in defluxu diuinarū gr̄arum ſm q trahit ex verbis Dionysij. iij. celestis hierar. Iste est ordo: vt pri9 a deo defluant in benedictā animā xp̄i. Indeq; in beatā animā virginis matris. deinde in seraphin. et sic successiue in sanctos alios ordines angelorū. ⁊ tandem in ecclesiā militantē. Ex quo nēpe totus deus ⁊ tota natura diuina ſm totū suum esse/posse/scire et velle diuinū ītra v̄ginis veterū clausit se vbi ⁊ mensibus nouē habitauit: nō timco dicere q in omnium gratiarū effluxu hec virgo quandā iurisditionē habuerit de cu-

ins vtero virgineo quasi de quodam diuinitatis oceano riui et flumina emanāt oium gratiarum. Un Eccli. xxiiij. in persona ei⁹ inquit scriptura sacra et sancta: de ipsa canit ecclesia verba pro themate nostro sumpta. In me omnis gratia vie et veritatis. In me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a ḡnationibus meis adimplemini. Ex quo patet: quia omnis gr̄e fons in maria est: et ipsa est dispensatrix ois gratie vt ad ipsaz recurramus in oi salute habēda: et spe ac vtute et gloria eterna cōsequēda: tanq̄ ad matrem omnium gratiarū. Proinde ipsa merito figuratur per lunā. Can. vj. Pulchra vt luna. quia luna dominatur oibus humoribus infundens cunctis liquorē humoremq̄ corporibus. Nam ad motū lune fluxus et refluxus marium. j. Methe. Unde et cancri et conche et iam herbe succo pleniores sunt: in plenilunio abundantes. Sic beatissima virgo dominium habet super influxu omnis gratie et dispensatione. Et qui deuotius ei famulant in terris ampliori gratia per ipsaz abundāt que est mater gratie. vnde canit ecclesia. Maria mater gratie. tc.

¶ Sed dices. Quomodo hoc attribuitur beate virgini vt ipsa sit mater et dispensatrix omnis gratie in mundo. cum gratie fons et auctor sit ipemet deus. Et gratia a solo deo infunditur Immo donuz gratie ex quo excedit omnē facultatem nature create cuz nil aliud sit q̄ q̄dam participatio diuine nature. Ideo impossibile est q̄ aliqua alia creatura gratiam causet sed solius dei est hoc. s. causare gratiam in anima?

Ad hoc respōdef q̄ verū est principaliter efficiendo: qz sic solus deus causat et infūdit gratiam et dispēsat. Attamē beata virgo dicit mater gr̄e per mediationē vt s. declaratū est. Unde ipsa in influxu gratie a deo obtinuit specialem iurisdictionem et auctoritatē participatiue. Quod declaratur taliter: Preter ea q̄ supra tacta sunt de ordine influxus gratiarū. Reperio in rege dño iesu duas dignissimas dignitates. Prima q̄ sit eternus deus genitus ab eterno. Secūda q̄ deū producit ab eterno eq̄ spūsanctum spirat. Modo ipse dūs iesus clausus in vtero v̄ginis in eternitate a deo patre deq̄ generabat eternus. Et in eadem eternitate ipse puer in ventre matris deū. i. spūsanctum spirabat et pduce bat: quia nunq̄ destitit generaria patre et spirare spiritum sanctū: cū nunq̄ destitit esse deus etiā in vtero materno. Ex hoc ergo q̄ beata virgo ipsuz cōcepit vtrāq̄ hāc eius dignitatem participauit. Primā quidem. s. q̄ iesus est generatus a deo participauit mater virgo adeo infinito bono q̄ iesus nō dicatur verius filius dei q̄ filius virginis: nec dignior est filius dei in throno paterno sedens/ vestitus claritate et luce inaccessibili quam habuit ab eterno: q̄ existens in vtero virginis vel inuolutus pannis pauperculis super fenum in presepe reclinatus. Secundam quoq̄ dignitatem beata virgo participauit: qz ipsa extitit mater filq dei qui pducit spirituz sanctum: et qui est fons et auctor ac causa omnis gratie spiritussancti. Unde eoipso quo mater fontis gratie. i. christi filq dei extitit: omnium bonorum et omnium gratiarum mater est effecta: eo q̄ fons gratiarum christus ex ipsa/ et per ipsam in hunc mundum exiuit et venit. Ideo ipsa virgo gloriosa tantam habet iurisdictionem/ et auctoritatem a filio dei in defluxu et dispē satione gratiaruz spiritussancti. q̄ omnia dona/ et omnes virtutes et gr̄e/ et omnia bona quibus vult: quando vult. quomodo vult. et quantum vult per manus ipsi⁹ administrantur. Clama hic ad beatam v̄ginē cantando voce dulcissona. di. O vere admirabilis gratie/ et excellentie virgo O vere vas admirabile. op⁹ excelsi: quis vnq̄ a seculo vidit talia: vt vna puella/ vna virgo sit tam excellentissime creata: tam nobilissima pulchritudine decorata: tamq̄ ineffabilibus donis gratiarum sublimata/ O dignissima v̄go. O femina ab oibus sup oia benedicta. Uere te sol et luna: celū et terra miranf: vere te ois creatura digne veneraf. Ue felix es et omni laude dignissima: qz te ortus est sol iusticie xp̄s de⁹ noster. Tu eñ nobilitas et pseruatio gñis humani. Tu meriti latitudo et cōsūmata ptās oim creatoz. tu vnica mf dei tu dña vniuersi: regina mundi. Tu mater et dispensatrix omniū gratiarum. Tu cōsumatio vniuersi. et ecclesie sancte decor. Tu nostra satisfactio digna coram largitore cunctoz bonorum. Tu omniū donoz et gratiarum incomprehensibilis magni tudo. Tu preelectum et dignissimū vasculuz a primo artifice fabrefactū essentie dei capax templū dei. Tu hortus deliciaruz: tu exemplū oim bonorum. cōsolatio deuotorum. et totius salutis radix/ et oinamētum. Tu porta celi: leticia paradisi: et vltra q̄ dici possit glia summi dei. Uere balbutiendo has laudes et excellentias tuas pronunciam⁹. sed tuam immēsam dulcedinē supplicit exoramus. vt tu suppleas benignitate tua/ insufficientias nostras. vt te digne laudare possimus: per infinita secula secula seculoruz. O dulcissima mater nostra maria vnica spes nostra et refugiuz anime nostre: ad te nos filq Eue: nos miseri et peccatis pleni: nos dānatione digni merito clamamus: suspiramus: et flebili voce supplicando accedimus te inuocamus nostram dominā: nostraz aduocatā: nostram reginā gloriosam: matrē dulcissimam dñi iesu: matrem pyssimam gratie et misericordie. Te inq̄ solatium cordis nostri. matrem nostram adoptatam: tuam imploramus clementiā dulcis spes et vita nostra: quatinus digneris rcordari quia pro nobis peccatorib⁹ es electa: pro nobis ad tantam dignitatem prouecta. et idcirco nos/ tuo filio recōmenda: dulci iesu nostro reconcilia. et da ipso frui in celesti patria. Amen.

¶ Gratiaz actio auctoris ad deū omnipotentē et ad gloriosam ei⁹ genitricē mariā de prima pte sermonum completa.

O Deus sub cuius custodia protegimur ab insidiis inimici. tibi omnis virt⁹/ et gloria tribuatur: qui ordinasti hac dispositione totum mundum/ vt omnia bona q̄ sunt vl̄ possunt esse pcedāt et descēdāt a tua virtuosissima pfectissimaq̄ bonitate. O summū oim culmen rerū maiora bona et meliora que possunt esse in hominibus scio et percipio ista esse: vt tu benedicaris ab eisdem/ venereris/ metuaris/ glorificeris: et sic de similibus. et nulla alia bona possunt istis aliquatenus comparari. Misericors dñe et saluator. donū quod inest iusto homini/ non habet illud a seipso: sz a te a quo quicquid boni est procedit. quia si ipse te diligit et honorat/ cognoscens tuam maximam bonitatem/ suāq̄ percipiens miseriam et fragilitatē: id nō inest ei ex se: sed de tue influentia bonitatis. quia nisi tu sibi ifunderes illud bonū: ad euz nullatenus deueniret. Nam nisi tu post creationem hominis in eo poneres tuaz gratiam et iuuamen/ sed sua natura permitteres eum vti/ que inest ei a parte priuationis: nunq̄ homo per se faceret vl̄ lum bonum/ immo esse suum deleretur et rediret ad non esse. et licet tu domine in esse hominem sustineres. tamen parum faceret bonum: nisi tu sibi bona gratie largireris. Omnes generaliter sustinentur in esse a tua domine bonitate. sz aliqui sunt qui incedunt per cursum sue proprie nature/ et tales sunt illi qui credunt esse maiori et altiori gradu bonoris et bonitatis/ q̄ sint. quia ipsi credunt q̄ per se sint boni/ et in veritate sit oino mō cotrario. quia ipsi de se mali sunt et perueri. sed illi qui sunt beneficiati tue muneribus gratie: sunt illi qui cognoscunt q̄ quicquid boni inest eis/ pcedit a tua largiflua bonitate. et malum quod inest eis prouenit a seipsis. Singularis domine refugiuz miserorum. tibi ergo laus/ honor/ et reuerentia tribuatur Exaltetur nomen tuum/ per omnes huius seculi nationes. Gratiarum actiones tibi ago. quia infudisti mihi indigno seruulo donum tue gratie/ ita q̄ ipa supplēte meā ignorantiam/ perfeci integre primaz partem sermonum: et confidens de largitate tue benignitatis: spero aliam partem refiduam ad felicem effectum deducere ad laudem et gloriam tui deus.

Nunc vt me vertam ad te o celoz regina Dio supplex et accliuis ego miser et peccator vilis. ac tota precor deuotione mentis te o dignissima et felix altissimi filq dei genitrix: dña oim creatoruz sublimis: vir

go singularis: iter omnes mitis. O superbenedicta maria gloria totius curie celestis: te flagito tibi me indignū recōmēdo nunc et in hora mortis te vtiq; inuoco vt nunc iter cedere pro me digneris. Has quoq; laudes tui honoris (licet minime sufficientes) descriptas in sermonib9 premissis accipere ne dedigneris. Nam reuera tu scis quoniam licet improbus pariter et indignus laudator sim et seruus inutilis: nihilominus quantum mihi donare gratiose dignata existis. id quod habui feci. et quod potui obtuli ad laudem tui nominis. Tu ergo o gloriosissima domina meam insufficientiam excusa pietate tua et bonitate ineffabili qua es plena gratia: quam laudat omnis factura. Tu super cunctas virgo virginū beatissima: meas innumeras culpas dele tua miseratione nimia. Eya o aduocata nostra/ vita spes et gloria. flectos tuos misericordes oculos ad me inclina: et me miserrimum tuorū deuotorū numero et bñficio aggrega. Da mihi o amātissima domina mea Maria presanctissima/ perseuerantem in tua famulatū gratia: et in mortis hora tu tuo filio preduleissimo Jesu/ meam animam recōmenda: fove gratia tua/ ne per sua pereat scelera: et post mortem fac me immeritum participem celesti gloria. vbi te et tuum amantissimum Jesum laudem per seculorū secula.

AMEN

Karolus Beduorius Delphus Parisiensis. Reuerendissimo in xpō Jesu patri et antiquę generositatis/ Spectatissimo viro/ Dñoq; suo/ et Alumno Dño Abbati Uezeliaci. S.D.

Cum hijs superioribus diebus/ ad officinā calcographorū (Presul prestantissime) aliquādo secessissem: incidit in manus meas illa nedū aurea/ sed et gēmea viri vndecūq; spectatissimi fratris Thome Illyrici qui: velut nouum sydus ortū in eccliā emicat prima sermonum pars. Quam cum vir insignis frater Masseus de fruzascho eius cōdiscipulus: maximaq; familiaritate mihi deuinctus: et litteris impressorijs excudendam daret: Oculis subiecī/ legi/ perlegi/ erroresq; aliquos calcographorū: lima qua solent amici (absit verbo inuidia) castigaui. Diutius igitur mecum hesitans pater prestantissime/ quibus vigilijs/ quo conatu/ qua membrorum defatigatiōe/ tuis erga me meritis (quibus apud me ab ephebis ad hec vsq; tempora. et perbenigne et q̄ humaniter vsus es) aliquas ex parte condignas habere gratias. Inconfesso est rudis/ ac tenuis nostra minerua calūniam compescere conabatur. Inuitauit me tamen tua singularis modestia/ summa benignitas/ precipua quedam vite/ ac morum obseruantia vt hoc epistolū munere te salutatum adirē. Exilis res est. fatemur. Sed tua in me/ que summa est/ benenolētia: rem tenuam/ arduā redder tua estimatione. Suscipias igitur queso benigna fronte/ tanti viri opus preclarissimum. Legas/ relegas: videbis quibus articulis: qua dicendi facūdia: quibus questionibus/ responsionibus/ sermones archi tectatus sit suos. Non temere. non insulse/ quid positum/ nec quid preter veritatem dictum inuenies. Non discedit a recta fide. Nihil vnq̄ indignum profert bono viro: O virum commendandum laude hominū sempiterna. Quis abneget quantos fructus? quantas vtilitates vniuerso orbi suus strēnuus et nō parnus labor/ sua eximia virtus/ attulerit? An ne incompertum est/ quantum profuerit vox eius apud Thoiosates nostros? tam ad emendationē morum: q̄ ad defendendas/ que multe fuissent corporis/ et anime/ pestes? Nonne que dominatrix hominū erat tabifica ludi pestis/ suis clamoribus profugata est? Alearum ludus expulsus? nonne furtis/ adulteriū/ rapinis/ illicitis concubitibus/ brutis clericorum moribus/ discole vite/ discolis habitibus/ calcaria adiecit? O mores nostrorum (vt materno vocabulo vtar) predicatorum (pace illorū dixerim) istius dissimiles. Sunt qui nullis pecunijs contenti: nulla mercede satiari: adeunt vrbes/ vicos/ plateas/ porticus/ templa/ domos/ orbem/ et maria peruertunt ad pecuniā eruendam: futuros expauescentes languores: et cōtinuis languoribus cruciātur: Nunq̄ corpori/ neq; anime indulgentes. Isti in sermonibus magis loquacitati/ q̄ hominū vtilitati student. Prorūpunt in multa verba. nec curāt quibus vnguētis lesis possint mederi pściētijs. Illud preterea admonitione multa dignum duxi. Q̄ ab hijs ita vitia hominū cohercentur: vt illa mulcere videantur: oleum/ atq; operam (vt aiunt) perdentes. O nia paulo vidi multos eorum predicationibus effectos emendatiores. Id in causa est. quia huc et illuc vagantur: prout lingue fert libido. non languoribus/ quibus anima detinetur subuenientes.

O bone deus/cui abscondita omnia referata sunt.quantum ab hõs vir ille probus seruus tuus frater Thomas Illyricus? Audiui sepe/cum doctrinam tuam palam profiteretur:nos errare/labi/falli/decipi/ac seduci. Et nisi mores cõmutaremus: aliqd finistri nobis/et ciuitati predixit.Fuerunt nonnulli/ qui quodam vente canino cepere illum corodere:& labõs subsannare.Sed heu proh dolor.non coniecturis vtebatur/sed certissima vaticinatione/qua preteritis cõnectens presentia:causasq; rerum/et principia recordans/velut oculis videre videbatur.nescio q̃ futurã pergrãdem tempestatem. Ea autẽ vt videmus quotidie increscunt/vt in ea opinione confirmet. Erant lapsis temporibus in orthodoxa fide reges/principes/presules/quorũ viribus freta ecclesia/se tuebatur aduersus impugnãtes. Nunc quasi omnes amici eius spreuerunt eam:et facti sunt ei inimici. Iccirco:cũ tu tanq̃ antesignans occurrens qui semper militanti ecclesie humeros prebueris latos:non veritus sum/tanti viri opus offerre:vt tua prestantia muniatur. Uale dulce decus & presidium meum. Dat. Tholose. M.ccccxxj. ix. Kal. Julij.

Tuus humilis seruulus:et tanq̃ filius Karolus qui vt supra.

Illyricus Thomas diuini dogmatis ardens
Orator:populo nunc sua scripta dedit.
Scripta pios mores/verũq; docentia finem/
Et sacra virtutum:primaq; signa sequi.
Hec offerre tuo libuit monumenta fauori/
Mecenas/cui iam debeo cuncta. Uale.

Fratris Thome Illyrici minorite: verbi dei preconis generalis famosissimi: Prima pars sermonum continens quinquaginta sermones.scilicet.xxv.de Christo:et totidem de eius matre: ad eorum laudem et honorem: explicit feliciter. Impressum Tholose per magistrũ Johannẽ de Guerlins. Anno dñi. M.ccccxxi. Die.xxviij.mensis Junij.

Para el Señor Don Diego Ortiz de Urbina Vicario general y Gobernador de Vizcaya de parte de Veintenyres Diego de mesdemarco en Amor xpo nro
Vengadesumano Amor xpo nro ca
Cuando yo Carrijo de Amor ≡ mand

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca